loquitur lingua donum linguarum oret ut interpretetur i. adeo propria sibi dicatur tamen melius nomen non si orem etc. quod sic ostendit dominum prophete dono linguarum in predicatione hic quo idem ostendit in oratione et similia in oratione secreta publica ibi ceterum | oratio secreta sive sacerdotum vocem ore que in spiritu intelligentium et affectum vocalis vera est que in spiritu intellectum affectum dicitur melior est illa que in spiritu tamen affectum dicitur est in proposito quod per donum linguarum proferre sed est in verba orantis in quibusdam ydiomatibus sed non intelligentis sed tamen laycus dicit orationem dominicam vel aliquam devocionem et affectus eius sic elevatur in deum et sic spiritus eius affectus non tamen intellectus quod non intelligit que dicit si quod intelligit in spiritu intellectus et affectus intellectus sic locucionis que pertinet ad prophetiam melior est dono linguarum tamen ponit maiorem dicit nam si orem lingua spiritus meus orat i. affectus meus in deum elevatur spiritus enim interpretatur quodam bonum nomen et voluntas que est affectus intellectivus vocatur hic spiritus quasi movens alias anime potentias ad agendum mens autem mea i. intellectus meus sine fructu est quod non intelligit orantis spiritus similiter lauditur dicit quid ergo est mihi faciendum orabo spiritu orabo et mente i. affectu et intellectu psallam spiritu psallam et mente. et psallere est orare cum melodia ceterum hic idem ostendit in oratione publica quod si populus intelligat orationem super benedictionem sacerdotis melius dicitur in devocione et in voce et ideo dicit ceterum si benedixeris spiritu sacerdos vel episcopus supra i. absque hoc quod populus intelligat qui supplet locum ydiote quomodo dicat quod perficit populus simplex et non intelligens quia dicere vel aut modicum quod nescit sic conformat tibi quibus est necesse cetera intelligere docuit aliquam hic in primitiva ecclesia benedictiones et quod fiebant in vulgari sed postquam populus multiplicatus fuit et convenit se conformare necesse est ut pote presentis qui dicit clerum de parte capitis laudando eucharistiam et officiis fuit in latina ecclesia latina et sufficit quod clerus intelligit propterea officia | propterea dicitur sic hic non quod in vulgari fuit populus debet intelligi et quod prophetia melior est dono linguarum dicit gratias ago deo meo quod omnium lingua loquor hoc est quod quidem bene adeo mihi datum sed quam bene prophetie melius est subdit sed in ecclesia volo quinque verba loqui i. pauca sensu meo i. ut intelligam et ab aliis intelligar

et sic eos instruam quam x milia verborum in lingua
et quod maiorem verborum copiam fecit loquendo
intellectu. Notandum autem quod apostolus hic specialiter dicit
sensu meo quinque verba quia per predicationes edifi-
cabant auditores quinque scilicet agenda credenda
vitanda / speranda / timenda / que predicator debet
esse de hiis que pertinent ad fidem et sic credenda
et de hiis que pertinent ad mores et sic habentur
alia quatuor scilicet virtutes et contraria pena vel gloria
quia ista debet predicari ad utilitatem fidelium ideo dicit
apostolus quinque verba i. pauca / Fratres mei postquam
ostendit apostolus prophetiam precellere donum lingua-
rum supple ex parte fidelium / hic vult idem
ostendit idem supra ex parte infidelium / et primo
excitat attentionem corinthiorum dicens nolite pueri
effici sensibus i. in discretione boni et mali quia
pueri preeligunt minus bonum maiori. hoc autem
dicit apostolus ne preeligant donum linguarum pro-
phetie que est magis bonum. Sed malicia
parvuli estote i. non cogitetis mala sicut parvuli
desistunt a cogitando talia. Sensibus autem per-
fecti estote ut ea que creditis in intelligendo
perfecte ut possitis alios instruere quod pertinet ad
prophetiam. In lege. Hic ostendit sua ratione
que talis est quod aliqua duo ad unum finem
ordinantur id est melius quod est efficacius ad fi-
nem illum consequendum / donum autem linguarum et do-
num prophetie ordinantur ad conversionem infidelium
ad quod efficacius est donum prophetie ergo est melius
re autem huius rationis probat dicens primo auctori-
tate dicens in lege quod scriptum est non autem hic lex
scripta [illegible] quinque libris moysi sed pro toto veteri
testamento / quia quod hic allegat scribitur ysaie
xxviii secundum translationem lxx qui in aliis lin-
guis et labiis loquar populo huic. sicut exemplum
dat quod fuit in primo actuum ii quando iudei con-
gregati in urbe de diversis terris audierunt cre-
dentes loquentes in diversis linguis et nec
sic exaudient me dicit dominus licet enim et ali-
qui ad christum fuerunt conversi tamen plures remanse-
runt obstinati illi et conversi magis fuerunt per
verbum petri interpretantis scripturas prophetas quod perti-
net ad prophetiam quam per donum linguarum ut patet
actuum ii et sic patet quod donum prophetie plus valet
ad conversionem infidelium quam donum linguarum
itaque lingue in signum sunt divine virtutis
non fidelibus sed infidelibus qui non credunt sed in-
fidelibus ut predicationes eorum intelligere putabant
cum linguarum [illegible] hominibus et sic conversi ad fidem

christi. Prophetie autem non infidelibus i. gentilibus
qui non habuerunt legem nec prophetias sed fide-
libus i. iudeis donum dei credentibus de quibus
fuerunt apostoli alii qui ipsi dixerunt et alii creden-
tes primi ut patet actuum per quorum predicationem con-
versi sunt gentiles et sic prophetia plus valet ad
conversionem infidelium quam donum linguarum / sed ad
instructionem fidelium plus valet prophetia quam eloquentia /
Si ergo hic secundo dicit idem ratione dicens si con-
veniat universa ecclesia in unum ut oportet
[illegible] vel aliquid huiusmodi et omnes fideles lin-
guis loquebantur. Intrent autem ydiote
id est ignorantes ydiomata que fidelibus non nonne di-
cent quod insanitis quia nos reputabant insanos
sicut et apostoli sed loquentes putati fuerunt ebrii
ii actuum ii. Et sic in tali casu donum linguarum
esset magis ad confusionem fidelium quam ad conver-
sionem infidelium et sic magis fuisset actuum ii
petri per donum prophetie ostendisse [illegible]
[illegible] Si autem omnes prophetent
non solum per successionem exponentes scripturas vel reve-
lationes sibi vel aliis factas. Intrat autem aliquis
infidelis vel ydiota convincitur ab omnibus illis
successive prophetantibus i. ab ipsis ostenditur culpa ge-
neralis [illegible] et sic diiudicatur ab omnibus
i. [illegible] ostenditur. Occulta cordis
eius manifesta fiunt et in [illegible] ex predicatione ta-
li et expositione tanguntur multa pertinentia ad
fidem et mores ex quorum auditu convertitur ad co-
gitandum mala corde sua latentia et ad peni-
tendum corde et ad confitendum ore. sicut etiam
aliquis intelligi [illegible] in primitiva ecclesia ad conversionem
infidelium fuit pluribus fidelibus divinitus conces-
sum secreta cordis cognoscere ex quo sine locutione
aliqui convertebantur ab infidelitate sed multo magis
[illegible] ex revelatione. Adora-
bit deum cadens in faciem pronuntians i. confi-
tens quod vere deus in vobis sit. corde enim cre-
ditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem
Ro x. Quid ergo. Hic ostendit apostolus qualiter
sit utendum donis prophetie et linguarum et primo
hoc facit in generali secundo magis in speciali ibi
sive lingua. Circa primum dicit Quid ergo fratres scilicet nobis
agendum quia scilicet cum convenitis ad ecclesiam unus-
quisque vestrum psalmum habet vel in se vel in a-
liquo [illegible] qui donum [illegible]
[illegible] quod non dantur singulis omnia dona
sed divisim ut dictum est supra xii capitulo et idem
intelligendum est de aliis sequentibus psalmum

vel intellectu cantico ad laudandum deum Ver-
sum habet vel graciam predicandi ad informacionem
maiorem linguam habet vel donum linguarum Apocalipsim
vel virtute explanandi obscura Omnia ad edi-
ficacionem fiant quilibet enim vestrum debet graciam sibi
datam ad edificacionem Sive lingua Hic ostendit
apostolus magis in speciali et primo quantum ad donum
linguarum secundo quantum ad donum prophecie ibi Prophete autem
Circa primum dicit quod donum linguarum non est
utendum ambiciose quantum ad apparenciam propter ostentacionem et
ideo dicit Sive lingua quis loquitur secundum du-
os aut ad plus tres Hominibus ut in pluribus vel ad plus
scilicet quod dicitur Deuteronomii xix In ore duorum aut trium
testium stet omne verbum et per partes vel successive
unus post alium vel partes vel interpolate ut post unam
partem locucionis fiat eius exposicio et post aliam
et sic Hec non fit exposicio quia predicatores
predicant in presencia hominum ignote lingue
et ideo subditur et unus interpretetur Si autem non
fuerit interpres scilicet ille qui loquitur linguis ta-
ceat in ecclesia deo autem in spiritu sibi autem lo-
quatur et deo in orando deum in secreto In ec-
clesia vero fiat deo contendo de nobis loquen-
do in missa enim interpretatur donum linguarum
per epistolam et evangelium et sic per duas artes
fiat lectionem in matutinis non explexer[?]
tio in representatur per epistole nocturna et anti-
quitus dicebatur dimissum sunt iii^es vigilias
noctis Prophete Hic autem ostendit qualiter
sit utendum dono prophecie et primo ostenditur
debitus usus secundo quibus est prohibitus ibi Mu-
lieres Circa primum sciendum quod usus prophecie
hic accipitur pro omni verbo exortacionis ad ple-
bem sacras scripturas exponendo in primi-
tiva non ecclesia plures habebant hoc donum
propter quod ne fieret confusio apostolus ordinavit
quod exercerent a duobus tantum vel tribus ad plus
et successive et hoc est quod dicitur Prophete duo aut
tres dicant scripturas exponendo non simul sed
successive et ceteri diiudicent vel attente au-
diant ut sic possit discerni que sint vere
lingua dicta et magis necessaria et si alii reve-
latum fuerit sedenti vel aliquibus de audientibus
plures secreta sacra fuerint revelata per spiritum sanctum de
aliquo pro edificacione ecclesie Prior taceat
dando isti locum loquendi et subditur causa
tenet enim omnis revelacionem spiritus sanctus
per singulos prophetas unum post alium aquirere

ti propter ut omnes discant qui audiunt et omnes
exhortentur ad hoc apti Et quod possit ali-
quis dicere non est in potestate sic loquentis tacere quia
loquitur ex instinctu spiritus in motione eius in manu
dei et ideo subditur spiritus prophetarum prophetis subiecti sunt
hoc est in potestate eorum Dicendum quod sciendum quod
duo sunt scilicet illuminacio mentis prophete et hec
non est in potestate eius quia prophecia non
ad est prophetis sicut nec est illuminacio sibi
facte primitiva est in potestate prophete
quod potest loqui et tacere prout expedit honori
divino et utilitati ecclesie et sic est in potesta-
te quod si plures simul loquerentur esset confusio
et unus alteri impediret ex quo sequeretur
dissensio cuius deus non est auctor ideo sub-
ditur non enim est dissensionis deus sed pa-
cis dico tamen quod non semper est in potestate prophete-
te primo aliquando spiritus monet ipsum ad loquen-
dum contra volendum contra voluntatem suam sicut
patet de Balaam Numeri xxii quod Balaam
populo Israel tacere non poterat Hoc enim est
ad gloriam dei non sic autem in potestate
prophetis Mulieres Hic autem ostendit
quibus personis prophetandi actus sit prohibitus
scilicet mulieribus et primo facit quod dictum est secundo ali-
quos personam excludit ibi An a vobis
ecclesia primum dicit mulieres in ecclesiis taceant
scilicet cessando a doctrina non tamen ab oracione secre-
ta et subditur non enim permittitur eis loqui
vel docere quod pertinet ad prelatos et superiores
et non competit sexui muliebri Unde apostolus
dicit ad Timotheum ii docere autem mulieri non licet
debet enim esse subiecta viro ideo subditur sed sub-
ditas esse sicut et lex dicit Genesis iii Sub viri po-
testate eris Prophecia tamen quantum ad illuminacionem
mentis non competit sexui muliebri et
sic leguntur multe mulieres prophetisse
[illegible] solum excluduntur ab actu docendi in
ecclesia publice sed etiam ab actu querendi ibidem
per modum disputacionis non subditur Si quid autem
volunt discere domi viros suos interrogent
ut de auditis in ecclesia plenius informentur
et causam dicti plenius tangitur cum dicitur Turpe est
autem mulieri vel indecens est sibi in ecclesia lo-
qui et per oppositum decens est et eam tacere in
locis publicis apostolus quod si nunc tempore non mulie-
res opus exercent edocendi An a vobis
Hic autem excludit aliquos personam qui
quasi de gentilitate possent dicere predicatores

apta non esset bona eo quod apud gentiles in tem-
plis veneris et dyane mulieres forsitan pu-
blice docebant quod repellit apostolus dicens sicut ab omnibus
pro gentilibus primo dei processit quasi dicit non solum
iudeis quibus data est scriptura legis prophetarum
iste modus et ordo doctrine magis est conveniens
iudeis et gentilibus quam equalis. Si quis autem vi-
detur esse autem spiritualis qui per omnia iudicat
ut deum est super eos cognoscat que scribo
vobis quia domini sunt mandata, id est potest cogno-
scere quod ordinacio ista non solum processit a me
sed a deo. Si quis autem ignorat ex negligentia vel
malicia illa que sunt tenenda ignorabitur a
deo. Ista quod hic rebus gelidus in tenendo concludit
sed quod bona sunt et sunt pro eis appetenda et quod eis bene-
dictum est ordinate et apponit quas deus ...
ideo dicit Itaque fratres emulamini pro-
phetare tamquam melius bonum quam loqui
linguis et quidam bonum ideo subdit et loqui
linguis nolite prohibere prohibendo sit loquendo
Omnia autem honeste, id est sine defectu et hu-
militer secundum ordinem ad vitandum confusionem fiant
in vobis. Capitulum xv.

Notum autem vobis facio etc. Postquam apostolus
tractavit de sacramentis et de gratia
que confertur in eis, hic autem tractat de gloria
resurrectionis ad quam finaliter ordinatur. Et
dividitur in duas partes quia primo de resurrectione Christi
premittit tractatum, secundo probat ex hoc generalem resur-
rectionem hominum ibi Si autem Christus. Prima adhuc in duas
quia primo commendat doctrinam evangelicam
in qua mundo fecit de mutatione que ex fide tradidit
quam ibi tradidit. Circa primum dicit Notum
autem vobis facio, id est ad memoriam vobis reduco
evangelium quod predicavi vobis, id est doctrinam evange-
licam cuius excellenciam ex tribus ostendit. Primo
primo ex eius predicatoribus qui fuerunt apostoli ex-
cellentes. Unde et hic tangitur cum dicit quod predicavi,
apostolus et alii similes michi. Secundo ex auditori-
bus qui eam receperunt doctrinam evangeli-
cam per orbem quod est signum evidens veritatis
huius doctrine secundum quod arguit Augustinus quia si
per nulla miracula est sic recepta hoc fuit
... et ... et ... eo quod deus non sit
... temporalitates que temporalitates sunt ...
miraculis maximi ... alii autem per se predica-

verunt ubique domino cooperante et sermonem confir-
mante sequentibus signis. Si autem dicatur quod
sine miraculis fuit sic recepta hoc ipsum
dico est maximum miraculum quod tam ardua et mani-
festa et super humana et contraria recepta sunt que
non solum a simplicibus sed eciam a sapientissimis
et potentissimis viris et si arguatur quod hoc de
lege machometi fallacia que tamen est a multis
recepta. Dicendum quod non est simile quia in armorum po-
tencia sibi multitudinem vidensque subiugavit et le-
gem dedit promittens delicias et potestatem similibus
rebus ad que homines sunt proni sed fideles autem
catholica per Christum et apostolos predicata contraria est
recepta sub pauperibus eam predicantibus ad
paupertatem et austeritatem et mundi contemptum in-
ducentibus et eo non solum recepta a sapienti-
bus huius mundi et potentibus sed eciam
in plerisque ... sine signorum et ...
recepta tangitur cum dicitur quod et accepistis vos
et alii sapientes huius mundi et eum sapientia
maioris ingerebat in gratia. Secundo commendat per
hoc quod elevat ad superna ibi in quo et statis
sed sursum erecti ad deum. Tercio per hoc quod ipsa sola
ducit ad beatitudinem ibi per quod et salvamini
ad hoc tamen quod ad beatitudinem perducat duo re-
quiruntur. Primum est quod teneatur eo modo quo
ab apostolis est predicata sed non innititur de principa-
libus rationibus humanis sed auctoritati divine et
miraculis ideo subdit qua racione predicaverim vobis
si tenetis, quasi dicit predicacio mea non processit
ratione humana sed divina. Secundum est quod fides
non sit vacua sine operibus est mortua et
per quas firmatur ideo subdit nisi frustra credidistis.
Dixi tradidi enim vobis etc. hic autem ostendit quid
sit tenendum de Christi resurrectione et ponit
de Christo sed eius morte sepulturam et resurrectionem et
apparicionem que pertinet ad articulos fidei de
incarnacione Christi. Dicit igitur Tradidi enim vobis
in primis, id est inter prima credenda quia articuli fidei
sunt principia ex quibus alia credenda deducuntur
tamquam conclusiones ex eis dicte et quod accepi, quasi dicit
hoc auctoritate propria non feci sed auctoritate divi-
na. Et que sunt illa subdit quoniam Christus mortuus est
pro peccatis nostris non suis ipse enim prope sceleribus po-
puli mei percussi eum ideo subditur secundum scripturas
et ysaye et aliorum prophetarum sicut ipse loquitur et sic

mors ista preparans nostre fuit a deo ordina-
ta et quia sepultus est ut ueritas mortis eius
probaretur et quia surrexit tercia die [illegible] tamen 3us
articulus fidei fuit [illegible] et [illegible]
fuerunt integri et quia uisus est post resurrectionem
cephe i. petro [illegible] De apparitionibus autem
factis mulieribus non facit hic apostolus mentionem
quia non inducit apparitiones ad confirmationem fidei de
resurrectione christi et ideo illas tantum inducit que facte fu-
erunt personis magis attentis et postea xi
discipulis que apparitio fuit facta post dies octo sue
resurrectionis thoma presente Jo xx. Primo
tamen apparuerat x apostolis thoma absente i-
bidem. Dicitur xi quia iudas qui fuerat xii
iam mortuus est et mathias nondum erat elec-
tus. Deinde uisus est plus quam quingentis fra-
tribus simul et ista apparitio fuit facta in galilea
Mt ultimo in qua apparuit apostolis et multis aliis
ex quibus multi manent usque ad hunc uiuentes
set dicit ad maiorem [illegible] quidam
autem dormierunt morte corporali que dicitur dormi-
tio quia erant in spe resurrectionis future. Deinde ui-
sus est Jacobo [illegible] ista apparitio
fuit in die resurrectionis [illegible] autem [illegible]
[illegible] se non comesturum panem donec uideret
christum resurrexisse et sic [illegible] Deinde non [illegible]
ordinem apparitionis. Alii dicunt [illegible] apparitiones
[illegible] specialem deuotionem et [illegible]
ad xii. Deinde apostolis omnibus scilicet in die ascensionis
Mt ultimo. Nouissime autem [illegible] post ascensionem
in celo tanquam abortiuo uisus est michi de
qua uisione dicit [illegible] Abo-
tat autem se abortiuum quia abortiuus dicitur
fetus qui nascitur extra tempus debitum uel quia
[illegible] uiolentia educitur de uentre uel quia non
producitur ad debitam quantitatem que tria de
se sentit apostolus quia alii [illegible] fuerunt
[illegible] ipse autem post. Item alii
fuerunt [illegible] sponte ipse non quasi uiolen-
ter in actu persecutionis fidei [illegible] Item quia
non reputat se peruenisse ad perfectionem fidei
aliorum. Hoc ex humilitate dicens ego sum
minimus apostolorum et quia ex humilitate non est [illegible]
[illegible] dicens qui non sum
dignus uocari apostolus quia persecutus sum ecclesiam
dei quod alii non fecerunt et in hoc minor fuit aliis

aliis apostolis licet ex dei gratia fuit ualde ma-
ius ideo subdit gratia autem dei sum id quod
ex me non michi nisi persecutor et blasphemus
et gratia eius in me uacua non fuit [illegible]
operibus bonis [illegible] abundantius illis omnibus
laboraui non tamen [illegible] aliorum legitur in tot terris pre-
dicasse nec in suo uictu sic propriis manibus la-
borasse nec [illegible] tot tribulationes [illegible] et in-
[illegible] sustinuisse. Non ego autem [illegible] uirtute sed
gratia dei mecum [illegible] operante quia [illegible] ad la-
borem [illegible] ad eandem ideo subdit
Siue enim ego siue illi scilicet alii apostoli sic predica-
uimus [illegible] principaliter in nobis loquente Mt x Non
enim uos estis qui loquimini sed spiritus patris mei
qui loquitur in uobis et sic credidistis [illegible]
[illegible] uos ad credendum Jo vi Nemo po-
test uenire ad me nisi pater qui misit me traxe-
rit illum. Si autem christus [illegible] ex resurrectione
christi ostendit generalem futuram resurrectionem
christi et diuiditur in duas quia primo facit propositum
declarat qualitatem resurgentium ibi Sed dicit
prima ad hunc in duas quia primo facit [illegible]
declarat probat [illegible] ex christi [illegible]
[illegible] ibi [illegible]
facit talem rationem si christus resurrexit et alii
mortui resurgent sed christus resurrexit ergo [illegible]
[illegible] ratione sic procedit quia primo ponit [illegible]
[illegible] probat [illegible] ibi Si autem resurrectio mortuorum
[illegible] esse [illegible] ibi Nunc autem [illegible]
dicit Si autem christus predicatur quod surrexit a mor-
tuis [illegible] quasi diceret [illegible]
predicatur a me et ab aliis apostolis quomodo quidam
dicunt [illegible] resurrectio mortuorum non est i. non
erit [illegible] male dicunt quia [illegible] est uerum et
[illegible] declarabit. Si autem resurrectio [illegible]
[illegible] christus resurrexit [illegible] Si autem resurrectio
mortuorum non est i. non erit in futuro [illegible]
[illegible] ostendit [illegible] ad duo [illegible]
[illegible] predicatio apostolorum [illegible]
uana ideo dicit Si autem christus non surrexit ina-
nis est predicatio nostra quia [illegible] posse [illegible]
[illegible] diuine uirtutis confirmata [illegible]
[illegible] fides corinthiorum erat [illegible] ideo subdit uana
est fides uestra quia est [illegible]
et [illegible]
[illegible] autem nos [illegible] testes
dei [illegible] quod non [illegible]

Christum hominem quod non est verum si mortui non resurgunt
nisi sit possibilis est resurrectio mortuorum quia humanitas Christi
eiusdem speciei est cum aliis hominibus [illegible] Et ideo subiungit
quasi arguentis dicentibus quod si Christus non
resurrexit vana est fides nostra id est sine fructu
bono quia non falsitas [illegible] aperte [illegible] sub-
dit adhuc enim estis in peccatis vestris a quibus
non estis mundati per fidem Christi si Christus non resur-
rexit et sic concludit Ergo et qui dormi-
erunt id est mortui sunt in Christo id est in fide Christi peri-
erunt quod tamen est inconveniens eo quod [illegible]
et [illegible] omnes loquentes [illegible] talis [illegible]
[illegible] esse et maxime deberet esse inconveniens
Corinthiis qui fidem catholicam susceperant ad
quos scribebat apostolus Sed quia posset aliquis dicere quod [illegible]
munerationem sit in presenti vita et non in alia sicut
dicebant amici Iob et ibidem fuit declaratum
ideo concludit hic apostolus dicens si in hac vita tantum in Christo
sperantes sumus [illegible] hic [illegible]
miserabiliores sumus omnibus hominibus qui ad
minus perfruuntur bonis huius vite Nos autem
patimur mala in presentia cum cetera fideles
multa sustinebant multa adversa Sed quia hic
posset argui de multis philosophis qui vo-
luptates et divitias huius mundi contempserunt
et tamen hic [illegible] huius mundi contempserunt mor-
tuorum negabant [illegible] miserabili-
ores aliis hominibus esse sed meliores dicendum quod non
est simile de ipsis et christianis quia philosophi
fecerunt propter maiora bona consequenda scilicet virtu-
tes intellectuales in quibus consistit cognitio veri-
tatis et consequenter [illegible] bonitatis Hoc autem
non potest dici de christianis qui [illegible]
surrexisse a mortuis quod falsum esset si resurrec-
tio esset impossibilis falsitas autem nullo est
intellectus sed veritas est eius bonum Tunc
autem hic apostolus probat conclusionem supra posi-
tam esse veram quod si Christus resurrexit et mortui
resurgent et dividitur in 3 partes quia apostolus
probat primo propositum secundo declarat quandam conclusio-
nem ibi deinde [illegible] facit talem rationem Resurrectio
Christi est causa non solum exemplaris resurrectionis
nostre sed etiam efficiens ponitur eius effectus
de necessitate si sit causa agens de necessitate
nature Si autem sit causa agens voluntaria sed
est in proposito ponitur effectus secundum dispositionem
voluntatis sue et ideo resurrectio mortuorum erit
in fine mundi sed Christus in quo deus disposuit

ab eterno exequitur in signum huius quod humanitas
Christi est instrumentum deitati coniunctum propter quod sicut
propter instrumentum fuit resurrectio mortuorum Et hoc
est quod dicitur Nunc autem Christus resurrexit a
mortuis primitie dormientium nec obstat quod Lazarus
et aliqui alii fuerunt resuscitati quia illa re-
suscitatio fuit ad vitam mortalem propter quod
postea fuerunt mortui Sed Christus primus resur-
rexit ad vitam immortalem propter quod fuit illa
prima vera resurrectio quia fuit in tempore corporis immor-
tali et glorioso Si autem contra hoc obiciatur
de corporibus [illegible] quod passo Christo multa corpora sancto-
rum [illegible] ibi participatum dicendum quia
illa resurrectio post Christi resurrectionem dicitur sed
[illegible] ibidem videtur subditur Et exeuntes de
monumentis post resurrectionem eius etc. Ad
autem quod est primum in aliquo genere est causa aliorum
sicut ignis qui est primum calidum forma-
liter causat caliditatem in aliis et ideo resur-
rectio Christi est causa resurrectionis aliorum nec potest
dici quod sit causa [illegible] [illegible] quod
est [illegible] in fine et illa est causa principalis
resurrectionis humanitas autem instrumentalis
coniuncta ideo subditur quoniam quidem per hominem scilicet
mors scilicet Adam et per hominem resurrectio mor-
tuorum sicut enim mors inducta est per hominem
primum ita conveniens fuit ut vita reduceretur
ad vitam per hominem cuius humanitas est in-
strumentum deitatis coniunctum Non facit autem men-
tionem de Eva quia per illam non fuit mors in-
ducta [illegible] ad suggerendum ad comestio-
nem ligni vetiti [illegible] et si Adam peccasset
Eva peccante peccatum originale non fuisset in-
ductum Unusquisque autem hic apostolus declarat
duo ad intentum primum est resurgentibus ordo qui tan-
gitur cum dicitur Unusquisque autem in suo ordine
[illegible] resurget primitie Christus cum Christi [illegible]
est tempore et dignitate Inter alios autem qui re-
surgent in fine mundi non est ordo temporis
quia omnes simul resurgent sed quod dicitur infra
[illegible] in momento in ictu oculi etc. Sed erit ibi
ordo etc. dignitatis quia martir resurget
ut martir apostolus ut apostolus et sic de aliis
de quibus subditur Deinde id est post Christum in tempore
et dignitate hii qui sunt Christi id est [illegible] per
fidem caritate formatam qui in adventu
eius crediderunt scilicet primum quo venit in carne

et de quo veniet ad iudicium. Deinde. Hic
declarat quando sit resurrectionis finis; et primo quantum
ad consecutionem boni, secundo quantum ad amotionem ma-
li, ibi: Oportet autem illum regnare. Ad primum dicit: De-
inde, id est post hoc, finis resurrectionis erit, et iste
finis non erit in hoc quod continuat multa corpora-
lia voluptuosa ut iudei et sarraceni fi-
gunt. Talis enim vita secundum philosophum porcorum
est vita pecudum. Apostolus quod in eo consistet non
per felicitas humana, sed in clara dei visione
et fruitione que convenit homini secundum id quod est in
eo supremum scilicet voluntate et intellectum et vero ob-
tenti . . . ideo subditur: cum tradiderit regnum
deo et patri, id est cum Christus adduxerit fideles in
quibus regnat ad claram conspectum sui creatoris,
et quod ministerium angelorum ordinatur ad hoc ut
eius fideles beatitudinem consequantur, ideo cessa-
bit ministerium, apostolus quod subditur: et cum evacuabit
omnem principatum et potestatem et virtu-
tem; tamen remanebunt ordines angelorum dis-
tincti quantum ad eminentiam glorie secundum potestates
et ordines. Notant autem istos tres ordi-
nes quod superiores sunt quantum ad illos quorum offi-
cia executionem pertinent, ita hec inferiora
et sub principatibus intelliguntur archangeli et
angeli custodie singulorum hominum deputati.
Oportet autem. Hic declarat finem resurrectionis quantum
ad amotionem mali et eum amovebit ma-
lum culpe per punitionem in statu malorum et
quantum ad hoc dicit: Oportet autem illum re-
gnare donec ponat omnes inimicos eius
culpe per punitionem in statu malorum; et quantum
ad hoc dicitur: Oportet autem illum regnare
donec ponat omnes inimicos eius sub
pedibus eius, non tamen desinet regnare,
quia hic donec sic non faciat exclusionem fu-
turi regni sicut Matthei primo dicitur de Ioseph
et Maria quod non cognoscebat eam donec
peperit filium suum primogenitum. Amove-
bitur etiam et malum culpe pene, ideo subditur:
novissima autem inimica destruetur mors.
Resurrectio erit ad vitam inmortalem
ubi quod non potest mors pene; secundo declarationem
predictorum subdit: Omnia enim subiecit sub
pedibus eius. Hic enim est sensus de vero Christo
sicut ibidem declaratum fuit, apostolus quod om-

in filii in consummatione finali. Cum autem dicat
omnia, est quod dominus nichil est exclusum
a subiectione sub eo. Habuit preter eum qui
subiecit ei omnia in quantum homo minor est
deo patre, ideo subditur: et ipse filius sub-
iectus erit ei ut sit deus omnia in om-
nibus, id est quod appareat ut omnibus appareat quod
omnis potestas et dignitas omnibus mi-
nistratur a deo in quo est tota felicitatis beatitudinis.
Alioquin. Hic autem resurrectionem probat per e-
ternam vitam, et dividitur in duas partes secundum
quod suam probationem sic quandam conclusionem
ibi: Nolite. Primum dupliciter exponitur. Uno modo
quod dicunt aliqui expositores quod erat
aliqui credentes quod baptismus receptus ab
aliquo vivente valet mortuo, et sic fa-
ciebant se pluries baptizari vice pro se et a-
liis pro amicis suis defunctis, et sic hic ar-
guit apostolus: Alioquin, id est si resurrexio non erit, quid
faciunt qui baptizantur pro mortuis, quia ni
nichil prodest eis. Alio modo quod non videtur pro-
babile quod apostolus in sua probatione procedat
ex aliquorum errore quod non esset probatio
simpliciter, sed tamen ad illos errantes ducendo
illos ad id quod habebant pro inconvenienti. Ideo
aliter exponitur quod dicitur hic pro mortuis, id est pro
peccatis mortalibus que sunt opera mor-
tua per quibus ablutis exceptis baptismo
qui tamen non proficit si non est resurrexio ad
hoc enim recipitur ut a peccatis mundatis sit
vita beata dignus. Hic: Quid dicit ad aliud
inconveniens, scilicet quod apostoli quibus tamen scilicet licebat
fortia sustinent tribulationes hominum mundi
si non inveniunt in alia vita. Ideo dicit:
Ut quid et nos, scilicet apostoli, periclitamur omni
hora, et enim apostoli frequenter ducebantur
ad tormenta. Cottidie morior, id est periculis
mortis me expono, propter gloriam vestram,
fratres, id est propter gloriam vitam vobis acquirendam
quam habeo in Christo Iesu, id est in vita ista; per inclinationem
pro hac vestram repositam est. Multi-
tudo insuper eius pluries ad actum inconveni-
ens, scilicet quod homines forent sine freno
ad bestie ad delectabilia hominum. Vite quod
est magnum inconveniens, dilatari naturaliter huma-
ne sit quod non sit alia vita in qua premiabit.

et bonis redderent pene et premia et si hoc [illegible]
secundum hominem, id est secundum hominem quod differt ab aliquibus
ad bestias pugnavi Ephesi, id est ad homines resur-
rectionem negantes et per hoc bestialiter vi-
ventes, quid mihi prodest si mortui non resurgunt,
quasi diceret nichil, sed magis videtur esse tendendum
tantum ad voluptates, ideo subdit dicendo
tantum manducemus et bibamus, id est volup-
tuose vivamus, cras enim, id est cito, moriemur,
id est vita totaliter deficiemus. Sed certe hic in
persona illorum dicitur. Ysa. 22 et Sap. 2: transitus
est tempus nostrum etc. Et sequitur: Venite ergo
fruamur bonis etc. Nolite. Hic excludit per
quedam monita, et primo quantum ad infirmos
dicens: nolite seduci [illegible] credi,
credendo tantum ad vite voluptates sine fi-
ne. Corrumpunt enim bonos mores colloquia
mala, et maxime que inducunt homines ad pre-
sentis vite delectabilia, ad que pronitatem habemus
ex corruptione nature. Secundo post monitum
quantum ad perfectos dicens: evigilate iusti, id est
vos perfecti solliciti estis vitare peccatum non solum
in vobis sed etiam in aliis qui sunt imperfecti, de quibus
subditur: ignorantiam enim dei quidam ha-
bent, sunt suspicientes de resurrectione. Ad vere-
cundiam vobis loquor, id est ad verecundiam vestram,
ut per hoc sitis magis solliciti, quia defectus in-
feriorum redundat in verecundiam superiorum. Sed
dicet. Postquam ex resurrectione Christi ostendit resur-
rectionem aliorum, hic autem ostendit quali-
tatem resurgentium. Circa quod considerandum quod ali-
qui concedentes resurrectionem futuram dicebant
eam fore in vita presenti. Unde quidam philosophi
dixerunt quod post annum magnum qui continet
xxxvi milia annorum solarium Plato resurget
iterumque easdem scolas quas olim habuit
Athenis et easdem scolares. Alii vero Iudei
et Sarraceni, licet in aliquo differant, tamen
in hoc conveniunt quod dicunt resurrectionem fore ad vi-
tam similem delectabilem carnis vite, non
tamen ad actus omnino consimiles, quia erit vi-
ta carens voluptatibus carnis sine
impedimento extrinseco, et talia dicentium mo-
vent amplius quam. Sed dicet aliquis male
sentiens de resurrectione: quomodo resurgent mor-
tui? Hec dicebant illi qui reputabant
eam impossibile. Qua li aut corpore venient,
dicere de lignis carnalibus sed nunc aut
per aliud modum. Insipiens. Hic autem
solvit utramque questionem, et primo secundam, secundo primam,
ibi: Ecce misterium. Solvendo primo quomodo stat
in hoc quod resurget idem corpus numero quo ad
substantiam, sed habebit aliam qualitatem, et dividi-
tur in partes, quia primo ostendit propositum, secundo
sic diversa qualitatis, ibi: seminatur. Prima ad-
huc in duas, nam in tercia declarat ambas.
Dicit primo per exemplum, secundo propositum ibi: sic est corpus,
prima ad hoc in duas, quia primo inducit exem-
pla eiusdem speciei, secundo alterius speciei, ibi: non omnis
caro [illegible] per exemplum de grano seminato ex quo
surgit ad granum eiusdem speciei non tamen
eadem numero ad ornatum quia prius est nu-
dum [illegible] opertum et per incrementum pullulat,
procedendo de herba ad perfectionem, et hoc est
quod dicit: insipiens quod tu seminas etc. et prius
dicimus tamen quod apostolus non intendit quod sit
simile in resurrectione quantum ad hoc quod fiat virtute
nature sed pullulatio sed in hoc verbum exemplum apostoli
quia sicut unum et idem speciei reparatur et sub alia
conditione utique fortius qui est virtute in fine,
sic idem numero reparatur quantum ad statum muta-
tum qualitate, et quia opus nature est opus
dei natura dirigens, ideo subditur de grano
pullulatione: Deus autem dat illi corpus sicut vult,
ex hoc enim sicut videmus sagittam recte
tendere ad signum que tamen caret intellectu
arguimus quod ab aliquo intelligente dirigitur,
ita cum videmus naturam tendere ad certum
finem quem non cognoscit arguimus quod dirigitur
a deo cognoscente, et unicuique seminum proprium
corpus in quantitate et figura et similibus
que debentur nature speciei. Non omnis. Hic
autem declarat propositum per exemplum diversarum specierum
et primo comparando corpora celestia ad invicem,
secundo celestia ad terrestria, ibi: et corpora terre-
strestria ad invicem diversas species, ut patet
de carne hominis pecoris et avis, et tamen
est eadem materia quia illa eadem materia
que est sub forma pecoris vel avis fit
per nutrimentum sub forma hominis, et hoc est quod
dicit: alia quidem hominis etc. et ex hoc concludit quod
sic sit virtute nature virtute dei potest fieri

quia corpus morientis et resurgentis erit eadem yn-
dempnitate nature sed alterius glorie | Et corpora
hic exstat comparando corpora celestia ad terres-
tria que conveniunt in hoc quia tota quantitas eorum
est eiusdem rationis in hiis et in illis tamen
differunt in qualitatibus suis et ex hoc concludit
quod eadem erunt corpora morientium et resurgentium
tamen aliarum qualitatum et patet littera hic excepto
Alia quidem celestium gloria id est decor et ornatus
celestium et terrestrium | Claritas hic exstat compa-
rando adinvicem corpora celestia scilicet stellas ad invi-
cem que differunt in claritate et tamen conveniunt in
hoc quod omnes sunt celestis nature prout dicit quinto elementa-
rie et similiter corpora morientium et resurgentium
erunt eiusdem nature sed alterius glorie propter hoc autem
dicitur Alia claritas solis id est [illegible] claritas Christi
Alia lune id est Virginis Marie | Alia stellarum id est alio-
rum sanctorum et quia secundum diversa merita sanctorum principaliter lu-
mine glorie fulgebunt stella enim a stella differt
in claritate Est autem attendendum quod omnia exempla
ista deficiunt a proposito quia non sunt ydemptitatem
specificam vel maiorem ut patet ex dictis corpus
autem resurgens habebit ydemptitatem naturalem
ad suum mortuum | Exempla tamen non ponuntur quod
ita sit sed ut sentiat qui audistis ut per ex-
emplum sensibilium cognitorum manu ducatur ad intelli-
gendum qualiter idem corpus mortuum resurget
differens tamen secundum qualitates | Seminatur hic quoque
ostendit apostolus differentias corporis resurgentis
et mortui quantum ad quatuor dotes corporis gloriosi d[icens]
Seminatur in corruptione id est sepelitur in terra corpus corruptibile
vel seminatur id est per naturam generatur surget in incorruptione
corpus resurgens habebit incorruptibilem
per dotem impassibilitatis Seminatur in ignobi-
litate id est corpus obscurum et vile surget in no-
bilitate id est corpus habens dotem claritatis Seminatur
in infirmitate id est corpus ab anima de difficili
mobile quia corpus quod corrumpitur aggravat animam
Surget in virtute id est mobile sine difficultate ac
per dotem agilitatis Seminatur corpus animale id est grosso
impotens esse cum aliis corporibus non gloriosis surget
corpus spirituale id est potens esse cum aliis corpori-
bus gloriosis sed non simul sicut est cum corpore
et hoc erit per dotem subtilitatis ut dicunt aliqui
Verum tamen quod non erit per dotem subtilitatis sed assisten-
tia divine virtutis hoc faciet sed non melius
dicit quantum ad hec difficilia sunt tractata in quarto

sententiarum | Iustitia vero resurrectionis cessabunt
operationes animales scilicet generatio nutritio aug-
mentum et corpus absque fatigatione serviet
anime in operibus spiritualibus et secundum hoc est sic dicitur
quod corpus quod nunc est animale id est serviens in operationibus
animalibus tunc erit spirituale et serviens in operationibus
spiritualibus | Verum est quod quatuor dotes dicte non pro-
veniunt corpori glorioso ex operatione ex operatione
corporis celestis ut dixerunt aliqui sed ex
gloria anime ad corpus redundante sicut quod
dicit Augustinus ad Dioscorum ex hoc autem quod anima per-
ficit corpus [illegible] in puro amore [illegible]
corporis scilicet esse conservat [illegible] accedente
cum anima corpus exspirat et marcescit sic
de anima pulchritudine seu claritate et eo
modo et quanto est anima magis perficit corpus
tanto maior habet in sunt corporis perfectiva in sta-
tu vero beatitudinis anima perficiet corpus sum-
mo gradu quod dabit sit esse spirituale dico modo et in-
corruptibilitate | Si est corpus | Postquam declara-
vit apostolus ydemptitatem corporum resurgentium
quantum ad naturam et differentiam quantum ad qualitates per
exempla hic autem idem ostendit per rationem
que talis est duo sunt principia generis huma-
ni unum scilicet vite nature Adam | Aliud spiri-
tus gratie scilicet Christus sed cum animalitas et ea quia
que insunt vita nature ex ipso derivantur ad
omnes per Adam ergo et ulterius spiritualitas impi-
riens vitam gratie derivabitur ad omnes sufficienter
per Christum que spiritualis erit in tempore per gratiam et
in futuro consummabitur per gloriam ab anima in corpore re-
dundante per quatuor dotes non predicta et hoc
est quod dicit Si est corpus animale et erit et spi-
rituale et corpus spirituale quia ita est in Christo qui
surrexit in corpore glorioso in aliis erit in fu-
turo sed proportio est quia sicut primus Adam
in animam viventem et mera animalis corporis dante
novissimus Adam id est Christus qui dicitur novissimus Adam
quia post ipsum non erit ad presens vite humane in
spiritum vivificantem quia sed Adam [illegible] est per-
fectum sui ipsius esse per animam in formatione vita
corpus per formam sui esse in [illegible] per se et
plenitudine et quia anima non vivificat nisi [illegible]
corpus non Adam formas in alias dimictere
sed non vivitatem alias Christus autem in spiritum vivifica[ntem]

et vivificante quia Christus est qui vivificat
cuius plenitudo fuit in Christo non solum ad suf-
ficientiam prout sibi sed etiam per redundantiam in alios
et quia ordo nature est procedere ab imperfecto ad per-
fectum in natura humana ideo subditur sed non prius
quod spirituale est sed quod animale et antiquis primo-
geniti fuerunt animales ut patet de Cayn
Ismahele Esau et in aliis aliis novissimi autem quia
prima homo facta tantum in animam viventem subdi-
tur dicitur primus homo de terra terrenus secundus est quia
in terrenis id est animalis spiritualis id est Christus de
celo formatus est non quod habuerit corpus
celeste ut dixerunt manichei sed quia deitas
que univit corpus est ad que de celo venit per ef-
fectum novum et post est quantum corpus qualis
terrenus tales et terreni id est ab adam carnaliter
generati sunt carnales sed nostri spirituales
nunc hoc spiritualis est vita celestis Apostolus quod
concludit sicut igitur portavimus imaginem terrestris
per peccatum quod facit nos similes Ade transgressori
portemus et imaginem celestis per vitam gratie que
nos conformat quia aliter non possumus ad beati-
tudinem pervenire Apostolus quod subdit hoc autem dico
fratres quasi dicat nisi portetis imaginem per-
fectam que est quedam inchoatio vite celestis
non poteritis ad regnum glorie pervenire quia
caro et sanguis id est homines dediti vitiis et de-
lictis regnum Dei non possidebunt quia ut dicitur
ad Ephesios v non intrabit in illud aliquid
coinquinatum et neque corruptio incorrupte-
lam possidebit quia corpus quod in mortalitate sub-
iacet corruptioni non intrabit ideo oportet
ipsa natura liberabitur a servitute corruptionis
etc. Ecce misterium Hic autem solvit secundo quod
primo de resurrectionis ordine et modo et dividitur
in 3 partes quia primo ponitur questionis solutio
secundo solutionis confirmatio ibi cum autem 3° de-
clinatio mortis in opposito autem Circa primum sciendum
quod licet resurrectio sit generalis omnibus non tamen
resurrectionis modus similis erit quia soli boni re-
surgent in corpore glorioso per dotes Et hoc est
quod dicit Apostolus ecce misterium vobis dico id est
grandem et difficile ad capiendum omnes qui-
dem resurgemus tam boni quam mali sed
non omnes immutabimur de statu animalitatis
ad statum spiritualitatis per dotes glorie corporales

non predictus in momento Hic autem ponitur
secunda conditio tempus scilicet quia fiet vivificatio
perfectorum quia momento dicitur atomus id est
in divisibilia alias per bruti tempus quasi imperceptibile
et idem de ictu oculi quia si accipiatur per ap-
ertionem palpebre fit tempore valde brevi si autem
propria intelligitur fit in instanti indivisibili et lato-
que erit in reformatione quia collectio pulveris que
fiet ministerio angelorum per motum localem fiet
in tempore quasi imperceptibili Sed formatio corporis et
unio anime ad ipsum fiet virtute divina in in-
stanti et hoc est quod dicitur in momento in ictu oculi
fiet vero non Deo per hoc excluditur error in-
tantium dicentium resurrectionem non esse futuram omnium
simul sed martires ad alios resurgent mille
annos et tunc Christus descendit et possidebit cum
eis corporale regnum in terra mille annis no-
vissima tuba id est in voce Christi dicentis surgi-
te mortui ad iudicium que dicitur hic tuba ad
similitudinem tube veteris testamenti cuius
usus erat ad 4or scilicet ad convocandum ad consi-
lium ad pugnandum ad solempnizandum fes-
tum ad castra movendum ad vocem enim Christi
et congregabuntur omnes ad iudicium et ad im-
itationem ad peccatores impugnandum Sap v
pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos
et angeli ad solempnizandum glorie festivitatem
mebuntur et electi quia mali ibunt in sup-
plicium et iusti in gaudium ad vocem Christi dicen-
tis in primis venite et iustis venite et contra
vos dimittatis cum postea causa resurrectionis ex
primis dicitur mortalibus et quia postea cum suf-
ficiat ponitur effectus ideo subditur Canet enim
tuba et mortui resurgent incorrupti id est si-
ne diminutione membrorum quia quicquid pertinet ad
integritatem nature omnibus dabitur ut quibus
dicitur secundum perfectum ad gloriam dabitur cum electis ideo
subditur et nos immutabimur scilicet de statu miserie
ad statum glorie etc. Hic autem ostenditur resurrectionis
necessitas que accipitur ex duobus primo ex per-
fectione nature que non est perfecta nisi an-
ima sit corpori unita quia separata est aut
accidentibus et quod eius naturalem inclinationem vul-
do aut talis persona est perfectio secundo ex completione
divine iustitie scilicet ut corpus simul puniatur cum
anima et premietur sed anima peccavit et in eo

aruerunt. 2o ex conformitate membrorum ad caput
Christum quantum ad electos qui surrexit per creationem et
tam veniente anime ad corpus. Nec obstat
dictum philosophi secundo de generatione quod illa que semel cor-
rumpuntur non redeunt in eadem numero, quia ipse
ipse loquitur de redeuntibus per motum et operationem
nature contra illos qui dicebant eadem numero per
naturam posse redire, deus autem virtute que magis
infinita est in finita et potest agere sine motu. De-
inde apostolus: Oportet enim corruptibile hoc induere
incorruptionem, id est naturam humanam resurgere in incor-
ruptibilitatem omnibus dictis, et hoc non est omni-
bus commune, et mortale hoc induere immortalitatem,
id est in mutationem in melius quod est speciale electis;
et dicit induere quia sed instruendo aliunde adveniens
corpus sic dicta incorruptio in omnibus, et mor-
talitas in electis non est ex principiis nature cau-
sata, et per hoc solvitur dictum philosophi x metaphisice
scilicet quod corruptibile et incorruptibile differunt genere et propter quod
non possunt esse eadem numero. Verum enim concludit
quod corruptio et incorruptio eidem possunt in-
esse. ¶ Sed non est inconveniens quod idem numero quod
per naturam est corruptibile a deo fiat incorruptibile
sed idem liberum arbitrium quod nunc est mutabile
tunc erit confirmatum. Per dicta soluta est quod illorum
qui dicebant quod resurget mortuorum sed
putantes eam non possibilem. ¶ Cum autem. Hic ostendit
confirmat quod dictum est a solutione de futura immor-
talitate et hoc per auctoritatem scripture Osee
xiii ubi nos habemus ero mors tua o mors
[illegible] absorpta est mors in vic-
toria, quod tunc implebitur ut patet ex predictis. Post quod
apostolus congaudens in spiritu propter victoriam expectatam
alloquitur quasi insultans morti dicit: Ubi
est mors victoria tua, quia vincebas omnes
quod de non apparebit ulterius. Ubi est mors stimu-
lus tuus, id est peccatum quod est humana natura mor-
ti adducta fuit quasi per stimulum. ¶ Et per peccatum
mors introducitur. Stimulus autem mortis peccatum
est. Sed quia posset aliquis dicere peccatum per legem
fuisse ablatum hoc removet dicens: Virtus autem pec-
cati lex, quia peccatum magis crevit ex lege non
per se et directe sed ex humana malitia per le-
gem occasione accepta eo quod malitia huma-
na nititur in vetitum, sed plenius fuit declaratum
¶ Ro. vii super ad occasione accepta eo quod malitia
humana peccatum per mandatum operatum est in me
omnem concupiscentiam. De hac autem victoria primum
inchoata est in fine mundi consummanda gratie
sunt agende et subdit: Deo autem gratias etc.
¶ Itaque. Hic ultimo ponit verbis monita mo-
ralia corinthiis corripiendo, apostolus ex-
[illegible] negantibus, tunc dicit: Itaque fratres
mei non carnali cognatione sed christiana religi-
one dilectissimi caritatis dilectione stabiles esto-
te et immobiles in fide resurrectionis future
habundantes in omni opere dei semper quia fides
sine operibus mortua est. Quod autem ¶ Scientes
quod labor vester non est inanis in domino, sed eum magni-
fice remunerabit a deo sic dicitur ¶ Sap.
iii ¶ Bonorum laborum gloriosus est fructus ¶ Explicit xv.

¶ Recollectis autem. Postquam apostolus instruxit co-
rinthios de hiis que pertinent ad ecclesie
salutem, hic instruit eos de conversatione
debita et honesta et primo qualiter se habe-
bant ad extraneos, 2o ad se ipsos et invicem
ibi vigilate, 3o in fine epistole salutat eos
ibi ¶ Salutat vos. Prima adhuc in 3 quia primo
instruit eos qualiter se habeant circa colle-
gendum pauperum absentium; 2o qualiter se ipsum
ibi venio autem; 3o qualiter ad alium Christi dis-
cipulum ibi si autem venerit. ¶ Ista prima sic dicitur
quod primitiva ecclesia in Jerusalem congregata omnes ven-
debant possessiones suas et erat illis
omnia communia ut habetur actuum iiii et ista
fame in iudea de qua habetur actuum xi
fideles qui erant in Jerusalem afflicti fuerunt
fame et penuria propter quod apostoli statuerunt
ut fideles in aliis locis existentes minis-
trarent eos ad hoc negocium specialiter fuit com-
missum paulo et barnabe ut habetur Gal.
ii ¶ Dextras dederunt michi et barnabe
societatis ut pauperum memores essemus. Ideo
apostolus instruit corinthios de collectione talis
elemosine et eius conservatione et missione
in Jerusalem dicens De collectis autem que
fiunt in sanctos, id est Christi fideles in Jerusalem habi-
tantes qui dicuntur sancti qui propriis renunti-
averunt religiosi ab renunciando bono-
rum temporalium proprietate sed ordinavi in ecclesiis
Gallathie, nomen regionis in Grecia a Gal-
lis acquisite sub ... dicte in qua ...

gione corinthiis est ita et vos facite scilicet col-
lectam elemosine pro fidelibus qui sunt in ie-
Quapropter instruit dominos dicens: Domini quod iustum est et equum servis prestate, nedum servicia eorum remunerando et [illegible] dicite, et subditur adhuc ratio: Scientes quia et vos dominum habetis in celo, qui puniet vos acriter si aliter feceritis, secundum illud Sap. vi: potentes potenter tormenta pacientur. Orationi. Postquam apostolus instruit specialiter, admonet omnibus communiter: Orationi instate, pervigiles clamando, vigilantes in ea per [illegible] in gratiarum actione propter beneficiorum dei receptionem, orantes simul, quia oratio multorum est magis exaudibilis, et pro nobis, id est pro me et sociis meis, ut deus aperiat nobis hostium sermonis, id est det nobis libertatem et facultatem predicandi evangelium Christi, propter quod eciam vinctus sum in carcere, ne possim ad predicandum discurrere, ut manifestem illud. Hoc refertur ad illud quod premittitur: aperiat nobis hostium sermonis, scilicet ut manifeste illud seu Christi misterium quod adhuc pluribus gentibus est occultum, ita scilicet distincte et discrete ut oportet me loqui de tanto misterio. Consequenter ostenditur qualiter se habeant ad infideles dicens: In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, id est extra ecclesiam, tempus redimentes ad tempus, id est diligenter querentes oportunitatem predicandi eis et evitantes vitia tamen, et subditur modus debitus: ut sermo vester dicatur semper in gratia, id est sic talis ut audientibus sit gratus, et quia hoc fit per supplementum vero dicitur sale sit conditus, propter quod cum sal nominatur eo quod dicitur condimentum ciborum sicut sal ciborum, ut sciatis quomodo oporteat vos unicuique respondere secundum conditionem persone sue. Aliter enim respondendum est fideli, aliter infideli, aliter perfecto, aliter simplici, et sic de aliis. Que circa me sunt. Hic est ultima pars principalis huius epistole, que dicit eius conclusionem vel confirmacionem, et hoc dupliciter: primo per mutuam missionem, secundo per specialem salutationem ibi: Salutat vos. Circa primum sciendum quod apostolus misit hanc epistolam per Tichicum et Onesimum ad certificandum Colocenses quod esset sua epistola, et ad plenius dicendum eis statum apostoli, ut confortarentur in fide et consolarentur in tribulationibus que eis supervenerunt, ut dictum est supra primo capitulo, et propter hoc dicit: [illegible] ibi que est ex vobis, id est vestri valde quantum civitate et sorte erat gentilis natione et [illegible] Colocensis, sicut Titus discipulus Pauli, sic Titus conversus gentilis, ut dictum est supra Gala. ii. Omnia que hic aguntur nota facient vobis. Salutat. Hic consequenter ponit salutationem: primo salutat apostolus Colocenses ex parte sociorum suorum, secundo Laodicenses ex parte sua, ibi: Salutate fratres [illegible] qui sunt Laodicie. Adhuc id quod primo ponit socios iudeos, secundo gentiles conversos ibi: Salutat vos Epaphras. Dicit: Salutat vos Aristarchus, id est princeps meus [illegible] et laboribus, et Marcus consobrinus Barnabe. De isto Marco dicitur Actuum xv quod recessit a Paulo et Barnaba in Pamphilia, propter quod postea Paulus nolebat eum recipere in societate predicationis sue, et sic Barnabas assumpto Marco ivit ad predicandum in aliam regionem, et Paulus et Silas aliam. Videns tamen Paulus quod Marcus [illegible] alia utilitate ecclesie [illegible] recepit dictum Marcum in sua societate et mandavit [illegible] et aliis quibus erat [illegible] propter dictum recessum quod si venerit ad vos [illegible] reciperent eum. De quo mandata accepistis, et Jhesus qui dicitur Iustus, quia apud eum iudeos plures hoc nomine vocabantur. Qui sunt ex circumcisione, id est iudei natione. Hii soli sunt de iudeis adiutores mei in regno dei, scilicet predicando, qui michi fuerunt solacio, me consolando in mea tribulacione et supplendo vicem meam in predicacione. Salutat vos. Hic ponit socios suos de gentilitate conversos dicens: Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est, id est civis vester specialiter, quondam qui predicaverat eis ut dictum est supra primo capitulo, propter quod [illegible]

ad eos dicitur etiam operis quia de fre tilitate consilis sicut ipsi ipsius disci pulus pauli sicut tytus et plures an tea patent usque ibi. Et hiis qui sunt laodicie et qui gerarpoli qui predicauerunt sicut et colosis. Salu tat vos lucas medicus carissimus fuit enim medicus corporalis et spiritualis carissimus paulo quia fuit comes sue peregrinacionis usque ad eius marti rium ut dicit Ieronimus in prologo super lucam et anthiochensis nacione. Sa lutate hic consequenter laodicenses per ministrum collocensium dicens Salutate fra tres qui sunt laodicie generaliter et ny pham specialiter qui predictis ministrabat sumptus de suis facultatibus et que in domo eius est ecclesia i. eius fami liam dans eis locum fuit apud nos epistola ista quam mitto facite ut in laodice sium ecclesia legatur et vos ut discipuli mei nobis cum talis sitis prout facit ad salutem vestram ipsa epistola tamen ad laodicenses apud nos non habetur et dicite archippo qui receperit ministerium super ecclesiam colocensium vide diligenter attendendo ministerium quod accepistis in domino i. in dominis rebus ut impleas ad honorem dei et salute animarum. Sa lutacio mea manu pauli hoc scripsit paulus manu propria ad maiorem certifi cacionem quod epistola esset ab eo missa eo quod pseudo apostoli aliquando fabricabant sub nomine verorum apostolorum ad magis decipiendum ut dictum fuit super secunda corinthios ultimo capitulo. Memores estote vinculorum meorum ut compa ciendo et etiam in hoc si necesse fuerit me imitando. Consequenter subdit quod sit sua salutacio dicens gratia domini ihesu vobiscum semper sit que supplet omnem defectum amen.

Explicit epistola ad colocenses etc.

Incipit epistola prima pauli ad thes salonicenses etc.

Paulus et sylvanus et thimo theus hic incipit epistola prima ad thessalonicenses que dividitur in tres partes scilicet in salutem in prosequtione ibi gratias agimus et conclusionem ibi fratres orate in prima parte ponitur primo persone salutantes cum dicit paulus et sylvanus iste est qui dicitur sylas actuum xv. quem accepit paulus in socium ut dicitur ibidem et thymotheus isti duo iunguntur paulo in salutacione quia cum eo laboraverunt in thessalonicensium conversione secundo ponuntur persone salutate cum dicit ecclesie thessalonicensium scilicet congregate in deo patre etc. Est autem thessalonica civitas metropolis in macedonia que est quedam pars grecie. tercio ponitur bona op tata ibi gratia vobis in presenti et pax in futuro ubi totaliter quietatur appetitus. Gratias hic incipit epistole prosecucio in qua primo reddit apostolus thessalonicenses benivolos secundo dociles in iiii° capitulo tercio cautos v. capitulo. Circa primum reddit istos benivolos du pliciter primo de bonis eorum circa gratias agendo secundo in adversis eos consolando tercio capitulo Primum in duo quia primo gratias agit de bonis eorum in se tenendo secundo de bonis huius diffusione ibi et vos. Circa primum ponit duplex motivum huius gratiarum accionis primum est bona eorum con pro dicens Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis ad ordinem debitum vel saltem in habitu et si non actu quia non potest hoc semper actualiter orando memoriam vestri facientes in orationibus specialiter et expressius nostris sine intermissione. Exponit dupli citer sicut dictum est de semper memores operis fidei vestre et que fides sine operibus mor tua est subditur et laboris i. in hiis que pertinet ad promotionem fidei et caritatis et expressionem sustinencie spei etc. i. tollerancie tribulacionum quas paciet susti nuistis ipse certificando in credendo domini ihesu christo ante deum i. ita constanter vos habuistis ac si deum presentem videretis. Sciences hic concipit ponit secundum motivum ad gratias agendum quod accipitur ex parte dei ex eo quod specialem dilectionem ostendit

thessalonicensibus vocando vos ad fidem non solum per
predicationem sed etiam per multorum miraculorum
operationem et hoc est quod dicit Parentes
fratres dilectissimi a deo etc. i. nos scientes
electionem vestram tamquam spiritualiter dilectos a deo
et hoc habetis multa certitudine quoniam ex
evangelium nostrum i. predicatio nostra non fuit
ad vos in sermone tantum sed in virtute i. in miraculorum
virtute divina factis et in spiritu sancto i. donorum s.
s. in signis visibilibus et in plenitudine multa
s. carismatum et donorum dei sicut scitis et
vidistis quales fuimus in vobis propter vos
q.d. talia miracula per nos non fecit deus ut
nos probaremus quia iam ante credimus in
christo fundati sed propter vos ut crederetis et in fide
solidati essetis. Vel sic fuit quia pseudo fuerunt in
fide nec sicut apostolos receperunt ut dicit
Jeronimus in prologo. ¶ Et vos hic consequenter
apostolus gratias agit de bonitatis eorum dispo
sitione nam quoniam corpore alii perfecerunt in fide et
operibus bonis et hoc est quod dicit Et vos
imitatores nostri facti estis in fide et moribus
et domini s. ihesu christi nec eius vita non
ad fidem que res latens non habuit eo
quod habet obscuritatem annexam sed ab
instante conceptionis habuit claram visio
nem excipientes verbum in tribulatione multa
suppliciis cum sic conversionis habuerunt
persecutionem etiam a civibus ut habetur in
fine secundi capituli cum gaudio spiritus sancti et hoc
confortabatur apostolus de quo dicitur Actuum
v. quod ibant gaudentes a conspectu concilii
quia digni habiti sunt pro nomine ihesu con
tumeliam pati ita ut facti sitis forma i. ex
emplar virtutis omnibus credentibus in mace
donia et in achaia provincie sunt grecie. A vobis
enim diffamatus est sermo domini i. occasione
vestri divulgatum est verbum dei quia multi per
tractus vestros exemplo eorum constantes
effecti predicaverunt publice et in pluribus locis
ideo subditur non solum in macedonia et in
achaia sed in omni loco regionum circumiacentium
fides vestra que est ad deum scilicet est ordinata
profecta est i. processit ulterius ita ut non sit nobis
necesse quidquam loqui s. de vobis ad alios in
credulos per vestrum exemplum et subditur enim ipsi
enim de nobis annunciant nos quando qualem
introitum habuerimus ad vos i. quam gaudenter

et prompte fidem suscepistis ad predicationem
nostram non formidantes insurgere tribu
lationem et quomodo conversi estis ad deum elegen
tes eum servire ydolatria relicta et expecta
tis filium eius de celis venturum ad iudi
cium sicut dicitur Actuum i° hic ihesus qui
assumptus est a vobis sic veniet etc.
qui eripuit nos de ira ventura i.
a gehenne pena. ¶ capitulum ii.

Nam ipsi scitis. Postquam apostolus
reddidit thessalonicenses benivo
los de bonis eorum gratias agendo
hic consequenter idem facit in adversis eos con
solando et dividitur in duas partes quia primo
facit hoc per conformitatem ad ipsum et 2°
per conformitatem ad ceteros consolando eos il-
los eum ¶ Circa primum facit talem rationem
nullus debet desolari sed magis conso
lari de conformitate ad suum magistrum quia in
hoc consistit perfectio eius luce vi perfectus
omnis erit si sit sicut magister eius. Ergo
vos qui sumus magistri et doctores vestri susti
nuimus multas tribulationes et sustinemus
propter quod debetis in tribulationibus consolari
quia in hoc conformamini nobis. In
hac parte autem ratione sic procedit quia primo
dicit maiorem huius rationis per tribula
tiones quas sustinuit cum eis manens
ibi minorem cum prima adhuc in duas partes quia
primo ponit suam declarationem 2° remo
vet multiplicem obiectionem ibi ex
hortatio circa primum dicit Nam ipsi scitis
fratres introitum nostrum ad vos i. modum
introeundi quia non fuit inanis i. levis
et facilis sed valde gravis sed cum passi
quia ibi a contumeliis affecti per verba
aspera sicut scitis quia non fuit lon
ge a civitate vestra ideo subditur in
philippis que est civitas macedonie
ut habetur Actuum xvi. ibi cum pau
lus et sylas fuerunt graviter virgis cesi
et incarcerati ut habetur ibidem sed
fiduciam habuimus in domino nostro loqui ad
vos etc. q.d. ex illis tribulationibus
non fuimus territi sed in deo confidentes
venimus ad predicandum vobis evangelium
dei et etiam hoc fuimus valde sol
liciti q.d. propter quod in tribulationibus
debetis consolari tamquam nobis conformes

esse. Exhortacio hic consequenter remouet
multiplicem obiectionem posset enim aliquis
dicere quod non esset conposibile paulo con
formari eo quod esset defectuosus in vita
et doctrina sicut dicebant pseudo apostoli
de ipso propter quod hic remouet excludendo
illa per que posset impingi in eius doctri
nam vel vitam dicens exhortacio enim nostra
non de errore contra fidem qualis erat
hereticorum doctrina vel de veritate mixta
neque de inmundicia sicut erat doctrina
epicureorum que tunc vigebat ut haberent
usum corporis neque in dolo sicut docebant
pseudo christiani qui aliquando dicebant verba
de fide katholica ut deciperent katholicos
sicut de torquato legitur in legenda sancti
tiburcii sed sicut probati sumus a deo
idest approbati ab ipso ut crederetur nobis tam
fidelibus ministris euangelium idest predicacio
euangelii ita loquimur fideliter predican
do querentes dei beneplacitum non hominum
sicut scitis ex visu et auditu neque in
occasione avaricie predicando propter questum
nec propter inanem glorie fastum sicut pre
dicabant pseudo apostoli cum possemus
vobis oneri esse accipiendo sumptus a
vobis racione honoris ut christi apostoli veri
quibus talia debentur sed facti sumus
paruuli in medio vestrum inter vos humiliter
condescendo non solum humiliter sed etiam
amicabiliter tamquam si nutrix foueat
filios suos lacte et nutrimento corporali
ita desiderantes vos et non vestra cupide
idest ardenter desiderantes vestram salutem
volumus tradere non solum vobis euan
gelium dei quod est spirituale nutrimentum sed
etiam animas nostras idest vitas nostras parati
sumus pro salute vestra exponere quoniam ca
rissimi nobis estis facti maiorem enim cari
tatem nemo habet quam ut animam
suam ponat quis pro amicis suis. Et

Memores enim. Hic postquam apostolus ostendit
tribulaciones passionum ad tessalonicenses
veniendo hic idem ostendit cum eis ma
nendo dicens memores enim estis fratres quasi diceret
non est dubium quod vidistis et sic non est
oblitum laboris nostri merore et fatiga
cionis propter excessum laboris nocte et die
operantes manualiter hoc excepto quo

intendebat predicacioni vel oracioni ut ipse
et sui viuerent de proprio labore neque vnum
gravaremus accipiendo a vobis sumptus
predicauimus vobis euangelium dei gratis tu
tamen sumptus debite possemus accipere
vos testes estis quantum ad exteriorem et deus
quantum ad interiorem quam sancte et iuste
et sine querela vobiscum ita quod nullus potuit
conqueri de nobis qualiter vnumquemque vestrum
sicut pater filios deprecantes idest primo et
sancti inducentes vos ad bonum et consolantes
Si quis vestrum fuit desolatus propter peccata
commissa vel alia de causa testificati sumus idest
sub testimonio scripturarum admonuimus ut am
bularetis digne deo de virtute in virtutem
procedendo qui vocauit vos in regnum su
um idest ut essetis de regno eius per gratiam
in presenti et gloria in futuro. Et quia sic fue
runt thessalonicenses Ideo gratias agens
deo subditur Ideo et nos agimus gratias
deo sine intermissione idest omnibus horis ad
hoc aptis quoniam cum accepissetis a nobis per
predicacionem nostram verbum auditus dei idest
verbum euangelii diuinitus nobis reuela
tum accepistis illud non ut verbum hominum
sed idest doctrina philosophica sed sicut est vere verbum dei
idest sic accepistis devote sicut recipi debet
verbum habitum ex diuina reuelacione quod
operatur in vobis docendo intus homines
cum solum mouet auditum exterius ideo
dicit apostolus Iohannis xv sine me nichil po
testis facere. Vos enim fratres Postquam apostolus
consolatus est thessalonicenses per conformitatem
ad se ipsum hic idem facit per conformitatem
ad ecclesiam Iherosolimorum Sed vero cum fides
incepit ecclesia prout dicitur ecclesia sina
gogarum ut patet Actuum primo inde primo
dilatata est ad alia inde loca et ille ecclesie
constanter sustinuerunt persecuciones a iudeis
qui christum occiderunt et prophetas idest hoc
etiam thessalonicenses erat eis conformis quia
persecuciones sustinuerunt a ciuibus suis quod
debet esse sibi consolacionis materia propter
conformitatem ad ecclesiam primitivam et hoc
est quod dicit vos enim estis fratres imi
tatores facti et cetera usque illud prohibentes
nos gentibus loqui scilicet euangelium christi ut salus
fiat scilicet eorum ut impleant idest augeant peccata sua

semper sunt uidelicet in sua perfidia obstinati
de premittere et diabolo parere / preuenit
enim ira dei super illos quia subtraxit
iuste gratiam suam ab eis usque in finem
id est usque usque finem mundi tunc enim sunt
ad fidem conuertendi sicut dicit sup
propter / patet eciam aliter exponi usque
in finem id est eternaliter quantum ad illos qui
in sua perfidia moriuntur ¶ Nos autem post
quam apostolus consolatus est thessalonicenses superius
hic consolatur eos mutuo et primo descri
bit mittendi racionem / 2º ipsam missio
nem in principio tercii capituli / racio autem
consistit in hoc quia desiderauit uidere
thessalonicenses et eadem personaliter consolari
sed habuit impedimentum propter quod ad hoc uenire non
sit mittere / dicit igitur nos autem fratres
desolati a uobis propter hoc quod uobiscum
non eramus ore et aspectu non corde id est licet
non possemus nos loqui nec nos uidere
tamen habebamus nos in corde ideo subdit
dit habundancius festinauimus id est dispo
suimus festinanter uenire ad uos ad
uestram consolacionem ego quidem paulus
et semel et iterum sed impediuit nos sathanas
uas tacet autem modum impediendi et
sic glosa nec ego uolo in hoc diuinare
Consequenter subdit racionem quare de
siderabat uidere eos et consolari et una
que est augmentacio sui meriti et premii
dicit autem gaudium speciale aut corona glorie
id est racio consequende premium aureole que doctoribus
debetur nonne uos id est dicit sic quia
conuertit eos ad fidem ideo subiungit uos
enim estis gloria nostra et gaudium / sed unde
gloriandi habebat uero materiam glo
riandi in duo in respondendi de corporis conuersatione
pone et bona conuersacione et cetera tercium capitulum

Propter quod non
ferentes mittendi racionem hic consequenter
mittit eum et diuiditur in duas partes
tres quia primo describitur hic missio 2º
pauli desperacio ibi ipse autem deus pater
adhuc in duas quia primo describitur hic
missio 2º ponit utilitatem missionis 2º
reuersionis ibi nunc autem ¶ Circa primum
continuando se predictis dicit propter quod
id est quia gloria nostra estis et gaudium non
sustinentes amplius id est non compassitates ulterius

facere diuius statuimus benum placuit nobis
id est michi et syluano remanere athenis
solis id est sine thymotheo qui est diuus
in salutacione positus ut dicit hic glosa
sed quia non est consuetum quod in uerbis
epistole ponatur diuus salutacione cum
uadit personaliter ad salutandos / ideo
dicendum quod iste thymotheus qui dicitur hic
missus cum subditur / et misimus thy
motheum est alius apostolo quod plures
erant eiusdem nominis fratrem nostrum re
ligione et minister dei in euangelio
christi id est in predicatione euangelii ad confirman
dos uos in eum bono exhortandos
pro fide uestra stabilienda ut nemo moueatur
ab ea in temporibus istis que uobis tribulacionibus
superuenerunt usque ad ueniens ipsi enim
scitis quod in hoc positi sumus id est disposuimus
apostolos dicere sic ph. pro. uenit hora
ut omnis qui interficit uos arbitretur
se obsequium prestare deo / et subdit quare
debebant hoc scire dicens nam et cum esset
et factum est in uobis / et scitis eciam de uobis
propterea ego amplius non sustinens
aliquam dilacionem misi ad cognoscendam
fidem uestram per eum meum et solum
ne forte temptauerit uos is qui temp
tat id est diabolus qui semper nititur per
temptaciones suas bonos subuertere
et in anis fiat labor noster si uos subuer
terit quod absit ¶ Nunc autem hic quomodo
ponitur utilitas reuersionis cum dicit
nunc autem ueniente thymotheo ad
nos a uobis completo suo ministerio
et annunciante nobis fidem uestram subiecte
credulitate uestram ad preconium in mentes
et quod memoriam nostri habetis bonam
orando pro nobis semper desiderantes nos
et quod ista sciamus audire de nobis
sumus necessitate et ita quod omnis tri
bulacio et angustia nobis superueniens
diminuitur propter bonum fidei uestre quod sciamus
audire qui nunc uiuimus id est quasi
de morte ad uitam resuscitati sumus
si uos statis in domino in nobilibus et sum
mus sufficimus ad reddendum gracias
deo de tanto bono / ideo subdit quam
enim graciarum actionem et cetera usque

In reditu eius ideo consolati sumus
in ista in uobis id est per bonam quam
sperauimus

ibi et compleamus ea que desunt fidei
vestre licet enim haberent notitiam fidei
quantum ad ea que sunt ad salutem
necessaria tamen ad maiorem earum per
fectionem rediret si apostolus venire posset
ad magis complicandum aliqua que
non potuit eis ad plenum dicere quando
fuit cum eis quia fuit compulsus
exire propter tumultum civitatis ut ha
betur actuum xvii. Ipse autem hic conse
quenter ponitur apostoli desiderium pro thessa
lonicensibus ut deus sua gratia suppleat
quod ipse facere non poterat ideo dicit
Ipse autem deus omnium per creationem et pa
ter scilicet fidelium spiritualiter per gratie adoptionem
et dominus ihesus christus qui est mediator
dei et hominum dirigat viam nostram ad
vos removendo impedimenta sathane
vel peccata. Vos autem multiplicet dominus
in mutuo et habundare faciat caritate verum
qua crescente crescunt alie virtutes in
invicem caritative mutuo fraterne
de et in omnes etiam infideles eos ad
fidem convertendo quemadmodum et nos in
vos habundamus caritate ad confirman
da corda vestra in moribus et in fide ut
sitis sine querela id est sine reprehensione
aliqua in sanctitate ante deum id est in sanctitate
vera non simulata que est coram homini
bus. In adventu domini nostri id est in ad
ventu eius ad finale iudicium sitis
de numero eorum sanctorum scilicet electorum.
Amen ad confirmationem precedentium et
sequitur iiii capitulum

De cetero. Hic incipit tractatus
principalis qua reddit thes
salonicenses cautos
de moribus informando ad falsos corrige
ndos licet enim totalitas eorum esset rigida
sancta tamen ibi erant aliqui de defecti
bus corrigendi spiritualiter de quibus et sunt
hoc primo capitulo in quatuor partes divi
que patebunt per processum. Circa pri
mum sciendum quod gentiles reputabant simpli
cem fornicationem esse licitam ideo propter con
suetudinem pristinam aliqui de gentili
tate conversi erant adhuc fornicarii propter
quod apostolus corrigit hic vitium adulterii op

posita inducendo dicens de cetero ergo fratres ro
gamus vos et obsecramus id est precum instantia
admonemus quod debet plus nos mo
vere quam simplex deprecatio in domino ut quemadmo
dum accepistis a nobis verbo et exemplo
quomodo oporteat vos ambulare in via
morum et placere deo caste vivendo ita
sic ambuletis ut habundetis magis in hiis
scitis enim que precepta dederim vobis per
dominum ihesum christum id est de
mandato ipsius cui simpliciter est obe
diendum hec enim est voluntas dei et
mandati expressio sanctificatio vestra id est a vi
ciis et carnalibus peccatis ut abstinea
tis vos a fornicatione tamquam a deo
prohibita ad eam enim sequitur vetitum pro
hibitio et vagus concubitus qui est divine contra
bonum humane nature filii enim debent filios in
matrimonium educere alias non possent bu
stare nullus autem est sollicitus de talibus
ita plenum filii inertiam ut sciat unusquisque
vestrum suum vas id est corpus proprium quod dicatur vas
eo quod in eo formato per naturam anima
a deo infunditur perfectionem possidere
primo licet justificatione et honore cum
enim fornicatio deditum dehonorat quod
bestiale efficitur per clementiam homo cum
in honore esset non intellexit comparatus est
iumentis insipientibus et non in passione
desiderii non faciendo passione concupis
centie quod est minus habentes sicut
gentes qui ignorant deum sicut scriptum est a
ardentes fornicationem simplicem esse li
citam. Et ne quis hic incipit secun
da pars in qua corrigit cupiditatis vitium
inducens ad oppositum et ponit hanc in
ductionem primo quantum ad iusticiam consequens
ibi de caritate circa primum dicit ne quis
supergrediatur communem proximum ut ab
eo contorqueat iniuste possessiones suas ut
veniam aliam neque circumveniat ipsum
precedens allegationem debitis personis et
intentiones simplices quia vindex est deus
de hiis omnibus que circumveniendo fit per ipsi
unius nobis apud nos existentes et testifi
cati sumus id est per testimonium scripturarum
ostendimus non enim vocavit nos deus in in

vindictam i. ut serviamus immunditie pec-
cati cuiuscumque sed in sanctificationem i. ut simul
mus sancti. Itaque qui hoc spernit quod predixi-
mus non hominem spernit tantum sed deum cuius
sunt mandata qui etiam dedit spiritum sanctum
suum nobis in adiutorium implendi
mandatorum suorum. ¶ De caritate hic
ponit exortationem suam sed scribendi
thessalonicensibus de operibus pietatis dicit de
caritate autem fraternitatis i. de operibus
pietatis ad pauperes fideles non necesse
habemus scribere vobis quia thessalonicenses
diligenter exercebant talia nec istud
obviat ei quod predictum est de commendatione
pietatis qui propter inveniuntur aliqui
exercentes usuras vel mercatores malas quod
tamen circa pauperes faciunt opera pietatis
¶ Rogamus autem hic est tertia pars principalis
huius capituli in qua corripit ociosos et
vagabundos d. rogamus autem vos
fratres ut habundetis magis in operibus bonis
et operam detis i. diligentiam exhibeatis
ut quieti sitis et non vagabundi quia
tales solent cadere in alia vicia scilicet
curiositatis et carnalitatis et ut vestrum
negocium agatis quia homines circa hoc
negligentes depauperantur et quia nolunt
tenere modum vivendi consuetum et propterea
latrones et raptores efficiuntur et opere-
mini manibus vestris ad eundem effectum que
est sustentatio omnium bonorum et ad consimilem
paupertatem quod fiat labor moderatus
et ut honeste ambuletis ad eos qui foris
sunt i. ad infideles ut exemplo vestre con-
versationis invitentur ad fidem. ¶ In modo [illegible]
cum magis moveat exemplum quam verba et nullius
aliquid desideretis ita quod non solum careatis
a malo actu exteriori sed etiam interiori. ¶
Nolumus autem hic est quarta pars principa-
lis in qua corrigit aliquos in moderate
lugentes et dividitur in tres partes quia
primo arguit hunc luctum 2o ponit
rationem future resurrectionis modum ibi
hoc enim 3o concludit intentum ibi. Ita
quod etiam primo dicit nolumus autem vos fratres
ignorare de dormientibus i. de defunctis
qui dormiunt sompno mortis a quo

excitabuntur tempore resurrectionis et
sic dormit aliquis amicos defunctos
preposuisse totaliter et ad se ¶ quod hunc
actum lugendi eos qui in compulabiliter
non sic autem christiani qui habent spem re-
surgendi propter quod maximum est eis in-
moderate mortuos lugere quia in hoc
assimilantur spe future resurrectionis
non habentibus. lugere tamen defunctos
moderate est opus pietatis quod
autem resurrectio mortuorum sit futura
ostendit dicens si enim credimus etc. ¶
Accipitur hic si pro quia non ad anti-
cedens fidei pertinet credere ihesum vere
mortuum fuisse et resurrexisse. Ita
et deus qui suscitavit ihesum eos qui
dormierunt sompno mortis per ihesum
tanquam per mediatorem dei et hominum ad-
ducet cum eo ad vitam immortalem
resuscitando. ¶ Hoc enim quia locutus est
apostolus de resurrectione futura ¶ [illegible]
hic exprimit declarat modum illius
resurrectionis. ¶ Ad cuius intelligentiam sciendum
quod aliqui dixerunt quod christo
adveniente ad iudicium aliqui
homines reperientur vivi qui transi-
bunt ad statum immortalitatis sine morte
intermedia secundum quod exponentes quod hic
dicitur deinde nos qui vivimus
qui relinquimur simul rapiemur ad
adventum christi simul rapiemur cum
illis i. cum mortuis resuscitatis
obviam christo descendenti ad iudicium
et dicunt quod apostolus se connumerat eis
eo quod pertinet ad idem corpus ecclesie
quod christo primo defecit in hoc quod
dicit aliquos sine morte ad im-
mortalitatem transire quod omnes deberent
debitos ab adam sicut christum incurrit ori-
ginale peccatum cuius penam est mors
ideo omnes placuit vel solvent
debitum mortis. ¶ Aliter quod alii dixe-
runt quod in adventu christi reperientur
vivi in raptu illo obviando christo sub-
ito morientur et statim resurgent. ¶ Sed
ad hunc hoc videtur inconveniens

dum quia conflagracionis ignis per in-
feris elementa et incineris cinis (?)
mixta precedet ad adventum Christi ad
iudicium et sic nulli homines repe-
rientur vivi qui obviabunt Christo veni-
enti nisi de resurgentibus post ignem
dicunt ¶ Contra quod apostolus innuit su-
pra dicens eo quod pertinet ad idem tempus
et cetera cum eis non videtur esse verum
nam eadem racione dicetur de omnibus
sanctis preteritis presentibus et futuris ¶ Propter quod
salvo meliori iudicio videntur verba
apostoli aliter exponenda cum dicitur Hoc
enim vobis dicimus de modo future resur-
reccionis in verbo domini id est sicut reve-
lavit nobis quia nos qui vivi-
mus qui residui sumus et hoc
modo apostolus de sanctis non preve-
niemus in resurreccione futura eos qui
dormierunt ante resurgendo illis
qui iam ante diu mortui sunt quia
resurreccio fiet in tanta dimensione (?) quod operat
in instanti ideo subdit quia ipse dominus
ihesus Christus in iussu dicendo surgite
mortui ad iudicium et in voce archan-
geli scilicet michaelis qui est princeps ecclesie
sub quo intelliguntur alii angeli qui
ministerium adhibebunt in resurgendo
colligendo cineres et magnum et magnum so-
num sic sonum facient tamquam in
diem percanens ¶ Potest eciam aliter
exponi illud verbum surgite mortui
ad iudicium sic archangeli micha-
elis execucione et Christi imperio tamquam
virtute in qua fiet resurreccio et
sic cum dicitur in iussu refertur
ad Christum et quod subditur et in voce
archangeli ad michaelem archan-
gelum et in tuba dei Ista dei tu-
ba non est aliud quam vox predicta que
tuba dicitur propter similitudinem tube
materialis veteris testamenti que sonabat
vocando ad consilium et ad bellum ad
bellum et invitando ad festum quia
tunc omnes congregabuntur in iudicio et
armabit creatura adulterii (?) vivi
corporis et invitabuntur iusti ad festum
angelorum. Descendit de celo nam

iudicabit in forma humana apparens
sicut quod dicitur actuum primo hic ihesus
qui assumptus est a vobis in celum
scilicet in forma humanitatis sic veniet scilicet
ad iudicium et mortui qui in Christo sunt
resurgent primi deinde nos et cetera. Ista pri-
oritas et posterioritas non potest referri
ad actum resurgendi ita quod aliqui
prius resurgent alii posterius tempore
quia omnes resurgent eodem instanti
ut quod prima ad Corinthios xv omnes quidem
resurgemus et subditur In momento in ictu
oculi et cetera Nec potest hic accipi prioritas
dignitatis quia prophete veteris testamenti
in resurreccione non erunt digniores apostolis
qui erunt assessores iudicis Matthei xix
Sedebitis super sedes xii et cetera de quo dicit
hic apostolus deinde nos et cetera propter quod salvo
meliori iudicio videbitur michi quod ista pri-
oritas et posterioritas sit referenda ad quie-
tem in Christo per bonam mortem sic intelligendo hic
et mortui qui in Christo sunt id est quiescunt
in eius fide mortui primi respectu nostri qui
adhuc vivimus resurgent tamen posterius
deinde nos qui vivimus supple quiescemus
in Christo eius fide moriendo simul rapiemur
cum illis iam resuscitati cum ipsis obviam
Christo venienti ad iudicium in aera ubi
fiet finale iudicium et vallem Iosaphat
ut dicitur Ioelis 3o Et sic semper
cum domino erimus quia electi a Christo non
separabuntur amplius sed semper erunt simul co-
niuncti non solum in anima sed eciam in corpore
Itaque hic ex dictis concludit intentum scilicet
quod fideles non debent immoderate lugere defunc-
tos sed de eius consolari ex quo sunt ad in-
tam immortalem et felicem resuscitandi et
hoc est quod dicit Itaque consolamini invicem
in verbis istis de resurreccione futura patris
Capitulum ea v. et

De temporibus postquam apostolus red-
didit thessalonicenses benevolos et
dociles hic consequenter eos red-
dit cautos ¶ Circa quod sciendum quod cauto-
la in homine requirit circa illa de quibus
certum est quod veniet cum hora veniendi est
simpliciter ignota Sic autem est de die iudicii
sicut quod dicitur Matthei xxiiii De die illa et hora nemo

sit nam angeli in celo etc. propter hoc apos-
tolus hoc reddit thessalonicenses cautos et diuidit
in duas partes quia primo eius incertitudinem osten-
dit / secundo thessalonicenses cautos reddit ibi nos
autem certa. primum sciendum quod dies iudicii
dupliciter accipitur in scriptura diuina. proprie dies
iudicii generalis in fine mundi. ¶ Alio modo pro die
iudicii particularis que est dies mortis cuiuslibet
hominis unum in illo statu in iudicio finali
putabitur in quo in morte particulari inuenitur
Intencio vero apostoli videtur hic magis esse
de die mortis quia ipse sciebat diem iudi-
cii finalis ualde distare ut patet in epistola
sequenti. ipse autem hic hortatur thessalonicenses ut
sint cauti ne repente veniat super eos di-
es domini et inueniantur imparati / vel tamen
utroque modo littera exponetur. et primo de die
finalis iudicii cum dicitur / de temporibus autem
et momentis pertinentibus ad diem iudicii
finalis non indigetis ut scribamus uobis
quia talia scire ad uos non pertinet sicut
quod dicitur Actuum primo non est uestrum nosse tem-
pora vel momenta que pater posuit in
sua potestate etc. Ipsi enim diligenter per
scripturas considerando scitis quod dies domini
id est dies iudicii que dicitur dies domini quia tunc
Christus apparebit ut deus / qui in primo aduen-
tu apparuit ut seruus / Sicut in nocte
fur etc. non est per hoc intelligendum quod
dominus venturus sit ad iudicium tempore noc-
tis sed magis clara die sicut in celum
ascendit. Actuum primo. hic Ihesus qui assumptus
est a uobis in celum sic ueniet etc. sed quia
veniet subito hominibus hoc non prouiden-
tibus / Cum enim dixerint pax et securitas
etc. glossa super istum locum dicit / quod hoc
intelligitur de tempore antichristi qui post mor-
tem eius credentes ocia in pace et se-
curitate fiunt festa et conuiuia celebrantes
diuersa iocalia sed illud non uidetur conue-
niens dictum quia glossa premittit quod
antichristus fulminabitur et operabitur maxima
pars sui exercitus peribit cum eo / propter quod
non est verisimile quod remanentes esse
debeant in tanta securitate et iocunditate sed
magis in timore et sic videtur glossa sibi
repugnare. ¶ Ideo videtur esse dicendum
quod doctorum et sanctorum qui dicunt quod in morte

antichristi et ciuitate eius manifeste destructa omnes
gentes conuertentur ad Christum et sic non re-
manebunt aliqui in secta antichristi. vel potest
dici sustinendo glossam premissam quod illi qui
fuerunt de secta antichristi post festa et conuiuia
fiunt eo quod sunt conuersi ad fidem Christi quod de ipsis
dicentibus pax et securitas subdit Apostolus
tunc repentinus superueniet eis interitus etc.
quod non potest exponi de bene gaudentibus
propter quod uidetur melius reduci ad tempus
dominationis antichristi qui capta ciuitate in
templo sedebit sic tamquam sit deus ut dicitur
epistola sequenti et tunc satellites eius gaude-
bunt de potestate domini sui / Et tunc repentinus
superueniet eis interitus quia cito fulmina-
bitur antichristus cum maiori parte sui exercitus
nec obuiat huic expositioni quod destructio
antichristi et eius fulminacio precedunt diem
iudicii de quo loquitur apostolus cum in me-
dietate quia secundum predicta post eius interitum
tur in sacra scriptura ut patet supra in
pluribus locis ueteris et noui testamenti / Secundo
exponenda est littera de die mortis sic de tempori-
bus autem et momentis in quibus debeat
mors uenire non indigetis ut scribam
uobis. q. d. quia non scribere uobis nisi illud
quod iam scitis scilicet quod est hoc totaliter
incertum. ideo subditur ipsi enim diligenter scitis
per experienciam cotidie uidentes quia dies
domini id est mortis que dicitur dies domini quia
tunc veniet ad particulare iudicium cuiuslibet mo-
rientis sicut fur in nocte etc.
id est ueniet repente et inprouise ideo subditur
cum enim dixerint homines mundani pax
et securitas credentes diu uiuere in delicijs
et temporali pace repentinus superueniet eis
interitus scilicet mortis temporalis sicut dolor
in utero habenti et tamen ad penam inferni
et non effugient quia in inferno nulla est re-
demptio / de hoc ponit exemplum saluator
Luce xii. de illo qui dicebat anime sue anima
mea habes multa bona reposita in mul-
tos annos requiesce comede bibe epulare
dixit autem illi deus stulte hac nocte
repetunt animam tuam a te que autem congregasti cuius
erunt. ¶ Vos autem hic consequenter apostolus reddit
thessalonicenses cautos contra diem iudicii genera-
lis quia sicut dictum est qualis in morte

quae inveniuntur scilicet iustus vel iniustus ta-
lis in iudicio praesentatur. Cautela vero ad hoc
est ut homines semper sint parati per bonam vi-
tam ad recipiendum mortem. Hoc autem
fit per hoc quod homo bene se habet ad seipsum
et ad proximum et ad deum. Propter hoc ad haec
tria inducit apostolus et penes hoc dividitur in
tres partes quae per se patebunt. Igitur ad
primum inducit dicens: Vos autem fratres non estis
in tenebris scilicet errorum sicut sunt infide-
les ut vos dies illa scilicet mortis tamquam fur
comprehendat id est imparatos. Omnes enim filii lucis
estis id est Christi qui est lux vera illuminans
omnem hominem Joh. 1o cuius estis filii per
baptismum aut filii dei id est novi testamenti quod
dicitur dies Ro. xiii. Nox praecessit dies
autem appropinquavit. Non sumus noctis id est
mentis obscuritatis neque tenebrarum id est di-
versorum errorum (?). Consequenter igitur non dormiamus
in peccatis sicut ceteri qui sunt increduli sed
vigilemus per actiones meritorias ad omnia quae
sunt salutis et sobrii simus propter corporis
utentes temporalibus ad sustentationem vitae
et bonam spiritualem dispositionem. Qui enim dormiunt
in voluptatibus et peccatis nocte dormiunt
scilicet ignorantiae nam ignorat omnis malus
sicut dicit philosophus ethicorum iii. Et qui ebrii
sunt immoderate utentes bonis temporalibus
unde dicitur ebrius a bria quae est mensura
quasi extra mensuram. Opus nocte ebrii sunt
scilicet ignorantiae (?) [illegible]. Nos autem etc.
patet ex dictis sententia. Induti loricam
fidei. Sicut enim lorica efficitur ex pluribus
circulis vel articulis invicem sibi complectenti-
bus sic fides integratur ex pluribus articulis
ad invicem connexis caritate quae est for-
ma fidei. Sicut autem protegit lorica cor-
pus sic fides caritate formata protegit
animam a daemonum insultibus. Et galeam
spei salutis. Sicut enim galea munit ca-
put quod est superior pars corporis sic spes su-
periorem partem animae quam ad caelestia elevat.
Quoniam non posuit nos deus in iram id est in
damnationem aeternam sed in acquisitionem salutis
id est ut acquiramus vitam aeternam operibus
meritoriis per dominum nostrum Iesum Christum sine eius
adiutorio nullum opus potest esse merito-
rium. Ut sive vigilemus corporaliter vivendo

sive dormiamus mortis corporalis sopore
simul cum illo vivamus vita gratiae
quae est in anima immortali (?). Propter quod consola-
mini invicem in laboribus vitae praesentis et
aedificate alterutrum verbis bonis et exem-
plis sicut et facitis semper tamen proficiendo
in istis. Rogamus autem. Haec est 2a pars
in qua inducit Thessalonicenses ad hoc quod bene
se habeant ad proximum et primo ad prae-
latos eos honorando dicens: Rogamus autem
vos fratres ut noveritis id est consideratis
pensetis (?) vos vestros praelatos debite eos
honorando cum reverentia vitae cum doctrinae (?).
Ideo subditur et monent vos ideo su-
perabundantius diligendi quanto spiritualia tempora-
libus praeferuntur. Propter opus illorum
ad nostram salutem ordinatum pacem
habere cum eis obediendo eis humiliter
et devote. Secundo hortatur eos ut bene
se habeant ad inferiores dicens: Rogamus vos
fratres corripite caritative inquietos
id est murmuratores et contentiosos consolamini
pusillanimes id est in tribulationibus defi-
cientes suscipite infirmos in fide vel cor-
pore infirmitates eorum supportando. Quod tamen
sine deo potest fieri qui cum eo est supe-
rior (?) in quo et sunt eos non expedit sup-
portare quia hoc esset malum nutire (?).
Patientes estote ad omnes non solum
fideles sed etiam infideles et intelligitur
ista patientia quantum ad actum animi in-
teriorem. Quantum autem ad actum exteriorem
scilicet defendendi se vel sua aut re-
petendi rem vel iniuriam a iudice non
semper expedit ut patet quod hoc audi-
entia malefaciendi tribuat nisi contra
repetitionem maius malum ut patet.
Quae scandalum oriretur. Videte ne quis
malum pro malo alicui reddat. Hoc enim
est vindicare seipsum quod est semper ma-
lum cum nullus sit iudex in sua causa
si tamen aliquis non habeat superiorem
iudicem in iniuria sibi facta debite potest
punire non tamen libidine vindictae sed zelo ius-
titiae. Sed semper quod bonum est sectamini invicem
id est fideles ad fideles et in omnes id est etiam
erga infideles. Semper gaudete in domino

et sine actu quod oportet aliquando interrumpi sed tamen in proposito, tamen in habitu. Et eodem modo intelligitur quod sequitur sine intermissione orate vel hoc est respondendo ad horas vel continuas quarum nulla est intermittenda. In omnibus prosperis et adversis gratias agite deo qui adversa ordinat ad salutem vestram sicut et prospera et hoc per meritum paciencie sicut patet de sancto Job et sequitur enim hec est enim voluntas dei et cetera cui est omnibus obtemperandum.

Spiritum hec est tercia pars in qua hortatur eos bene se habere erga deum dicens spiritum scilicet devocionis erga deum nolite extinguere per immoderata curam rerum temporalium. Prophecias id est exposiciones scripturarum spernere nolite scilicet quia sepe revelatur intellectus simplicibus qui occultatur prudentibus. Matthei xi. Abscondisti hec a sapientibus et revelasti ea parvulis. Omnia autem exposiciones aliquorum deficiunt sequitur omnia autem probate scilicet discussione et discretione quod bonum est tenete. Videmus enim multos qui in lectionibus et predicacionibus mala dicta melius retinent quam utilia. Ab omni specie mala abstinete vos non solum enim abstinendum est a malo sed eciam ab eo quod habet apparenciam mali propter scandalum vitandum scilicet quamvis declaretur quod aliud est licitum. Ipse autem deus pacis id est actor et auctor pacis sanctificet vos per omnia id est quoad corpus et animam per omnia ut integer spiritus vester et anima et cetera et dicitur spiritus quantum ad superiorem anime partem et anima quantum ad inferiorem et adventum domini ad iudicandum servetur et quia illud fit difficulter sequitur fidelis est qui vocavit vos ad fidem scilicet deus qui eciam faciet quia nulli deficit quantum in eo est et cetera.

Fratres hec est ultima pars que est conclusio epistole in qua ponitur sui recommendacio et aliorum salutacio. Ideo dicit fratres orate et cetera in osculo sancto non libidinoso vel proditorio sicut plenius fuit expositum Romanos ultimo ibidem et sequitur adiuro vos per dominum id est in virtute nominis domini ut legatur hec epistola omnibus

sanctis id est baptismate sanctificatis gracia domini nostri Ihesu Christi vobiscum semper sit in presenti et gloria in futuro amen.

Explicit epistola prima ad tessalonicenses et cetera

Incipit secunda epistola ad tessalonicenses

Paulus et Silvanus hic incipit secunda epistola ad tessalonicenses et dividitur in tres partes scilicet in salutacionem, graciarum accionem, ubi gracias agere, et conclusionem ubi salutacio mea in fine epistole. Sentencia prime partis patet ex dictis in principio precedentis epistole. Gracias agere hic incipit pars secunda que dividitur in tres partes. Nam primo apostolus reddit thessalonicensibus gracias. Secundo cautos reddit. Tercio et cetera ubi nos autem. Primum facit dicens scilicet gracias agere deo de bonis eorum et in persecucione et virtute primo. Consequenter dicit ubi in quo eciam oramus. Circa primum dicit gracias agere debemus deo a quo est omne bonum semper scilicet actu vel habitu vel semper id est omnibus horis ad hoc ordinatis pro vobis fratres quia bonum discipulorum redundat in magistrum ita ut dignum est quasi dicat dignum est ut hoc agamus quoniam supercrescit fides vestra in tantum sicut hiis que sunt fidei adherendo et eciam extensive eo quod sunt fidei magis explicite cognoscendo et verbo et exemplo ad alios dilatando et habundat caritas uniuscuiusque vestrum in invicem ita ut nos ipsi in vobis gloriemur id est de vobis in ecclesiis dei propone... ...do aliis et aliis vitam vestram pro exemplo. Et sequitur pro paciencia vestra solida et fide firma in persecucionibus in exemplum iusti iudicii dei id est per hoc sperabiliter apparebit iudicium dei esse iustum. Pacienciam vestram premiando. Ideo sequitur ut digni habeamini et cetera et persecutores vestros puniendo. Ideo sequitur si tamen iustum est et accipit hic si pro quia quoniam iustum est apud deum retribuere tribulacionem id est gehenne penam hiis qui vos tribulant propter hoc et vobis qui

tribulantibus pariter sustinendo recipientes nobiscum qui sc. tribulationem videri subdit et retributionis tempus cum dicitur in revelacione domini ihesu de celo qui manifeste apparebit veniens ad iudicium sicut dicitur math. xxiiii sicut fulgur exit ab oriente et apparet usque in occidente ita erit adventus filii hominis cum angelis virtutis eius qui erunt cooperatores eius in iudicio in flamma ignis dantis i. inflictis vindictam hiis qui non noverunt deum fidem eius non recipientes sicut sunt pagani et iudei obstinati et qui non obediunt ewangelio ipsum opere adimplendo sicut sunt mali christiani habentes fidem sine operibus que mortua est qui penas dabunt i. solvent sive sustinebunt a facie domini etc. i. per sentenciam a facie eius ubi tunc eis dicet. Ite maledicti in ignem eternum etc. math. xxv. Et claritate virtutis eius ubi tunc eis dicet. Venite benedicti patris mei etc. Cum venerit glorificari in sanctis suis etc. i. dare eis gloriam suam mirabilem que excedit intellectus creati capacitatem secundum illud apostoli: oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus hiis qui diligunt. Quia creditum est testimonium nostrum super vos i. quia credidistis illud quod testificati sumus vobis predicando in die illa i. de illo glorificationis sanctorum ita quod hic in tenetur hic materialiter sicut cum dicitur ymago herculis est in lapide. In quo hic apostolus reddit benivolenciam eorum felici consummacione dicens In quo i. propter quod de die glorificationis obtinendo. Oramus semper pro vobis exponatur hic semper ut supra ut dignetur vos i. faciat vos dignos vocacione sua ad gloriam sicut vocavit ad fidem ideo subditur et impleat omne desiderium electorum et opus fidei quod est constans confessio ro. x corde creditur ad iusticiam ore autem fit confessio ad salutem in virtute i. in constancia martirii propter fidem impleat vobis inquantum et si non palmam habeatis martirii actum tamen sicut etiam aureolam que est propria martirii ut glorificetur nomen domini in palma martirii vestri hic cum vero dicit Tali

quod de preclaro martirio cum autem sunt maiores quasi tedens manus tuas et alius te cinget et ducet quo tu non vis et subdit ewangelista exponendo hoc autem dixit significans qua morte esset clarificaturus deum et ut vos in illo ipsum inspira clarificando

Rogamus autem hic apostolus ut plus reddit thessalonicenses cautos circa quod sequitur aliqui thessalonicenses credebat diem iudicii propinquum tum propter tribulaciones quas sustinebant et propter verba ewangelii dixerit statim tribulacionem appropinquare diem iudicii ut patet math. xxiiii propter quod timebat adhuc multiplicacionem iniquitatis tum quia apostolus dixit epistola precedenti capitulo iiii° Nos qui vivimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obviam christo sed licet veniet ad iudicium ut dictum fuit ibidem quod aliqui thessalonicenses male intelligentes credebant illum adventum tempore pauli futurum et quod dixit nos qui vivimus simul rapiemur etc. propter quod eos asserebat de die iudicii longa distancia reddens eos cautos ut non decipiantur circa hoc ostendendo doctrina dividitur in duas partes quia primo removet errorem secundo dicit veritatem ibi Quoniam nisi etc. prima dicit Rogamus autem vos fratres per adventum domini ad iudicium eius et nostre congregationis in id ipsum tunc enim electi congregabuntur ad eum math. xxiiii ubicumque fuerit corpus congregabuntur et aquile ut non cito moveamini a vestro sensu i. a vero intellectu neque terreamini quasi instet tribulatio maxima que predicta est futura prope diem iudicii neque per spiritum sc. nec ullum cuiuscumque transfiguratum in angelum lucis asserentem vobis contrarium scilicet quod dies iudicii sit propinqua neque per sermonem alicuius predicantis neque per epistolam quasi per nos missam nam aliquando falsi apostoli et heretici mittebant epistolas sub nomine verorum apostolorum christi ad fidelium deceptionem ut supra dictum est. Calumnio neque per epistolam nostram precedentem quasi instet dies

dum et quod illi dixerunt deinde nos
qui vivimus quia non sunt intellecturi
vi quod dies iudicii esset propinqua ut
dicendum sunt dicitur Nequis vos seducat
ullo modo hoc addit ad excludendum
omnem decepcionis modum tam materiam
istam ¶ Et nunc hic consequenter docet ad-
ventum iudicii veritatem de qua dicit quod
duo notabilia precedunt Primum ponit cum
dicitur quia nisi venerit discessio primum
quod exponunt aliqui de discessione
a romano imperio quod florebat tempore
pauli a quo recesserunt iam quasi omnia
regna negant ei subiectionem reddentem tri-
buti iam a multis annis etiam illud
imperium caruit imperatore pluribus annis
et tamen non venit adhuc antichristus
qui tamen adhuc debet venire completa
illa discessione ut videtur apostolus
dicit infra et tunc revelabitur ille ini-
quus etc. ¶ Propter quod alii exponunt
de recessu ab obediencia romane ecclesie a
qua iam diu recessit grecia sed salvo
meliori iudicio videtur michi me-
lius intelligendum de recessu a fide
katholica sic exponunt aliqui non
tamen sic intelligendo quod omnes
sint a fide katholica recessuri quod
durabit in aliquibus usque ad finem
mundi ¶ Sed quia maior pars credencium
discedet ab ea quia eam testimonium
salvatoris Matthei xxiiii appropinquante
antichristi tempore habundabit iniquitas
et refrigescit caritas multorum et per
consequens fides veri deficiet in multis
et tunc veniet antichristus facta disposicione
ad recepcionem ipsius huic etiam dicto
concordat dictum apostoli prima ad thimotheum iiii
ubi dicit quod in novissimis temporibus
discedent quidam a fide attendentes
spiritibus erroris etc. et secunda ad eun-
dem iii in novissimis diebus insta-
bunt tempora periculosa et erunt homines
se ipsos amantes etc. ¶ Et revelatus
fuerit ¶ hic ponit secundum notabile quod precedit
diem iudicii scilicet adventus antichristi cum subiun-

ponitur superbie excessus secundo quis veni-
endi causa eius ubi et tunc revelabitur
secundo demonis effectus ibi cuius est adven-
tus excessus vero superbie erit quia fa-
ciet se sicut deum adorari ¶ Dicit igitur
et revelatus fuerit id est manifeste omnibus
homo peccati id est totaliter deditus peccato sicut
homo deditus agriculture dicitur homo
agri filius perdicionis id est dignus perdicione
sicut secundo Regum xii dicit filius mortis
quia dignus morte qui adversatur
et extollitur loquitur de futuro per modum
preteriti propter certitudinem prophecie loquitur
enim de antichristo prophetice super omne quod
dicitur deus quantum ad deos gentilium qui
dicuntur dii sed non sunt aut quod colitur quantum
ad solam trinitatem que colitur ut unus deus
verus omnem enim talem cultum exterminare
conabitur ut ipse solus tamquam deus ab ho-
minibus adoretur ¶ Simile dicitur Iudith
iii de nabuchodonosor qui precepit exterminare omnes
deos terre ut ipse solus deus diceretur ¶ Ita
ut in templo dei sedeat reedificato in ihe-
rusalem a iudeis sibi adherentibus ¶ Alii
autem exponunt in templo id est sic se ostendet
ac si ipse sit templum dei eo modo quo huma-
nitas christi est templum dei non retine-
tis etc. quasi diceret non debet elabi a memoria
vestra et nunc quid detineat id est quid sit causa mo-
re eius satis sciebatis quod omnia futura
a deo subditur ut reveletur in suo tempore
a deo disposito licet autem antichristus sit ve-
nturus personaliter venit tamen figuraliter
sicut dictum fuit de antiocho illustri
daniel xi quia fuit figura antichristi secundo
dicitur de nerone qui tunc imperabit et
primus de romanis principibus movit
persecutionem contra ecclesiam nam misterium id est fi-
gura iniquitatis id est antichristi qui dicitur
iniquitas in abstracto propter excessum
sue malicie sicut homo multum delecta-
bilis dicitur delectacio iam operatur in ne-
rone cuius persecucio tantum restat
ut qui tenet nunc scilicet romanum imperium
ut exponunt aliqui teneat donec de me-
dio fiat ~~id est donec de medio fiat~~ id est donec
deficiat romanum imperium per discessionem

ab obediencia ipsius / Et michi videtur melius
exponi de discessione a fide romane super-
dicta sic tantum ut restat ut qui tenet nunc
fidem katholicam teneat eam firmiter
usque ad adventum neronis et aliorum tyrannorum
persequencium donec de medio fiat i. donec de-
ficiat modo super dicto et tunc etc. quia sic
dictum est de sancte sic de fide apparebit antichristus
ideo subditur et tunc revelabitur ille ini-
quus sic alternative dicit quod dominus ihesus inter-
ficiet spiritu oris sui quia de mandato eius
saluuabitur per ministerium michaelis archan-
geli et destruet i. tunc tempore illustra-
cione adventus sui i. adventu suo claro.
Cuius hic consequenter causa antichristi ponitur
demonis effectus habebit enim antichristus
demone preuiatum qui adeo preuenit sibi fi-
ciet multa miracula ad eius nutum
per seduccione fidelium / et hoc est quod dicit
cuius est adventus secundum operacionem sathane in
omni uirtute i. quasi potestate et signis et pro-
digiis mendacibus non aliqui fient per
illusionem sensuum a demone que videbuntur
esse et non erunt / et aliqui erunt res vere
sicut de igne super oves Job fecit ignem
dominum descendere / dicuntur tamen signa menda-
cia quia fient ad asserendum mendacia et in
omni seduccione iniquitatis ut potest in-
imis et preuissis et aliis modis acquiret his
qui pereunt in illis enim habebit eius de-
cepcio effectum eo quod caritatem ueritatis
i. quia veritate evangelica que est lex amo-
ris non receperunt credendo ut salui fierent
quia contra veritatem evangelicam non est
salus ideo propter eorum demerita mittet
illis deus i. mitti permittet operacionem
erroris i. ducentem in errorem modis
dictis ut credant mendacio qui repulerunt
veritatem ut iudicentur omnes etc. scilicet
iudicio condempnacionis. Nos autem hec
est tercia pars in qua reddit thessalonicenses cau-
telosos in moribus informando et primo
contra adoptacionem boni 2o contra ad
euitacionem mali ibi denunciamus
Prima in tres quia primo de bono eorum preterito gratias
agit 2o ad perseverandum eos inducit ibi
itaque fratres 3o opiniones eorum petit in
precedentibus capitulis Circa primum dicit Nos autem

debemus gratias agere etc. quia bona dis-
cipulorum redundant in magistrum quod
elegerit nos deus sua gracia primicias
in salute sunt aut de primis credentibus
ex gentilitate in sanctificacione spiritus per bap-
tismum in quo datur gracia spiritus sancti
sanctificans et fide veritatis i. in fide katho-
lica que sola est vera in qua est fides
et vocavit nos per evangelium nostrum i. per
nostram predicacionem evangelii in adquisi-
cione glorie. Itaque hic ad perseverandum
eos inducit dicens Itaque fratres state firmi
in moribus et fide et tenete tradiciones
quas didicistis scilicet a nobis siue per ser-
monem nos presentialiter docendo siue per
epistolam nostram quam absentes uobis mitti-
mus docendo et quia ad perseuerandum in
bono indiget homo adiutorio diuino
ideo subdit deprecando ipse autem dominus noster
[illegible]

De cetero hic consequenter apostolus pe-
tit thessalonicenses orationum suffragia
quia caritas est vinculum quod
igitur de cetero fratres orate pro nobis insta-
ter et devote ut sermo dei i. predicacio
evangelii currat sine impedimento
ad alias gentes ut clarificetur prima
ad laudem veritatis eius declaranda sicut
et apud vos idem factum est et ut liberemur
ab importunis i. a falsis pseudo apostolis in portu
falsa inquietis et a malis hominibus predi-
cacionem evangelii qualitercumque impedientibus
non enim omnium est fides i. non omnes
receperunt fidem prius qui sunt enim
acceptum fidelis autem deus in promissis
adimplendis qui confirmabit nos contra
decepciones pseudo apostolorum et custodiet
a malo scilicet in parte in persecucionibus tyran-
norum confidimus autem de uobis ideo
i. de vestra bona obediencia ad deum quod
que precipimus uobis facietis et facietis
quia non precipimus ex auctoritate
propria sed diuina ideo subditur dominus autem
dirigat corda vestra ad implendum precepta
in dilectione i. caritate dei et in paciencia omnes et
paciencia christi expectantes //
Denunciamus hic consequenter instruit eos
contra adeuitacionem mali et primo facit

posterius 2° removet falsum intellectum ubi vos autem etc. primo dicit denunciamus autem fratres vobis in nomine domini i. ex eius auctoritate ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate declinando ab ordine legis nature et legis scripture quia dicitur proverbiorum xx]i]. Cum perverso perversus eris. et non secundum traditionem quam acceperunt a nobis scilicet verbo et exemplo ipsi enim scitis propter experienciam operis quemadmodum oportet imitari nos in operibus meis quoniam non inquieti fuimus inter vos i. vagabundi et neque gratis panem manducavimus petentes vos misericordie ab aliquo verum sed in labore et fatigacione corporali nocte et die operantes ad acquirendum victum verum preceptis horis ad orandum et docendum apostolis. Non quasi non habuimus potestatem accipiendi sumptus a vobis secundum formam evangelica luce x ubi dicitur predicatoribus edentes et bibentes que apud illos sunt dignus enim est operarius mercede sua sed ut nos met ipsos formam daremus vobis etc. quia si vos habentes potestatem accipiendi sumptus abstinuimus ab hoc viventes de nostro labore multo magis alii qui non habent talem potestatem debent de labore suo vivere ut patet ipse ubi Eis autem qui huiusmodi sunt denunciamus etc. cum silencio operantes i. quieti et non vagabundi suum panem i. proprio labore acquisitum manducent et non alienum. Vos autem hic removet etc. falsum intellectum quia possent aliqui credere quod pauperibus laborantibus non potentibus occupatis negociis spiritualibus non essent amministrandi necessaria sumptus ideo hoc removet dicens Vos autem fratres facultatem habentes nolite deficere benefacientes i. nolite desistere a beneficiis talibus personis quod si quis non obedierit etc. illo nota per epistolam hanc: notate michi scribendo ut possim corripere et non commisceamini cum illo societate eius vitando ut confundatur et sic resipiscat a malo suo et nolite quasi inimicum existimare

quia sed vicium sit odiendum natura tamen est diligenda. Ipse autem dominus pacis auctor et dator det vobis pacem sempiternam in omni loco i. ubique et in celo dominus sit cum omnibus vobis in spiritu per graciam et per gloriam in futuro Salutacio etc. hic est ultima pars que est epistole conclusio vel confirmacio precedentium in fine scriptum de manu pauli quod cum superposita est scriptum erat per manum aliorum Sed illud ultimum de pauli manu erat scriptum et sic faciebat in aliis suis epistolis ad certificandum illos quibus mittebantur quod essent a paulo dictate et ideo epistole dicte epistolas apocrifas aplicas sub nomine pauli scriptas in quibus finis non erat scriptus de manu pauli et hec de hac pro hac vice

Explicit secunda epistola ad tessalonicenses

Incipit prima epistola ad thimotheum

Paulus apostolus christi ihesu Hic incipit epistola prima ad thimotheum que dividitur in duas partes scilicet in salutacionem et execucionem ibi Sicut rogavi In prima parte ponitur persona salutans et exprimitur quantum ad tria scilicet quantum ad nomen proprium ibi paulus quantum ad officium ibi apostolus ihesu christi quantum ad auctoritatem officii ibi cum dicitur secundum imperium dei sicut patet Actuum xiii. dixit spiritus sanctus segregate michi barnaba et paulum in opus ad quod assumpsi eos. opera deus trinitatis sunt indivisa propter quod est eadem imperium trium personarum et ideo una persona tamen intelligitur christi ihesu spei nostre i. per quem speramus obtinere gloriam 2° ponitur persona salutata cum dicitur thimotheo filio dilecto in fide ad ostendendum quod erat filius eius spiritualis et non carnalis 3° ponuntur bona optata cum dicitur gratia et misericordia et pax et gratia in remissione peccatorum gratia in amplificacione virtutum et pax in consumacione premiorum a deo patre qui est dator omnium istorum

xpo ihu qui est tamquam ad deitatem est principa
lis eadem causa cum patre et spiritu sancto sed quan
tum ad humanitatem est causa instrumentalis
coniuncta sicut manus est organum coniunc
tum artificis securis autem separatum et hoc
modo alie creature sunt instrumenta dei
separata. Sicut rogavi hic incipit huius
epistole prosecucio. Circa quod sciendum quod
apostolus ordinavit thimotheum episcopum ecclesie
ephesine et ideo in hac epistola instruit eum
de hiis que pertinent ad eius officium ad quod
spectant septem actus specialiter et secundum hoc
prosecucio huius epistole dividitur in septem partes
que patebunt prosequendo. Primus autem actus
pertinens ad eum est compescere pseudo falsa doctrine
sicut remocio falsa doctrine sicut remocio
impedimenti prior est in aliquo opere. Ad hoc
inducit apostolus thimotheum in hoc capitulo
primo. Et in tres partes dividitur nam primo
ad hoc eum inducit. Secundo incidenter de eo
gratias agit. Tercio ad propositum redit ibi hoc
preceptum. Primum adhuc in tres nam primo
inducit thimotheum ad falsitatis compescen
cionem. Secundo subdit racionem ibi finis autem.
Tercio removet obieccionem ibi a quibus quidam.
Circa primum dicit sicut rogavi te ut thi
motheo sic superius facias et quod sit illud
exprimit rogavi etc. propter eundem ut
remaneres ephesi pergens in macedoniam ut
denunciares quibusdam pseudo apostolis
ne aliter docerent quam tradidi ephesiis
volebant enim isti falsi apostoli inducere ephe
sios ad observacionem legalium et tradiciones
iudeorum tamquam necessarias ad salutem neque
intenderent etc. id est et ut denunciares eis
doctoribus ut non intenderent talibus fabu
lis et erroribus. Et ideo subditur fabulis et
genealogiis interminatis. Dicuntur autem fa
bule ille quibus non subest veritas cuiusmodi
erant observancie legalium que tota sunt
figuralia figurativa novi testamenti sta
tum et ideo ipso completo cessat illa obser
vancia et ideo quod monet et dicit quod
status figuralis adhuc durat et propter
quod christi misterium non est impletum adhuc
quod non solum est falsum verum eciam erroneum
dicuntur eciam hic fabule tradiciones iudeo
rum quibus iniuriam faciebant divine ma

iestati etc. ut apparuit cum salvator
mt. xv. capitulo etc. quia falsa evidens toti
veteres genealogie interminate etc. aliqui
hic dicuntur generaciones ade et alia
in pare que erant cognita aliqui iudei ge
nealogias interminatas. Sed quia glose
iudeorum de istis suo in tempore non loquuntur
ideo videtur melius dicendum quod aliqui
iudei falsi genealogizabant generaciones
a david descendentes ut per hoc conclude
rent ihesum nazarenum a david descen
disse et per consequens concluderent ipsum non
messyam non fuisse quem scripture di
cunt a david descendere et dicit interminate
quia non terminantur ad aliquem certum
et ideo que questiones magis prestant
id est lites contenciones inter disputantes
quam edificacionem dei id est edificium spirituale in
tuitu quod est in fide id est cuius edificium
fides stabilimentum est. Propter quod predicta non edi
ficant sed destruunt edificium spirituale.
Finis autem hic ad propositum subdit racio
nem sed quare non sit attendendum
legalibus observanciis et genealogiis
interminatis quia non faciunt ad impleccionem
legis divine sed magis ad oppositum quia
lex ordinat ad diligendum deum et proxi
mum quod predicta non faciunt sed magis impe
diunt. Ideo dicit finis autem precepti est
caritas quod patet quia precepta prime
et secunde tabule ordinat finaliter ad di
leccionem proximi et dei ut patet exo. xx.
Alia vero precepta cum non sint nisi
quedam applicaciones istorum decem preceptorum
ab eis dimanant non tamen eodem modo quia
aliqua sequuntur de necessitate ali
que vero non et propter hoc sequitur quod
aliqua huiusmodi preceptis semper ma
nent ut moralia. Alia vero tamen ad tem
pus ut iudicialia et cerimonialia. De
corde puro quantum ad appetitum qui dicitur
hic cor. Nam voluntas que est appetitus
intellectivus alias anime potencias
ad agendum. Dicitur cor inter membra cor
poris ad operandum et consciencia bona quantum
ad intellectum est enim consciencia applicacio
sciencie ad aliquid particulare agibile et ideo

quod secundum veritatem applicatur ad bonum o
peribile dicitur bonum e contrario dicuntur
mala consilia non ficta i. vera et non scilicet
quod habebant pseudo apostoli fingentes se
esse pauperes ut simplices deciperent
et alios facerent cupidos sicut dicitur de
torquato in legenda sancti tyburcii. A quibus
quidam aberrantes i. declinantes con
versi sunt in vaniloquium asserendo de legalibus
preceptis et traditionibus quod necessarium sit ea observari post adventum
Christi volentes esse legis doctores
cum non fuerint adhuc sufficientes dis
cipuli. ideo subditur non intelligentes
neque que loquuntur etc. i. non intelligentes
conclusiones de quibus loquuntur neque
scripturas per quas probare nituntur. ¶ Sci
mus hic consequenter removet obiectionem
quam posset aliquis obicere de legalibus
quod sunt a deo instituta ut patet
in exodo et levitico et per consequens bona et suadenda
Dicit autem videtur ad quod intelligendum
quod lex habet bonum duplicem scilicet
regulativum et coactivum primo igitur
solvit obiectionem quantum ad primum secundo quantum
ad secundum ibi sciens hoc. Vis regulativa
legis ordinat homines in bonum. Homo
autem bonum potest aliquid dici dupliciter
uno modo simpliciter et secundum omne tempus
et sic vetus lex quantum ad precepta mo
ralia ordinabat homines ad bonum
propter quod omni tempore sunt suadenda. Alio modo
dicitur aliquid homini bonum secundum aliquod
tempus determinatum sicut uti vestibus
vestimentis bonum est homini tempore
estivali non autem hyemali propter quod
vestimenta priora dimittuntur et alia acci
piuntur et hoc modo lex vetus quantum
ad precepta ceremonialia ordinabat
homines ad bonum pro tempore veteris
testamenti erant enim instituta ad
figurandum misterium Christi venturi propter
quod ille ceremonie cessant Christi mis
terio adimpleto et alie sunt instituta
ubi quidem inter ceremonialia veteris legis
principalia erant oblationes et sacrificia et
maxime post publicationem evangelii est sacrificium

quod oblato Christi in cruce et eius ymo
latio non dum sit impleta quod est figuratum
propter quod oportuit aliud sacrificium institui
quod esset representativum oblationis Christi iam comple
te, et sic Christus instituit sacrificium eukari
stie quod est memoriale passionis domini
Luce xxii hoc est corpus meum quod
pro vobis tradetur hoc facite in meam
commemorationem et sic de aliis ceremonialibus
suo modo. Quantum autem ad iudicialia pre
cepta lex non ordinabat ad aliquod significandum
dominum propter se et directe sed ad modum similem insti
tiam inter homines propter quod adveniente
Christo non sunt evacuata ut mortifera
sicut ceremonialia quia possunt servari
dummodo tamen non serventur ut obligatoria
ex lege illa quia sunt instituta ad significandum
dominum instituta inter homines ex statu veteris
testamenti qui fuit totus figuralis ut
status nove legis i. corinthiorum x. omnia in
figura contingebant illis propter quod precepta
iudicialia partim sunt figuralia et ideo
servare illa ex obligatione veteris legis
est significare falso quod status illius
temporis adhuc durat qui est figuralis possunt
tamen servari ex alia nova ut potest ex nova
ecclesie institutione ut principis alicuius
vel huiusmodi. Sic igitur dicit apostolus. Scimus
autem quia bona est lex si quis ea legit
time utatur i. modo licito propter quod ceremonialia usque
ad passionem Christi et tunc sunt eius mortua
quia non obligabat poterant tamen servari dum
tamen non poneretur spes in eis et hoc usque
ad publicationem evangelii. ¶ Post tunc fuerunt
mortifera sicut supra plenius dictum est et ad
galathas et in epistola ad hebreos. Iudicialibus autem
tempore veteris testamenti utendum ex lege obli
gatoriis tempore vero novi ex alia obligatione
ut dictum est. ¶ Sciens hic consequenter solvit
obiectionem predictam quantum ad vim legis co
activam que per penas cohibet malos et
quantum ad hoc dicit sciens hoc quod lex
iusto non est posita quantum ad vim coactivam
quia iustus non cohibetur timore pene
a malis sed virtutis amore et sic eius vo
luntas est legi consona propter quod per legem
non cogitur quia nec ei violentiam in
fert. Sed sic lex imposita est malis hominibus

propter quod subditur. Et iniustis i. inique agentibus contra proximum et non subditis i. rebellibus superioribus suis. Impijs et agentibus contra deum sicut et oppositum pietatis uno modo accepto ... est quod cultus diuinus. peccatoribus ex infirmitate delinquentibus. Sceleratis qui peccant ex certa malitia. Contaminatis peccatis carnalibus ... ibi plagiarijs affligentibus plagis et ... alijs inferre. Mendacibus periuris. et si quid aliud sane doctrine aduersatur. Omne tale quod est per legem prohibendum quod scilicet sana doctrina est secundum euangelium cui concordat. Quod est secundum euangelium glorie beati dei. dicitur autem euangelium glorie beati dei quia predicat hanc gloriam quod scilicet euangelium creditum est michi tamquam fideli ipsius predicatori. Gratias quia fecit mentionem de euangelio sibi credito. Ideo hic incidenter gratias agit deo de sua vocatione ad fidem et apostolatum dicens Gratias ago ei qui me confortauit christo ihesu domino nostro quod dicitur actuum ix. Saulus autem multo magis conualescebat et confundebat iudeos etc. Quia fidelem me existimauit i. iudicauit ponens in ministerio apostolatus qui prius blasphemus fui contra personam christi et persecutor et contumeliosus contra membra christi eius. persecutor in factis, contumeliosus in verbis. Sed misericordiam dei consecutus sum i. remissionem peccatorum. Quia ignorans feci quod enim ignoranter committitur facilius ignoscitur quam illud quod ex certa materia perpetratur. In incredulitate i. fide carentes ... ergo superhabundauit autem gratia domini q.d. dicit non solum consecutus sum alios remissionem peccatorum sed etiam collatione donorum spiritualium ideo subditur Cum fide et dilectione dei cum ... christo ihesu commitatur et alia dona ad gratiam gratum facientem pertinentia. Fidelis sermo i. verus. Et omni acceptione dignus quia est utilis audientibus et quis sit ille subdit Quia christus ihesus venit in hunc mundum et cetera peccatores saluos facere per ... passionem cuius effectus in baptismo communicatur. Quorum primus ego sum. Sic intelligatur scilicet inter illos qui de peccato ad gratiam renouantur

quia hec renouatio fuit in spiritu sancto fuit valde mirabilis propter quod in ecclesia solempnizatur et sic beatus ieronimus ... notat huius ... concordat ... cui dicitur ut in me primo i. principaliter ihesus christus omnem patientiam i. ... me sic mirabiliter renouando ... exemplum ... in ... suis ad informationem eorum qui credituri sunt ut nullus propter enormitatem peccati sui desperet ... ... ulterius vita eterna. Ideo concludit ulterius. Regi autem seculorum i. trinitati eterne cuius trinitas ... que est simplex et indiuisibilis non comprehenditur a nobis nec ... ad tempus infinitum quod designatur nomine seculorum. Immortali ad differentiam idolorum ... qui fuerunt homines mortales. Inuisibili ad differentiam ydolorum que sunt de materia sensibili. Soli deo per hoc ... in eo sint tres persone ... ... ideo subditur honor et gloria etc. Hoc preceptum. Incidenti posito hic apostolus redit ad propositum et inducit thymotheum ad resistendum viriliter doctoribus ... Hoc preceptum commendo tibi tamquam fideliter ad implendum. Secundum precedentes in te prophetias i. secundum illud quod spiritus sanctus reuelauit michi de te futurum antequam ordinarem te ... ut milites in illis i. contra illos scilicet pseudo apostolos militiam bonam eis viriliter resistendo et bonum ... Habens fidem sine ... et conscientiam bonam ita quod vita tua sit doctrine conformis. Quam scilicet conscientiam bonam quidam repellentes preter mala agentes circa fidem naufragauerunt i. perierunt. abyssus enim abyssum inuocat et deducit naufragium quia sicut nauta periculo naufragii perit et alij cum eo sic tales ... inducunt alios ad infidelitatem. Ex quibus est hymeneus et allexander nomina sunt ... quos tradidi sathane ... ... subditos

demones enim instancius sint operaciones di-
ne iusticie et eciam aliquid in hoc iuui-
do sicut dicit psalmus lxxvii. immisit iram
indignacionis sue indignacionem et iram
et tribulacionem immissionem per angelos ma-
los ut discant non blasphemare cor-
recti per experienciam pene per contricionis
cum talis afflicto medicus est etc.

Obsecro igitur est
Ostendit ps huius epistole ingressum post-
quam ... sue prelacionis adeptus
est oblaciones orationum offerre deo sicut
dicitur hebr. v. Omnis pontifex ex ho-
minibus assumptus pro hominibus consti-
tuitur in hiis que sunt ad deum ut offe-
rat dona et sacrificia pro peccatis etc. igitur
primo instruit thymotheum de actu ora-
di. 2o ... subiectum sibi ibi volo ergo
ad huc ... quia primo instruit eum
de actu orandi. 2o reddit racionem sui
dicti ibi hoc enim. prima adhuc in duo quia
primo docet orandi modum 2o pro quibus
sit orandum ibi pro omnibus. Circa primum
sciendum quod ad actum orandi tria re-
quiruntur. primum est accessus orantis
ad deum cui oratur et hoc fit per elevacionem
mentis in deum quod fit per oracionem que sicut
damascenus est accessus mentis in deum
et sicut hoc dicit apostolus obsecro primum
omnium fieri oraciones. 2m est expressio eius quod
in oracione petitur quod fit dupliciter uno modo
in generali ut cum dicitur deus adiuva
me et cetera. ad hoc dicit peticiones. alio
modo in particulari ut cum petitur aliquid spe-
cialiter aliquod boni vel evasio mali deti...
et sic dicit postulaciones. Tercium quod re-
quiritur est illud per quod oratio sit ex-
audibilis et hoc est duplex unum ex parte
dei quod est eius sanctitas vel aliquid aliud
sanctificatum sicut cum dicitur per sanctam
resurrexionem tuam libera nos domine vel ali-
quid huiusmodi et sic dicit obsecraciones
i. per res sacras deprecaciones propter quod
in fine oracionum dicitur per xpistum
dominum. Aliud est ex parte orantis quod
est gratitudo de beneficiis acceptis. Ille
enim qui de beneficio accepto ostendit
se gratum dignus efficitur ut aliud
sibi detur et cetera ad hoc dicit gracia(rum) ac(tiones)

aciones. Pro omnibus hic consequenter ostendit
pro quibus sit orandum cum dicitur pro om-
nibus hominibus generaliter pro regibus et omnibus
qui sunt in sublimitate constituti sicut
sunt principes et prelati pro quibus est orandum
specialiter quia per eorum bona disposicionem depen-
det bonum commune ideo subditur ut quietam
et tranquillam vitam agamus i. sub re-
gibus cum omni pietate i. cultu deo debi-
to ut dicitur est capitulo precedenti et castitate
que est integritas sancti corporis quod consistit
in compressione carnalis concupiscencie. Ad-
vertendum est quod non solum pro principi-
bus xpistianis est orandum sed eciam pro infide-
libus sub quibus manent xpistiani quia
per hoc possunt xpisto quiete servire sicut
enim informabat Ieremias iudeos in capti-
vitate babilonica ductos ex parte
domini querite pacem civitatis ad quam trans-
migrare vos feci et orate pro ea ad dominum quia in pace
illius erit pax vestra. Hoc enim hic con-
sequenter reddit racionem dicti scilicet quare sit deo
modo orandum 2o declarat dictum suum
ibi unus enim. circa primum dicit hoc enim bonum
est i. utile temporaliter ut ostensum est et ac-
ceptum coram salvatore nostro deo i. meri-
torium apud ipsum vite eterne qui omnes
homines vult salvos fieri et tamen
omnes non salvantur videtur ergo quod
voluntas eius sit inefficax vel deum a
pluribus vinci propter quod dictum apostoli tribus
modis exponitur. uno modo ut sit ibi
distribucio accomoda ut sit sensus deus
vult salvos fieri omnes homines qui salvan-
tur quia nullus sit salvus quem non vult
salvum fieri. 2o modo ut sit ibi distribucio
pro generibus singulorum et non pro singulis generum sicut
dicitur omne animal fuit in archa noe quia
de omnibus generibus animalium fuerunt ibi aliqua
individua et sic deus de omnibus statibus ho-
minum vult aliquos salvos fieri et sal-
vat. 3o ut intelligatur dictum apostoli de
voluntate dei antecedente sed non consequente
et dicitur voluntas antecedens qua quis vult
aliquid absolute consequens autem qua vult
aliquid consideratis circumstanciis et condicionibus
particularibus. primo modo vult iudex civitatis omnes
cives vivere in ipsa tamen sunt membra ci-
vitatis et sub ista consideracione hoc est

boni. Si tamen consideretur aliquis ut fur vel
homicida sic non vult eum vivere quia non
est bonum sed mori eo quod turbat bonum commune
et hoc modo deus vult omnes homines
salvos fieri in quantum sunt homines ipsius
capaces participatione et amore, consideratis tamen
conditionibus particularibus suis quas
aliqui sunt iusti aliqui peccatores sed vult
secundum ordinem sue iustitie aliquos salvos
fieri et aliquos damnari. ¶ Dicendum
tamen quod voluntas dei semper res
sed quod ipse sit et ideo illud simpliciter
quod vult prout consistit in re secundum suas condicio
nes et circumstantias. Ideo voluntas que
est voluntas simpliciter dei et que nec
quia propter quod ab aliquibus velley
tas nominatur et agnitionem veritatis evan
gelice pervenire fidem formatam caritate.
¶ Unus enim hic consequenter declarat deum
suum salutis quod deus velit omnes salvos
fieri non peccata d. Unus enim deus creator
omnium bonorum ad sui similitudinem. Unus et
mediator dei et hominum homo qui passus est
pro salute omnium quantum ad sufficientiam non
tamen ad efficaciam quia perierunt ex defectu
aliquorum quibus propter eorum demerita
non profuit passio Christi quantum ad effectum
cuius sed mediatoris testimonium tempori
bus suis confirmatum est quia tempore
veteris testamenti confirmatum est per prophe
tas eius adventum prenuntiantes et tempore
novi per ipsius predicationem mirabilibus con
firmatam et per apostolos predicantes in nomine
Christi multa mirabilia facientes. In quo
sed testimonio predicationis positus sum
ego predicator et apostolus. ¶ Est aliter apostolus
nomine dignitatis predicator verbo nomi
natus convenientis statum illi. Veritatem
dico et non mentior in aliquo doctor gen
tium. Ad quod spectat mihi dicere doctor
in fide et veritate i. in hiis que per
tinent ad fidem et mores in quibus consis
tit veritas vite. ¶ Volo ergo hic consequen
ter docet modum orandi quantum ad
personas subiectas et primo quantum ad mascu
los d. Volo igitur viros orare in omni loco
et non solum in templo sed etiam alibi oportu
nitate habita levantes puras manus et dicat

puras ab operibus iniquis elevantes
ut plus designetur elevatio mentis
in deum, nam cum ad intimos non
sit tempus opportunus sine ira et disceptatione
quia orans debet habere cor quietum et
disceptatione i. hesitatione ad deum non
dubitans de exauditione si tamen orat
pie perseveranter et pro se quia si non statim
exaudiat in effectu exauditur tamen
tempore opportuno. ¶ Similiter ad mulieres
d. Similiter et mulieres supple orare volo in
habitu ornato i. decenti et honesto
cum verecundia que est preciosum
ornamentum feminis mulieris. Propter quod
vocat frons meretricis Ie. in frons
mulieris meretricis facta est tibi noluisti
erubescere et sobrietate. Et statuit de exterioribus
ornatibus sed non in tortis
crinibus i. crispatis et capillis non
auro i. ornamentis aureis aut mar
garitis affixis auro et argento vel
in vestibus preciosis circa collum et ma
nus aut in veste preciosa et ista sunt in
telligenda ultra modum status aut
persone quia sunt occasio vanitatis et inci
tant ad peccatum luxurie. ¶ Sed quod
decet mulieres sed habere vestes simplices
et honestas promittentes pietatem per
opera bona ita quod pretium non compen
datur in talibus vanis et curiositati
bus operibus pietatis quod debet esse
ornamentum mulieris. Mulier in silentio
discat sed a predicatione tacita et a viro suo
in domo cum omni subiectione i. humi
litate. Docere autem mulieri non per
mitto quia docere est opus prelati
prelatio vero non inest mulieribus
dominari nec dominari in virum sed
sub esse in silentio ei non contradicendo
sed in licitis et honestis ei obediendo
quod declarat per primum hominem et feminam
d. Adam enim primus i. primo formatus
est Gen. 2°. Deinde Eva Gen. 2°. et hoc
dictum est ad ostendendum quod vir est
mulieris principium quod preferetur ei quod
est a principio. Et Adam non est seductus

sed in hoc quod credidit esse verum serpentis
dictum cautus sicut dii, fuit tamen seductus
in hoc quod ad exhortationem mulieris come-
dit de ligno vetito ne contristaret eam
et quia credidit illa in suggestione non fuit ex-
perimenda. mulier autem seducta in prevari-
catione fuit quia dictum serpentis verum esse
credidit. ista tamen et sequentia diffusius per-
tractatur. salvabitur autem per filiorum genera-
tionem q. d. licet non salvetur per doctrinam
sibi non concessam salvabitur tamen per educa-
tionem prolis ad dei servitium quod cedit sibi
ad meritum vite eterne si permanserit in fide
erga deum et dilectione erga virum tamen sobrie-
tate et sanctificatione contra proximum subiectam etc.

Fidelis sermo
hec est tertia pars in qua instruitur
thymotheus de eo circa ad quem
pertinet, qui est ordinarie gradus eius
et dividitur in duas partes quia primo ponit
hec instructio secundo instructionis causam ostendens
ibi Hec tibi scribo. prima adhuc in duas quia
primo ponit instructionem de gradu maiori
secundo de minori ibi dyacones. et primo dicit
fidelis sermo i. verus quod subditur in
aliquibus libris et omni acceptione dignus
non est in libris correctis. Si quis episcopatum
desiderat bonum opus desiderat q. d. non
est desiderandus propter officii dignitatem,
sed propter annexum laborem qui est ordinatus
ad honorem dei et proximorum salutem. Unde dicitur
episcopus quod est super intendens quia eius intentio
quia semper debet intendere saluti plebis
sibi commisse. dicit autem hic aliquis quod
per episcopum intelligit sacerdotem quod est etiam
officium intendere saluti populi sibi commissi
quia immediate post agit de statu dya-
conorum ut patet in littera. et non est verisimile quod scri-
bendo de statu episcopi statim transiret ad sta-
tum dyaconi sacerdotibus pretermissis. alii dicunt
thymotheus erat solus primas eo quod civitas
ephesina principalis erat totius provincie
in qua erant multi episcopi per thymotheum
instituti propter quod apostolus instruit eum qualis
sit constituendus episcopus. Oportet ergo
episcopum etc. potest convenienter dici quod instruit
eum de utriusque sub nomine episcopi sacerdotis of-
ficium comprehendens, quia sicut est dictum ad

utrumque officium pertinet superintendere, populo magis
tamen competit ad officium episcopi sc. in tota dyo-
cesi sua, ad officium vero sacerdotis in sua parochia.
Oportet igitur docet qualis sit instituendus
in utroque officio. Oportet ergo episcopum irreprehensibi-
lem esse i. sine nota criminis. deinde et integre
fame. ista tamen conditio et alie sequentes
magis relucere debent in episcopo quam in sacerdote.
unius uxoris virum sc. post baptismum.
Si enim ante baptismum habuit unam et mor-
tua fuit non preiudicat ei quin post baptismum
possit accipere unam aliam quia baptismus
tollit illam irregularitatem ut dicitur
contra magistrum. Sobrium in cibis et potibus or-
natum in moribus prudentem in agibilibus pu-
dicum i. honestum in exteriori gestu hospita-
lem in exercitatis actu doctorem i. habilem ad
docendum bene sic et instandum non vinolentum
i. potatione vini assuetum non percussorem
per iracundiam sed modestum per repressionem
passionum non litigiosum ita quod non solum
pugnam non parat ut dictum est sed nec etiam
verbis iniuriosis contendit non cupidum quia
divitiis vestitus debet esse divicie propria
novi et maxime quos respicit, mens ut
habeat alimenta et quibus tegantur hiis
contenti simus. sue domui bene preesse i. dilige-
ter de bona provisione domus sue curam
gerere contra plenum in moribus instruendis. unde
subditur filios habentes subditos i. exhi-
bentes et obedientes cum omni castitate et non
sint sicut filii hely qui dormiebant cum
mulieribus que excubabant ad hostium tha-
bernaculi primo regum secundo. Si quis autem domui
sue preesse nescit negligenter se habens circa
eam quomodo ecclesie dei diligentiam habebit
q. d. non est verisimile quia quilibet naturaliter
inclinatur circa provisionem uxoris et filiorum
unde bruta animalia naturali instinctu circa hu-
iusmodi curam sunt sollicita. non neophitum
i. de novo conversum ad fidem et dicitur a neos
quod est novum et phitos quod est fides ne in super-
biam elatus ex sua promotione in iudicium
incidat dyaboli i. deiciatur a statu gratie
et dignitatis propter suam superbiam sicut dyabolus
propter suam superbiam deiectus fuit. Oportet autem
illum et testimonium habere bonum ab hiis qui foris

Dyacones

sunt i. abusi de libris. Non in malignum inci-
dant i. in contemptum non solum sue persone sed
etiam ecclesie in qua redundat contemptus pre-
latoris eius et laqueum dyaboli i. in odium et
vexationem contra illos a quibus precipue se
contempni ¶ Dyacones hic consequenter in-
struit Thymotheum de statu minorum primo in
dyaconibus 2o de mulieribus ubi mulieres etiam
primo dicit Dyacones similiter supple oportet
esse pudicos i. maturos et honestos in aspec-
tu et exteriori gestu/ non bilingues quia per
hoc suscitatur in ecclesia dissensio non multo
vino deditos quia per hoc aufertur spiritus
discretionis qui requiritur in ecclesie ministris
non turpe lucrum sectantes animum habentes
magis ad temporale bonum quam ad spirituale/
ministerium/ habentes misterium fidei i. con-
cretam fidem illud quod est simplicibus lay-
cis occultum ut possint eos docere in con-
scientia pura i. talis doctrina questum non at-
tendendo sed honorem divinum/ Et hii autem pro-
bentur primum i. antequam ecclesie applicentur ministe-
rio ecclesie probentur de moribus et fide nul-
lum crimen habentes quia debet esse integre
fame aliter coram in fama in dedecus ec-
clesie redundaret ¶ Mulieres hic instruit
eum de mulieribus dicens Mulieres similiter
supple oportet esse pudicas i. non solum castas
intus sed etiam honestas in sensibus exterio-
ribus hoc enim ipse importat pudicitia non detrahen-
tes quod frequenter contingit mulieribus
sed uxores ministrorum ecclesie debent precipue
moribus pollere sobrias in cibo et potu et
necessitatis fideles in omnibus i. verbis et factis et
revertitur ad dyacones dicens Dyacones unius
uxoris sint viri exponatur ut supra qui
filiis suis bene presint eos in moribus infor-
mando et suis domibus uxore et familia
debite regendo qui enim bene ministraverint
in gradu dyaconi gradum sibi bonum acquirent i.
meliorem quam fiant sacerdotes vel episcopi et multam
fiduciam s. habendi finaliter sive vitam beatam
in fide i. per fidem Ihesu Christi ¶ Hec tibi scribo
instructionem de ordinibus ecclesie/ consequenter hic
ponitur huius instructionis ratio cum dicit
Hec tibi scribo quod subditur filii Thymo-
theo non est de textu sed est quedam glosa inter-
linearis in textu; propterea sperans me
venire ad te etc. q. d. si aliter deus disposuit ita

quod non possum te docere verbo de ordina-
tione ecclesie docui te saltem hic scripto
ut scias quomodo oporteat in domo dei
conversari i. ecclesia que est vigore condi-
tionis columpna vel firmitas ad sustinendum
et firmamentum veritatis s. evangelice quam
etiam sustinuit firmiter etiam in persecutio-
nibus maximis et manifeste magnum
est pietatis sacramentum i. sacrum secretum s.
incarnationis verbi divini quod dicitur sacra-
mentum pietatis quia maxima cum pie-
tate et caritate processit incarnatio filii ut
esset hostia immolanda pro salute mundi
quod manifestum est in carne s. assumpta
per hoc enim quod Christus tactu manus
sue sanabat leprosos et verbo suo susci-
tabat mortuos (sed in operatione tamen super
virtute apparebat quod virtus divinitatis
sub carne latebat justificatum est in spiritu
i. per spiritum sanctum justitie Christi testimonium et in
quod dicitur Johannis xvi ¶ Cum venerit spiritus
veritatis ille arguet mundum de peccato
et de justicia et de iudicio(et subditur
de justicia non quia ad patrem vado tunc
enim erit mittendus spiritus sanctus in specie
visibili s. post ascensionem Christi Johannis vii
nondum enim erat spiritus datus quia
nondum erat Christus glorificatus spiritus
sanctus apparens in specie visibili fuit
testimonium evidens justicie Christi et quod
erat verus deus cum patre sicut disposuit
quod tunc declaravit Petrus ut patet Act. ii.
propter quod tunc crediderunt tria milia Ap-
paruit angelis licet enim ante cogno-
verunt non tamen sed notitiam experimentali-
ter in continua ut declaratum fuit diffusius
super Ephes. iii. predicatum est gentibus per
apostolos specialiter per Paulum qui fuit spe-
cialis apostolus gentium Gala. ii. Cui creditum est
Petro in apostolatum circumcisionis creditum est
michi inter gentes etc. creditum est in mun-
do nam a tempore apostolorum in omnibus mun-
di partibus predicatum fuit Christi misterium
et ab aliquibus est creditum ut declaratum
fuit plenius super Ro. x. assumptum est
in gloria quia Christus in tempore glorioso resur-
rexit et sic intellexit in celum ascendit
ut habetur Actuum i° et 4° capitulum ¶

Spiritus h est quarta ps
in qua instruit thymotheum de
alio actu ptinentem ad epm qui
est docere ppllm et diuiditur in .3. p tres q
primo ostendit modum docendi erroneum
2o ponit bonum ibi h ppones etc primum dt
Spiritus autem s. sanctus manifeste dicit i. reue
lat michi et aliis put sibi placet et
dicit manifeste quia reuelaciones diuine
etc sunt illis quibus fiunt qui in nouis
simis temporibus potissime circa tempora an
xpi discedunt quidam i. aliqui recedes
penitus a fide sicut dicitur fuit plenius sup
2o thessal. 2o sup illud ubi nisi qui u
benit discessio primum etc attenden
tes spiritibus s. malignis erroris i. decep
tibus homines in errore et doctrinis de
moniorum aflatis pphetis loquentium sic enim
saluator premisit discipulos iohannis bapt
tistam et locum quo ipse erat beturus
ut habetur luc. x. et illi loquebantur i.
spiritu sancto sic et antixpus premittit pphetas
suos loquentes spiritu dyabolico in ypocrisi i.
simulatione pietatis loquencium mendacium et
ppt speciem pietatis facilius creditur eis et
cauteriatam habentes conscientiam i. obstinatam in ar
dore sue malicie et concupiscencie Est enim
cauterium ferrum ignitum quo vritur caro
et per duritiam sit intelligitur obstinacio
in malo et per eius ignitatem ardor malig
nitatis et concupiscencie prohibencium nubere
quasi hoc sit malum per se cum tamen
deus fecit nupcias tamquam bonas gen
2o et dns approbauit io. 5. dimitte nup
cias tamen propter continentiam seruandam ut
liberius deo seruiat est dimittere minus bonum
ppt maius abstinere a cibis tamquam ab
immundis per se et illicitis quod cum est fal
sum sunt omnia creatura omnis autem creatura
dei per se bona est potest tamen aliquis
cibus fieri malus alicui pacius ut
quia prohibetur sibi a superiori et sic ali
qui cibi sunt illicit in deus tempore veteris
testamenti quia lege prohibiti sed quia ta
lis abstinencia ptinet ad cerimonialia que cessat
in noua lege ut dictum est supra ca. v. ideo
talis abstinencia non est licita ut obligatur
cerimoniali lege potest tamen homo ab illis
vel ab aliquibus earum abstinere alia racione
utpote propter maceracionem sue carnis vel
propter conseruationem sanitatis quos deus creauit
ad percipiendum i. vtendum cum gratiarum accione de
bitis a deo fidelibus et per i. hiis qui cognoue
runt veritatem s. euangelicam per quam legalia cess
serunt quia omnis etc patet ex dictis et sanctifica
tur verbo cum dicit. Sanctificatur enim per
verbum dei incarnatum et per ipso verbum s. fidelium
qui gracias agunt de cibis a deo sibi prestitis
et sic eis non solum est ad salutem corporis
sed eciam anime hec ppones etc. Posito modo
docendi erroneo hic consequenter proponitur
verum docendi modum et primo quantum ad
omnes generaliter 2o quantum ad aliquos p
sonas specialiter ibi Seniorem etc. Adhuc
primo supponit vitam virtuosam et studium sine
quibus actus docendi non est efficax
ideo apostolus primo inducit thymotheum
ad docendi actum 2o ad virtutis exercitium ibi
exerce te ipsum 3o ad sacre scripture studium
ibi dum venio. Circa primum dt h ppones
s. quod mirabile sunt bone et tibi licita ut
predictum est fratribus i. fidelibus bonus eris
minister ihu xpi exponens doctrinam et bolu
tate enutritus verbis fidei katholice et
bone doctrine assecutus quam assecutus es per
graciam specialem nam epi sunt successores
apostolorum ut dt in decretis xxi. d. c. in nouo
testamento ineptas autem et aniles fabu
las quas anus solet narrare et pro
nichilo sunt computande de uita talia enim
in doctrina fidei non sunt ponenda Exerce
te ipsum hic inducit thymotheum ad ui
tutis exercitium de exerce autem te ipsum accu
pitur hic pietas dupliciter uno modo put
pietas est idem quod cultus diuinus in quo
debet exerceri episcopus Alio modo put pietas
importat condescensionem ad proximum quantum
ptinet ad epm tam in corporalibus quam eciam
in spiritualibus et subdit racionem huius
exercicii dicens nam exercitacio corporalis in
ieiuniis et vigiliis et huiusmodi ad modicum
utilis est s. ad repressionem concupiscentie
carnis ideo qui sic exercitatur quod modicum in
thymotheo valebat cuius ciborum sufficienter exerc

adquatitur

repressa cum conformitate carnis ut habetur
capitulo sequenti quod ex bono virtutis exercitio
pietas autem ad omnia utilis est quia partes
[illegible] tamen bene disponat hominem ad bo-
num [illegible] promissionem habens vite que nunc
est [illegible] future gloriae ideo subdit
apostolus fidelis sermo i. verus [illegible] accep-
tione dignus quia credenti proficimus. In
hoc enim laboramus et maledicimur i. ob
plura patienter sustinemus quia speramus
in deum vivum qui fidelis est in reddendo
premium ideo subditur qui est salvator
omnium hominum [illegible] ad sufficientiam [illegible]
sui maxime fidelium dicitur maxime
quia ipsorum est salvator [illegible] ad sufficientiam
et efficaciam. Precipe hec ut habens auctori-
tatem et doce ut habens scientiam nemo
adolescentiam tuam contempnat i. licet
sis iuvenis etate [illegible] sis senex in mori-
bus ut nullus habeat occasionem te con-
tempnendi. Et ideo subditur Sed exemplum
esto fidelium in verbo sane doctrine et com-
municatione sane doctrine sancte vite in caritate
quantum ad proximum [illegible] in fide quantum
ad proximum intellectum licet autem caritas
et fides sint interius in mente tamen re-
lucent exterius in opere ideo subditur in
castitate i. in mundicia corporis. Dum
venio hic consequenter inducit thy-
motheum ad sacre scripture studium [illegible]
Attende lectioni legis prophetarum et evangelii
et quia illud quod accipitur in studio de-
bet refundi per exhortationem et doctrinam
in populo ideo subditur exhortationi quantum
ad [illegible] et doctrine quantum ad credenda
noli negligere gratiam que in te est ne
de talento abscondito arguaris que data
est tibi per prophetiam [illegible] cum ordinaretur
episcopus revelatum fuit paulo [illegible] per futu-
[illegible] ex eius ordinatione et sic per prophe-
ciam fuit ordinatus cum impositione ma-
nuum presbiterii est autem presbiterium dig-
nitas vel officium presbiteri et accipitur hic pro
[illegible] sic communiter sub nomine episcopi vel episcopatus
comprehenditur presbiter sive presbiteratus
[illegible] capitulo precedenti et dicat manuum
in plurali quia in consecratione episcopi plures

requiruntur Hec meditare scilicet lectionem pre-
dictam ut dictum est et officium tue dignitatis
In hiis esto [illegible] pro doctrina
sana et alia [illegible] ad [illegible]
[illegible] ut profectus tuus manifestus sit
omnibus ita quod omnes percipiant
te proficere [illegible] non solum tibi sed aliis [illegible]
Attende tibi qualiter vivas et doctrine
qualiter doceas sicut [illegible] cepit facere
et post docere Insta in illis diligenter
[illegible] hoc enim faciens et teipsum salvum facies et
eos qui te audiunt. Seniorem ne increpaveris [illegible]
[illegible] docendi qualiter quo ad omnes
hic consequenter ponitur modus docendi
quantum ad personas speciales [illegible] sicut [illegible]
dicit [illegible] cum qualitate audi-
torum [illegible] sermo doctorum
Ostendit [illegible] aliquando
[illegible] dicit igitur Seniorem
ne increpaveris [illegible] in verbis dur-
is obsecra ut patrem ut [illegible] ab
[illegible] senectuti. Hoc tamen
non intelligendum est de senibus [illegible]
malicia obstinatis que acriter [illegible]
[illegible] sunt sicut daniel [illegible]
[illegible] increpavit senes i.
[illegible] danielis xiii Iuvenes ut
fratres ut [illegible]
[illegible]
ut honorifice [illegible]
[illegible] Iuvenculas ut sorores ut
[illegible]
[illegible] qui [illegible]
[illegible]
[illegible] non debet esse nimis [illegible]
ideo subditur in omni castitate ut nec
verbo aliquo vel signo possit aliquis [illegible]
[illegible] de aliqua levitate erga iuvencu-
las [illegible]

Viduas honora. Hec est ista
4ta pars huius epistole in qua thy-
motheum instruit de quarto
actu ad quem [illegible] qui est bona
[illegible] dispensare [illegible]
[illegible]
pater pauperum est [illegible] pauperes [illegible]
maxime [illegible] viduis
ideo primo instruit thymotheum de
viduis [illegible]

bene possunt similiter in ii d. quia primo proponit intentum in generali 2o prosequitur intentum in speciali ibi Si qua autem. circa primum sciendum quod honor dupliciter accipitur in scriptura uno modo pro reverencie exhibicione. ¶ Alio modo pro necessariorum ministracione unde Jeronimus super Mattheum xv. quod illi qui sub specie religionis prohibebant oblaciones de hoc unde parentes debebant sustentari erant transgressores divini precepti de honorandis parentibus. ¶ Sciendum eciam quod vidue vere sunt in duplici gradu quia aliquae sunt divites et illis debetur honor primo modo dictus. Alie vero pauperes quibus debetur honor 2o modo dictus. et sic intelligendum est verbum apostoli cum dicit viduas honora hoc modo vel illo secundum earum condicionem que vere vidue sunt hoc dicit ad excludendum illas que meritum viduitatis perdunt. ¶ Si qua autem hic consequenter prosequitur intentum magis in speciali et dicit primo quod sunt vere vidue nominande 2o qualiter sunt sustinende ibi Si quis fidelis. prima in ii d. quia primo ostendit que dicende sunt vere vidue vidue morum 2o vero annorum ibi vidua eligatur. prima adhuc in ii d. quia primo ponit predictam distinctionem 2o vero declarat verbum illud Si qua autem distincta vero est de viduis divitibus et pauperibus et que debent esse mores utrarumque et primum ad divites dicit Si qua autem vidua filios aut nepotes habet indigentes suam educacionem discat primo domum suam gubernando et in moribus instruendo et mutuam vicem reddere parentibus eis reverenciam exhibendo et necessaria ministrando si indiguerint sicut alia sunt ab eis hoc enim acceptum est coram deo cui placent opera pietatis ¶ Consequenter dicit de pauperibus que autem vere vidua est et desolata id est destituta bonis temporalibus sicut et marito speret in deum quia per provisionem eius habebit sufficientem victum

et instat obsecracionibus et oracionibus nocte et die id est omnibus horis ad hoc aptis. qualiter autem differunt obsecraciones et oraciones dictum est supra in primo secunde capitulo. nam que in deliciis est vivens molliter iacendo et comedendo permittendo mortua est id est propinqua morti specialiter quia delicie ventris ad actum luxurie ideo subditur. et hoc precipe tam divitibus viduis quam pauperibus ut irreprehensibiles sint id est absque defectu vite unde possent aliqui racionabiliter scandalizari. ¶ Si quis hic reddit racionem primi membri inquantum dictum est quod vidue divites debent esse sollicite de nutricione filiorum nepotum et parentum. hic reddit racionem huius dicti d. Si quis autem suorum id est attinencium sibi quocumque iure non habet curam negligendo et maxime domesticorum id est conse[?] de domo sua vel cognacione fidem negavit id est fidelitatem quam debet habere ad personas dictas quam negavit fidem debitum auxilium eis subtrahendo et est infideli deterior id est in hoc peccat gravius quam paganus fidem Christi non habentes quoniam status eorum talium est gravior ¶ Vidua hic consequenter ostendit que sunt vere vidue vidue annorum et ostendit primo quod tales sunt honorande 2o quod alie sunt vitande ibi adolescentiores. circa primum dicit vidua eligatur tamquam honorabilis non minus lx annorum tunc enim fomes libidinis est refrigeratus que fuerit unius viri uxor non 2o nupcias secuta unde continencie sunt tamen laude. In operibus bonis testimonium habens nam esse debet integre fame si filios sibi derelictos educavit bene et secundum suam possibilitatem et scit subditur. Si hospicio si sanctorum pedes lavit id est discurrentium pro predicatione si tribulacionem pacientibus id est incarceratis et infirmis subministravit secundum possibilitatem suam ut potest facere si fuit dives vel aliquo obsequio si pauper. Si omne opus bonum subsecuta est secundum possibilitatem et decenciam sui status ¶ Adolescenciores hic consequenter ostendit

Et

que vidue sunt viventes d. adolescentiores
autem viduas inquibus viget adhuc ignis
concupiscencie carnalis et vita quia
societas carnis et familiaritas est periculosa
cum viro quantumcumque casto unde dicit ysi
dorus soliloquiorum li° 2° ii nisi separata
tione esse tutus esto cum mulier corpore et habi
tatione discretus cum serpente enim non
eris diu illesus ante ignem consistens et
proximus periculo diu tutus non eris sicut
licet sis aliquando tamen dissolveris cum enim
luxuriare fuerint frangendo continenciam
vidualem in christo nubere volunt habentes
dampnacionem quia primam fidem irritam fecerunt
et hoc patet quod loquitur de illis
que fecerint votum continentie vidualis
quibus non solum nubere sed etiam velle
nubere dampnabile est si enim votum
non fecissent debent observatam habere esse
eis velle nubere contra primam nubere
quia primam fidem fecerunt de proposito
de continentia viduali irritam fecerunt per
casum luxurie simul autem et ociose
circumeuntes domos discunt discurrere de
mos ad audiendum fabulas et videndum
inhonesta spectacula sed ociose tamen de
berent esse taciturne et ociose et verbose
et dissolutas loquentes que non oportet
et scurrilia quo decet statum vidualem
propter quod concludit volo igitur iuniores nubere
propter fornicationis pericula filios procreare
ad serviendum deo in fide katholica matres
familias esse ut occupate cura rerum domes
ticarum et familie impediantur a discursu
vago et ocioso nullam occasionem dare adversa
rio vel infideli maledicti vel maledicendi gratia
quia qui erit cum infideles vident possint mur
murare vitam fidelium iam enim quedam converse
sunt retro voto continentie vidualis
fracto post sathanam eius suggestio
ni consenciendo et ideo tales non sunt computanda
de inter viduas etc. ¶ Ut igitur ipsius
que vere vidue sunt habendo et dicendo
hic consequenter ostendit qualiter sit subvenienda
quia si aliqua sunt pauperes habentes tamen
aliquos propinquos vel alios divites et divi
tes bonum est ut subveniat ab illis ut
sic aliis non habentibus tales amica

possit melius provideri et ab ipsis ecclesia
gravamine et hoc est quod dicitur
si quis fidelis impotentiam et honestate
laudabiles non habet sed viduas in domo
vel cognatione sua subministret illis
necessaria pacienter ecclesia ¶ Qui bene
hic consequenter instruit de ministri
ecclesie provisione d. qui bene presunt presbi
teri sacerdotes denotate divina officia
et ministrando subditis ecclesiastica
sacramenta duplici honore habeantur
digni et hoc duplici honor est ut eis
exhibeatur reverentia et ministrentur
necessaria ut supra dictum est maxime
qui laborant in verbo instruendo alios
de fide et doctrina de moribus ¶ Deinde
probat per scripturam quod necessaria sunt
eis ministranda primo per scripturam
veteris testamenti deute° xxv. non in
frenabis os bovi trituranti per hoc si
gnanter preceptum fuit ut non negetur
necessaria predicatori qui triturat in
area dei 2° per scripturam novi dignus
est mercenarius mercede sua ut dicitur de
predicatoribus luc. x ¶ Adversus presbi
terum per predicationem huius epistole in qua
struit thimotheum de actu iudicandi
et puniendi subditos in foro — in altero
quod pertinet ad eius primo instruit eum
primum ad accusationes et testificationem d. ad
versus presbiterum accusationes noli recipere
quia contra personam tanti status non
est leviter credendum nisi sub duobus
vel tribus testibus ydoneis ad hoc et
probatis in veritate 2° instruit eum
de punicione d. peccantes coram omnibus
argue ut sicut peccatum est notum ita
et punicio ut et ceteri timorem habeant
et sic a malo desistant ne sciant
peccatum et terreant 3° instruit eum
de inquisicione diligenti que debet
precedere iudicium et punicionem d. testi
coram deo et cetera modus est admonendi
admonendo efficaciter thimotheum
ut hec custodias que dicta sunt et cetera
quod scilicet sine preiudicio id est sine precedenti
examinatione diligenti nihil faciens manum i

pincionibus in aliam partem declinando a rectitudine iusticie propter defectum examinationis debite ideo subditur manus cito nemini imposueris ipsum per capitationem puniendo neque communicaveris peccatis alienis i. illorum qui malecum acquisiverunt aliqui ante promovent hoc de ordinacione nimis festinanter aliquis insufficienter et sic episcopus communicat peccatis ipsius indigne ministrantis ¶ Te ipsum h. est pars incidentalis in qua monet thymotheum de sui ipsius custodia diligenti eo quod instruxerat eum de providencia aliorum cum rector iustus debet esse in omnibus ab illis que precipit ab aliis et dividitur in duas partes quia primo facit propositum secundo declarat quoddam suppositum dum ibi quorundam etc. primum dicit te ipsum castum custodi s. in animum et corpus et sine reprehensione et quia thymotheus custos castitatis nimis affligebat corpus suum ideo subditur noli adhuc aquam bibere cum potus non sit licitus neque stomacho languenti et egritudinibus corporis sed vino modico non nocet castitati et valet ad sanitatem servandam que necessaria est ad exercendum viriliter officium episcopi ¶ Quorundam hic manifestat quod suppositum dum est dixerat enim quod thymotheus nichil ageret sine diligenti examinacione primo ideo declarat que sit illa que indiget tali discussione et que non et dividitur ¶ Quorundam hominum peccata manifesta sunt ex evidencia facti et talia non indigent alia testificatione examinacione ideo subditur precedencia ad iudicium i. examinacionem quia sunt per se notoria et sic punienda sine discussione quosdam autem subsequuntur i. post latencia ita quod non apparent punienda nisi post discussionem factam et facta bona similiter aliquorum manifesta sunt ex evidencia rei et sic non indigent discussione necessarium ad approbandum sed et que aliter se habent ita quod non sunt discussione digna tamen approbantur ¶ Ita tamen autem talia abscondi non posse illo modo impossibilitatis quo aliquid dicitur impossibile fieri eo quod difficile est fieri v. modo ut

alia abscondi non possunt s. divino iudicio licet abscondi possint humano iudicio ¶ Quicumque sunt est

Quiltima pars principalis in qua thymotheus informatur ad alia custodienda maxime pertinet ad pontificem et dividit in tres partes quia primo indicat ad custodiam pauperum secundo divitum ibi divitibus tercio generaliter omnium ibi o thymothee maxime cum pauperes sunt servi qui quod habent vel acquirunt totum est dominorum suorum sic quod custodiuntur quando ad servicia humiliter et fideliter suis dominis inducuntur ideo thymotheus instruit primo de hac custodia secundo doctrinam replicantium contra ibi ¶ Si quis aliter etc. primum dicit apostolus quicumque sunt sub iugo servi etiam infidelium ut dicit hic glossa dominos suos honore dignos arbitrentur similiter obediencia i. litatis et honestatis unde et sanctus paulus noluit episcopus infideli regi suo pro filio quodam vidue humiliter et devote ne nomen domini et doctrina blasphemetur si enim servus alicuius infidelis eo quod efficitur christianus subtrahet suo debitam servitutem posset dici ab infidelibus quod doctrina christi non esset bona qua accederet in christo et subtrahet alienum qui autem habent fideles dominos non contempnant denegando eis debitam servitutem quod fratres sunt i. eiusdem professionis sicut enim asserebant aliqui eo quod non habet imperium par in parem ¶ Sed illa paritas intelligenda est in spiritualibus tamen quod dicit ambrosius apud deum servitus bona et bona libertas equivalenter appenditur non autem in corporalibus in quibus est servitus ¶ Sed magis serviant eis quia fideles sunt quod fidelibus magis tenetur quam infidelibus et dilecti deo quia participes sunt beneficii sunt participes sunt cum servis per sacramentum baptismi ¶ Hec doce ignorantes et exhortare scientes ad complendum in opere ¶ Si quis hic consequenter removetur contraria doctrina et dividitur in duas partes in parte principalem et incidentalem ibi est autem questus etc. primum dicit apostolus ¶ Si quis aliter docet quam dictum est de servis dominis et non acquiescit sanis sermonibus domini nostri qui sic apostolus

non dicat predicatori instinctu proprio sed divino superbus
super est talis doctor conphibita cum pro-
cedit asserere noua que sunt dubia et mul-
to magis que sunt falsa nichil sciens sed
de talibus non est sciencia sed languens circa
questiones quia tendit ad mortem spiritua-
lem per destruccionem fidei ex quibus scilicet questi-
onibus et verborum inutilibus oriuntur in-
vidie et contenciones et convicia id est prava prava
blasphemie id est detractiones et absencia
suspiciones male non invidentes ad invicem
scilicet mutua pessime interpretantes conflictiones
hominum mente corruptorum scilicet falsorum predicato-
rum contra alios et qui avaricie similiti-
dinem habent avaricie cum vite instruc-
te doctrine ¶ Estimancium questum pietatem id est opus
pietatis commercium propter lucrum temporale
¶ Est autem questus hic est pro incidentalis
inopia cotidie habita questus falsorum predica-
torum excludit a veris predicatoribus. Item
questum et thus abstinendum generaliter 2o ad
thymotheum specialiter intendentem ¶ Cui pro-
dicit ¶ Est autem questus magnus non per
ipsum acquiritur vita beata pietas id est opus non
predicacionis cum sufficiencia victu et
vestitus quod debent sufficere viris predicati- contentis
bus sicut dicit predicator ¶ Nichil enim intuli-
mus in hunc mundum etc. habentes autem alimenta
etc. Nam qui volunt divites fieri loquitur
de predicatoribus ewangelii qui debent
esse alieni cupiditatibus et expediti esse.
Fieri divitem non est malum sed intendere
divicias. Unde dicit Ambrosius super Lucam
dicuntur divicie impedimenta sed reprobis
ita probis sunt adiumenta virtutis. Item propter
quod velle esse divitem vel bene utendum
est malum, nisi propter impedimentum maio-
ris boni, magnam enim curam circa talia impen-
dit actum predicacionis, propter quod apostoli curam tem-
poralium commiserunt aliis dicentes Act. 6o
non est equum derelinquere verbum dei et ministrare
mensis considerate ergo fratres viros etc. et subdi-
tur constituamus super hoc opus. Vel potest
dici et magis ad intencionem apostoli ut videtur
quod cum dicit qui volunt divites fieri loquitur
de falsis apostolis qui predicabant ex cupiditate
lucri temporalis et sic velle divites fieri accii-

petitur per inordinatum diviciarum appetitum
qui semper est malus ideo subditur
incidunt in temptacionem per interiorem pro-
cessum et in laqueum dyaboli cum de se-
ruit multis etc. quia divicie prestant
viam et fomentum ad omnia vicia que
mergunt homines in interitum id est in profun-
dum [illegible] et perdicionem id est gehenne penam
radix enim omnium malorum est cupiditas
quia sicut radix transmittit fomentum
omnibus partibus arboris sic divicie
omnibus peccatis ut dictum est. Quam quidam
appetentes scilicet cupiditatem quia hic accipitur
[illegible] ex cupiditate [illegible]
erraverunt a fide abyssus enim abyssum
invocat et sic abyssus cupidita-
tis trahit abyssum infidelitatis et
inseruerunt se doloribus multis mali
enim homines qui continue sunt in metis
dolore propter quod dicit Augustinus quod malus animus
est sibi ipsi pondus et cum hoc se obligat
ad dolores inferni intollerabiles ¶ Tu
autem hic consequenter inducit excludit
hanc cupiditatem sive questum a thymo-
theo et primo exhortando 2o precipiendo ibi pre-
cipio capitulum dicit ¶ Tu autem o homo
dei id est deputatus obsequio divino hec
fuge et consequenter ostendit quales divi-
tias debet querere dicens sectare vero insti-
ciam erga proximum pietatem fidem cari-
tatem erga deum, qua creditur fide caritate
qua diligitur pietate qua colitur ¶
¶ Est enim pietas vero ut dicit supra
ex cultus divinus pacienciam erga persecu-
tores mansuetudinem erga omnes certa bo-
num certamen fidei scilicet contra malos resistendo
apprehende vitam eternam id est per hoc apprehen-
des eam in qua vocatus es per gratiam
in presenti que est causa vite beate et con-
fessus bonam confessionem coram multis
testibus et hanc confirmare tua conversa-
cione in predicacione ¶ Precipio tibi hic indu-
cit thymotheum precepto dicens precipio tibi co-
ram deo qui principalis est ubique qui
vivificat omnia in quantum dat omnibus
esse et similiter in Christo Jhesu id est coram Christo Jhesu

qui testimonium reddit sub poncio pylato etc.
Joh. xviii. In hoc natus sum et ad hoc
veni in mundum ut testimonium perhibeam
veritati quod fecit verbo et facto i. doctrina
et mirabilis tempore quo poncius
pylatus erat preses iudee et hoc fuit
bona confessio ut serves mandatum
sine macula i. mandatum ewangelium
sine corrupcione in quo predicatoribus ad pre
dicandum missis dicitur quod expedit
sine acquisitionibus terrenis usque in
adventum domini i. usque ad mortem tuam
in qua veniet dominus ad te glorificandum
quem suis temporibus i. tempore iudicii
ostendet in forma humanitatis glosa beatus
et solus potens etc. i. trinitas beata cuius o
pera sunt indivisa unde illa que supra
dixit tota trinitas qui solus habet
inmortalitatem sola enim trinitas habet
esse necesse esse et hoc notatur hic in
mortalitas proprie loquendo de inmortalitate
omnis enim creatura eo quod est de nichilo
creata est in nullum potens est esse et lucem
habitat inaccessibilem quia non potest
comprehendi ab aliqua creatura propter eius
infinitatem et hec incomprehensibilitas notatur
hic inaccessibilitas quem nullus homo
vidit sed purus homo existens in cor
pore sensibus utens quia corpus homo
vidit divinam essenciam et ut dicit [illegible]
de moyse etiam et paulo dicit Aug. quod
viderunt divinam essenciam tamen in raptu
Divitibus huius seculi apostolus docet
thymotheum de custodia hic consequenter
instruit eum de custodia divitum
qui tunc aplicato sibi custodiunt quia in
humilitate et pietatis operibus inveniuntur
et hoc est quod dicit divitibus
huius seculi precipe non sublime sapere
i. pro superbia non erigi sed in humilitate te
nere neque sperare in incerto diviciarum
ponendo ibi finem suum sed in deo vivo
ad differentiam ydolorum qui non vivunt qui
prestat nobis omnia habunde ad fru
endum quia non solum dedit in presenti temporalia
sed bona quibus homines utuntur sed
etiam celestia quibus beati fruuntur bene
agere supple precipe divitibus divites fieri
in operibus bonis quia iste sunt vere
divicie quas nullus potest auferre
communicare bona sua indigentibus thezauri
zare sibi etc. Mt. xix. Da pauperibus et
habebis thezaurum in celo. O thymothee
hec est ultima pars in qua inducit thy
motheum ad custodiam omnium subditorum suorum
generaliter dicens O thymothee depo
situm custodi i. gregem tuum fidelium com
missum devitans prophanas vocum no
vitates et dicit vocum novarum quia
non sub est veritas unde dicuntur prophane
i. procul a phano quia templum veritatis debet
vitare et oppositiones falsi nominis scientie
i. sic falso nominate quia sine scientia sed apparentie
cum tamen non consistentem quandam pro
mittentes verbis sophisticis et rethoricis i.
mittentes contra fidem exciderunt sicut
Arrius et multi alii hereticis finaliter
concludit Gratia dei tecum amen.

Explicit prima epistola ad thymotheum

Incipit secunda epistola ad thymotheum

Paulus apostolus Hic incipit secunda
epistola ad thymotheum que dividitur
in tres partes scilicet in salutacionem et premis
sionem ibi Gratias ago et epilogum ibi Ego
enim iam delibor tertio. Secundo etiam medium In
prima parte ponitur primo persona salutans ibi paulus
et persona salutata ibi thymotheo et
optata bona ibi gratia et patet ex dictis in
principio precedentis epistole sed hoc excepto
secundum promissionem vite que est in christo ihesu i.
vite eterne que in christo est obtinenda quia beati
vestientur intus in aspectu sue deitatis christi et
in aspectu sue humanitatis exterius ut dicit Aug.
exponens illud Joh. x. Ingredietur et egredietur
et pascua inveniet. Gratias ago hic inci
pit huius epistole processus etiam quem fecit quod

(margin:) salutatus

paulus in spiritu videns suam passionem appro-
pinquare et quod extunc non posset evan-
gelium predicare scripsit thymotheo suo di-
scipulo predilecto ut constanter et efficaciter
fidem katholicam predicaret non territus
in aliquo etiam timore mortis in vinculis
cum gloriosum sit tristicie pmutatum
de statu vite presentis / et dividitur in duas partes quia
primo dilectionem suam erga thymotheum ex-
primit ut monitionem suam melius recipi-
at / secundo inductione ad predicandum incitat ibi
propter quam causam ¶ Circa primum dicit gratias ago deo
cui servio a progenitoribus meis id est ab
abraham ysaac et iacob qui fuerunt cultores
cultores dei / et sicut gamaliel qui nutri-
vit paulum et in lege docuit / propter quod dici-
tur progenitor eo modo loquendi quo
dicit apostolus 1º cor. 4º in christo ihesu per
evangelium ego vos genui in conscientia
pura non sicut falsi apostoli qui serviebant
deo cultum exteriori apparentia quam sine
intermissione et cetera id est quotienscumque vacat
michi tempus orandi habeo memoriam
fidelem tui memor lacrimarum tuarum quas fle-
vit cum thymotheus a paulo dimissus
ex patus erat ire contra eos ad diversa pericula
ut gaudio implear gaudio extrema prestare
recordationem accipiens id est habens eius fidei
id est fidelitatis erga deum et memetipsum que
est in te non ficta sed vera et firma que et
fides firma habitavit primum in avia tua
et cetera quasi dicat non est dubitandum quin est in te
fides firma ex quo fuit in avia et ma-
tre tua que tamen erant fragiles persone ¶
propter quam causam hic consequenter ponit suam moni-
tionem in qua multipliciter inducit thymo-
theum ad predicandum constanter evangelium /
et dividitur in duas partes et in secunda parte ponit motiva
que inducunt ad suum propositum que patebunt
procedendo / primum vero motivum est pontificalis dig-
nitas que movere debet thymotheum poti-
ssime ad constanter predicandum / et primo mo-
tivum hoc ponitur / secundo ad hoc exemplum inducit
ibi absque causa / quia scio te habere fidem
firmam admoneo te ut in fraternitate ut re-
suscites graciam dei et cetera quasi gratiam pontificalis
dignitatis quam resuscitare dicitur qui in actu
predicandi magis fervor et insolitus quam
progredi videtur et quod sic debebat esse

ondit dicens non enim dedit nobis spiritum timo-
ris deus ut pre timore verbum dimit-
tamus predicandi actum sed virtutis id est con-
stancie contra adversitatem et dilectionis erga
deum quam timorem post postponere faciant predi-
care evangelium et sobrietatis / hoc ad-
didit ne quis crederet quod talis fer-
vor in aliquo non faceret excedere modum
noli itaque erubescere testimonium domini
id est evangelium quod est eius testimonium
neque me vinctum eius scilicet amore ipsius
quasi dicat hec non sunt erubescibilia sed magis
honorabilia sed collabora evangelio scilicet
predicando sicut ego laborem fer in virtute
dei qui nos liberavit a servitute culpe
et vocavit vocatione sua sancta ad sal-
tutem et cetera non secundum opera nostra id est non ex
meritis nostris sed secundum propositum suum et gratiam
id est secundum voluntatem suam gratiosam quam data
est nobis in christo ihesu id est disposita eterni-
ter ab ipso ante tempora secularia
iam ab eterno est hec dispositio licet eius
execucio facta sit in tempore / propter quod
subditur manifestata est autem nunc id est
tempore gratie per illuminacionem salvatoris
nostri ihesu christi sua adventu mundum
illuminantis qui destruxit quidem mor-
tem a mortuis resurgendo illuminavit
autem id est in lucem produxit et fecit esse
cognitam vitam et incorrupcionem ad ce-
los ascendendo per evangelium in quo ista con-
tinentur in quo scilicet evangelio positus
sum ego predicator non actor et apostolus
est autem predicator nomen actus apostolus
vero nomen officii vel status ¶ Ob quam causam
hic consequenter inducit pro exemplo
semetipsum qui erat in catenis propter officium
predicandi et hoc est quod dicit ob quam
causam id est pro evangelii predicatione hec patior
sed non confundor sed magis glorior et
subdit racionem huius gloriationis dicens scio
enim et cetera Sequitur scio cui credidi scio enim e-
ius firmitudine ad habendum quod
ipse ille qui est deus potens est servare us-
que in illum diem depositum meum id est premium
meum quod per fidem reposui apud ipsum ser-
vando in illum diem id est usque in die exitus
mei / et tunc ad gloriam anime in die iudicii

et in die iudicii quantum ad corpus glo
rie. Formam habe. Hic ponitur xiii
motivum quod est predicancium paucitas. Nam
discipuli pauli qui erant in asya quasi
omnes a fide recesserant et hoc debebat
movere thymotheum ad sciencius sed
predicandum cum quod alii in hoc defi
ciebant. Dicit igitur formam habe sa
norum verborum tales enim esse debent verba
predicacionis que a me audisti in fide et
dileccione id est de fide et dileccione ihesu christi.
Bonum depositum custodi id est donum tibi
commissum quod sunt preciosa quantumque
in corporali presencia sicut [illegible] tibi quia s
[illegible] et subdit de predicancium paucitate
cum dicitur Scis enim hoc quod aversi
sunt a me omnes qui in asya sunt id est illi
qui sunt ibi in maiori parte ita quod dicantur
omnes ad denotandum pluralitatem re
cedencium. Sicut dicitur omnes de civi
tate vadunt ad tale spectaculum vel
festum quamvis multi remaneant. Ex quibus
est phigelus et hermogenes isti enim duo
simulate se iunxerant paulo ut invenirent
unde sibi calumpniam facerent
Sed postea quod eorum malicia esset pau
lo manifesta cito recesserunt ab eo
ut dicit hic glosa. Propter quod apostolus
exprimit hic eos nominatim ut thy
motheus se caveat ab eis sicut ab
adversariis veritatis contra quos opportunum magis
se ponit magis [illegible] Ideo apostolus
e contrario laudat unum de asya scili
cet fidelem cum familia sua dicens Det
misericordiam dominus honesiphori domui id est
sibi et fidelibus cum eo existentibus quia
sepe me refrigeravit necessaria
ministrando et kathenam meam id est me ca
thenatum sicut hominem malum non
erubuit sciens iusticiam meam. Sed cum
Romam venisset de asya cum labore mag
no et sumptibus sollicite me quesivit
diligenter inquirens vias et modos qui
bus ei liceret ad me ingredi et invenit
propria diligencia propter quod subdit apostolus
Det illi dominus invenire misericordiam a

domino id est a filio qui est dominus de domino sicut
deus de deo sicut quod dicitur ps. Dixit
dominus domino meo etc. In illo die scilicet
sive mortis vel iudicii generalis. Et quanta Ephesi
sibi ministravit michi existens meis tu me
lius nosti qui tunc mecum cum aliis pre
sens fuisti etc.

Tu ergo fili. Hec est tercia pars in qua po
nitur tercium motivum ex parte
aliquorum qui solent esse multum
solliciti de execucione sui officii ex hoc
debet movere thymotheum ut sit sollicitus
de officio predicandi et alios ad hoc ydo
neos inducendi. Dicit igitur Tu ergo fili
mi confortare constanciam in officio predi
candi accipiendo et que audisti a me per
multos testes scilicet confortata per plures
prophetas et hagiographa hec commenda
fidelibus hominibus id est sane fidei qui
ydonei erunt et alios docere. Tu ne sub
lite sine [illegible] quia propter permit
[illegible] sollicitudine d. labora in predicando
sollicite sicut bonus miles ihesu christi.
Milites enim regis temporalis in acie po
siti sunt valde solliciti de victoria op
tinenda et multo forcius milites christi de
bent esse solliciti de fide predicanda per
quod acquiritur corona eterna. Et quia pre
dicacio per sollicitudinem temporalium impeditur
ut dictum est ultimo capitulo precedentis
epistole ideo subditur Nemo militans
deo sollicite in predicacione sua. Implicat
se secularibus negociis. Sed ante implica
cionem cum compellente pietate necessi
tatem sustinendum est similiter ad hono
rem caritatis necessitate. Unde dicit
Augustinus otium sanctum querit caritas veritatis
negocium iustum suscipit necessitas caritatis
quam sarcinam si nullus imponit contemplande
veritati vacandum est. Si autem impo
nitur suscipienda est propter caritatis ne
cessitatem. Nam et qui certat in agone corpo
rali non coronatur corona victorie nisi
legittime certaverit. Similiter predicator e
vangelii non coronabitur corona glorie
nisi constanter et intrepide predicaverit. Quinimmo
sepe sicut [illegible] d. laborantem agricolam

opt[ime] i. iustum est primum de fructibus recipere
quia plus aliis laboravit sic predicator la-
borans in agro dominico plus ceteris reportat
de merito. Intellige que dico scilicet istas parabo-
las esse dictas de predicatore et sancto Paulo
sed quia intellectus veritatis est a deo sub-
ditur dabit enim tibi dominus etc. ¶ Memor esto
hec est quarta pars in qua ponit incitamentum
nu[m] s. promisso glorie celestis predicatoribus
veris ¶ Ad hanc enim gloriam habemus accessum
propter Christum a mortuis resurgentem / Ideo de hoc
facit primo mentionem d. memor esto dominum
nostrum Ihesum Christum resurrexisse quia per ipsum si-
militer resurgemus secundum evangelium meum
predicatione non acquisitione sic enim est sola
ne Christi / In quo laboro usque ad vincula quasi
cum incarceratus Paulus propter predicare evan-
gelium quasi male operans cum tunc bene ageret
sed verbum dei non est alligatum quia doce-
bat presentes verbo scilicet incarceratos cum eo
custodes carceris ... quos convertit
ad fidem ¶ Sed absentes docebat scripto et
plures eis mittendo Ideo omnia sustineo
patienter propter electos ut et ipsi salutem conseq[uan]-
tur. Persecutio enim salute primum Pauli auge-
batur / propter quod concludit Fidelis sermo
i. verus nam si commortui sumus i. cum Christo
mortui propter predicationem sui evangelii et con-
vivemus s. cum eo vita perhenni ¶ Si sustinebimus sus-
tinendo pondera tribulationum de persecutione et conreg-
nabimus in gloria celesti. Si negaverimus
Christum verbo vel facto et ille negabit nos coram
patre suo. Si non credimus verbo primi propter
magnitudinem sue ... sicut dicunt aliqui
de una eius nimis presumentes et sine timore
peccantes ille fidelis permanet in veritate ius-
titie negare seipsum non potest negaret ut
seipsum si negaret suam iustitiam quia iusti-
cia divina et deus idem sunt. hec commoneo
in presenti ferventi predicatione testificans coram
deo i. ipsum in testem invocans / inducendo ver-
ba sua in scripturis divinis / et opera sua in signis
et prodigiis ¶ Noli verbis contendere. Hec est quinta pars
in qua ponitur quintum incitamentum s. loquacitas
falsorum predicatorum / quia si sunt solliciti de
suis falsitatibus asserendis / multo magis
predicator verus debet esse sollicitus de veritate
evangelica constanter predicanda / et dividitur in
duas partes quia primo ponit suam conductionem ¶ Secundo

ponit tractatam questionem ubi in magna de-
mo ¶ Circa primum sciendum quod licet
doctor evangelicus fervens esse debeat
de veritate predicanda importune ubique tamen
est vitanda. dicit Noli verbis contendere
i. multiplicatione verborum cum falsis predi-
catoribus ad nichil enim utile sunt contendi[t]
similiter contendere nisi ad subversionem au-
dientium quia simpliciores assistentes credunt magis
loquaces esse magis intelligentes quod
est falsum nam ubi verba sunt plurima ibi
frequenter egestas pro. xiiij. Propter quod quidam
antiqui cum hereticis magis disputabant
actionibus et signis quam verbis ¶ Unde in hysto-
ria tripartita dicitur quod quibusdam
philosophis cum Alexandro contra Christianos dis-
putare volentibus iussit imperator ut
certamen acciperet qui eius esset simplex
suscipiens iussit propter verbum omnes tace-
re philosopho cui dixit / In nomine domini nostri Ihesu Christi
impero tibi ut pro mutis ne loquaris qui
statim mutus factus est. Sollicitate enim
te ipsum probabilem i. approbabilem seu lauda-
bilem exhibere deo et non hominibus tamen
quod querunt ypocrite operarium in confus-
sibilem i. sic quod opera tua sint talia
quod de ipsis erubescere non debeas sicut fecit
magis in domino gladium enim recte tractante
verbum veritatis proponendo singulis verba
que competunt ut per te suis auditoribus aliquam / sicut
parvulis magis plana / proficientibus autem i. a-
liis ... / ut doctrina sufficienti proportionaliter et
vaniloquia i. inutilia curiosa devita
quia ista predicatores debent esse contra
ea multum cum perfectionem i. efficaciter sunt ad im-
pietate i. contra cultum dei et sermo eorum
i. hereticorum et istorum predicatorum ut cancer
serpit i. paulatim tendit ad corruptionem
veritatis ex quibus s. hereticis et predicatoribus
falsis est Philetus et Hymeneus qui a veri-
tate fidei catholice exciderunt dicentes resurrectionem
iam esse factam quod duplex exponitur
uno modo quia dicitur Math. xxvij multa
corpora qui dormierant resurrexerunt
etc. / Dicunt aliqui quod iste Philetus
et Hymeneus ex hoc acceperunt errorem
erroneum dicentes quod in illis resurrectio iam est facta
et non alia in fine mundi expectanda / Sed hic

no videtur probabile dicu quia illi de
quibus loquitur matheus sunt homines
eiusdem speciei cum aliis preter quod eorum
resurrectio non videtur ad negandum resur-
rectionem in fine mundi sed magis ad conue-
niendum quia de talibus debet esse simile
iudicium. ¶ Ideo alii dicunt et melius ut
videtur quod isti acceperunt occasionem
errandi ex verbis domini. Iohannis v. qui au-
dit et qui credit me habet vitam eternam
et in iudicium non venit sed transit a morte
in vitam / ubi loquitur salvator de vita de
resurrectione spirituali quam isti concedeba-
tur et dicebant esse iam factam et negabant
resurrectionem corporum futuram sicut et sa-
ducei. Actuum xxiii et etiam philosophi multi
Actuum xvii / et sic subuerterunt quorundam fidem
per suam suasionem sed firmum fundamentum
dei stat i. fidelis veritas stat in electis habens
signaculum hoc quod subditur cognouit
dominus per suam predestinationem qui sunt eius
quia sunt scripti et signati in libro vite
indelebiliter et discedat ab iniquitate qua
negatur resurrectio futura omnis qui
inuocat nomen domini. ¶ In magna hic
propter videt tantae questioni occasionem
oriendi / et primo soluit apostolus quod re-
mittitur ad thymothei monitionem ibi
¶ Iuvenilia / ostendit autem quod predixit philetum
et hymeneum a veritate fidei ceci-
disse et alios peruertisse / posset aliquis
querere quare dominus talia permittit fieri /
ad quod videt apostolus quod hoc totum cedit
ad gloriam dei / nam sicut in electis relucet
eius misericordia / ita in reprobis eius iustitia
et ponit exemplum de domo magni prin-
cipis dicit igitur ¶ In magna autem domo
i. in domo principis magni non solum sunt
vasa aurea et argentea que applicantur
officiis honorabilibus sed et lignea et fictilia
que applicantur operibus vilibus
et totum cedit ad decorem domus et ho-
norem domini / domus autem dei totum
est universum in qua electi sunt vasa glorie
applicata / reprobi vero vasa contumelie
deputata universitatis quia bene sunt
dum veniunt ad utilitatem ordinis uniuersi. Si quis autem emundauerit se ab istis i. a prauis
doctoribus et talibus erit vas in hono-
rem sanctificatum i. diuino cultui applicatum
et utile. i. utile ad acquirendum lucrum
domino sicut patet de paulo qui conuersione
sua multos acquisiuit domino qui errant
ante fidelium persecutor. ¶ Iuvenilia hic re-
mittitur ad informationem thymothei dicens Iuve-
nilia autem desideria que sunt ceteris omnibus
delectabilia fuge alit non detineantur sec-
tare vero iustitiam erga proximum fidem erga
deum fidem caritate erga utrumque s.
deum et proximum pacem cum hiis etc. i. cum fide-
libus maxime licet cum omnibus sit se-
tanda quantum potest fieri bono fidelis i.
irrationales et sine disciplina questiones i.
inutiles ad fidem et mores deuita et sub-
ditur causam sciens quia generant lites et
varias opiniones. ¶ Seruum autem domini
non oportet litigare nec propositis talibus ques-
tionibus se implicare sed mansuetum esse
ad omnes et ad infideles et precipue con-
uertendos ad fidem sicut de beato clemente
legitur quod propter suam mansuetudinem non
solum erat acceptus christianis sed etiam gen-
tilibus et iudeis et multos ex eis ad fidem
conuertit docibilem i. ad docendum habilem
quam habilitatem duplex accipit uno modo autem
quod habilis docere sit bone vite sancte et
famae / alio modo patiens ut sit habilis do-
cere acquiescendo informationem hominum de
veritate cum sunt aliqui alias non posset
bene iudicare de propositis sibi patientem in
aduersis cum modestia corripientem quia qui
sic immoderate corripit obstinatos in malo
magis facit sicut immoderate digni-
tates ligna tortuosa frangunt ipsa ideo
subditur nequando deus det illis penitentiam
i. ne per imprudentem correctionem impediat
reditus eorum ad utilitatem a quo captiui
tenentur in laqueis erroris ad ipsius vo-
luntatem s. faciendam in carnalibus et spiritualibus
peccatis etc. ¶ Capitulum

Hoc autem scito hoc est sexta pars
in qua ponit specialem materiam scilicet
multiplicium florum predicationis quam
debebat mouere thymotheum ad utilitatem
efficaciorem predicationis et diuidit in ii p.

qua p'mo ponitur h' multiplicat, 2o thy-
mothei monicio ibi tu autem, prima ad
huc i d· quia p'mo pdicit multo' malo-
rum hominum futuram, 2o ostenditur iam in-
choata ibi et hos devita circa primum dicit
Novissimis enim diebus hoc est po-
tissime ante tempus antixpi instabunt
tempora periculosa ppt multos seduc'o'r
de quibus subditur· erunt homines sei ip-
sos amantes scilicet quantum ad partem
hominis sensitivam que dicitur homo exterior
vel caro q. et hoc seipsos amare detestabi-
le quod est malum, amare vero seipsum
sm pte intellectiva sive superiore que
dicitur homo interior seipsos amare
valde laudabile est cupidi cupi-
di pecuniarum elati i· ambiciosi honorum
superbi in despectione aliorum blasphemi
contra deum, parentibus non obedientes i· eis
rebelles utpote patribus spiritualibus
in doctrina katholica/ et carnalibus idem
racione domestica ingrati de bn'ficiis
acceptis scelesti i· assueti criminibus
magnis que scelera dicunt sine affe-
ccione bona interius, sine pace contines i·
viatores i· crimina iniustis imponentes in-
continentes i· omni libidine se exponentes
inmites i· crudelitate operantes sine be-
nignitate i· bona equitate qua quis
attenditur ad benefaciendum proximo et per
hoc intelligitur oppositum s· malignitas
tas qua quis attenditur ad nocendum
iniusto proditores revelando alterius
consilium proterni i· affectores in malis
tumidi i· inflati in cordibus sive vo-
luptatum amatores magis quam dei i· de-
licias carnales spiritualibus imponentes
habentes quidem speciem pietatis i· appare-
ciam religionis ut facilius decipiant
virtutem autem eius abnegantes quia compaciunt
inopibus studiose ¶ Et hos hic conseque-
nter ostenditur h' multos iam inchoatam unde
i Joh· ii· dicit nunc antixpi multi fa-
cti sunt ideo dicit apostolus et hos devita quod
iam incipiunt homines tales aliquos
declarat dicens ex hiis enim sunt qui pe-
netrant domos i· qui intrant per totum re-

ligionis penetralia et loca secreta in
quibus mulieres congregate et alias ha-
bitabant illo tempore aspectus hominum
refugientes et in talibus locis possunt
mulieres citius decipi in hiis que
pertinent ad fidem et eciam in hiis que perti-
nent ad carnem ideo subditur et cap-
tivas ducunt i· seducunt mulierculas
las quas ppt defectum racionis citius decipi-
untur, ideo subditur que ducuntur
variis desideriis mens enim mulier-
culas facilis est mutabilis semper desiderantes
illud refertur ad illud quod predicitur
ex hiis enim sunt et cetera enim seduc-
tores semper querunt dicere nova que
simplices quorum est maior multitudo
pri sunt ad credendum talia quem ad-
modum enim iannes et mambres isti
fuerunt magi pharaonis signa valentes re-
sistere moysi exo· vii· nomina vero istorum
magorum non habuit apostolus ex sacra
scriptura sed ex aliis libris iudeorum he-
breorum ut dicit hic glossa sed quia Jo-
sephus c· in scilicet de hac materia
loquitur nichil dicit de istis nominibus
ideo videtur verius dicendum quod habuit
per revelacionem sicut et moyses mundi creati-
onem ita quod isti resistunt veritati
propter occulte et aliqui manifeste ho-
mines corrupti mente i· in moribus rep-
robi circa fidem in credulitate sed ultra sic tempus
adeo ordinatum non proficient alios se-
ducendo insipiencia enim eorum manifesta erit
omnibus hoc potissimum implebit
antixpi tempore quando decepta eius falsi-
tate omnes finaliter ad xpm conver-
tentur et ita est impletum in multis he-
reticis et ydolorum sacerdotibus presertim per
predicatores et doctores de falsitate quorum
et sic alios decepti ad veritatem misteri-
eius sunt reducti ¶ Tu autem hic conse-
quenter ponitur thymotheo monicio ut firmiter
stet in veritate fidei katholice et tam
aliis constanter proponat predictis falsis
resistendo c· et ad hoc ponit duplex
vero prima accipit ex parte pauli qui de
hoc thymotheum docuerat verbo et opere

propter quod facere debebat et hoc est
quod dicitur tu autem assecutus es
doctrinam meam intelligendo eam et retinendo
et institutionem uel temporis institutum pro-
positum dedicandi predicacione fidei se-
cundum articulorum longanimitatem in expec-
tacione promissorum dilectionem dei et proximi
pacienciam in aduersis persecutiones passio-
nes differunt sicut actio et passio quia
dicuntur persecutiones ut ab aliis inferun-
tur passiones prout in corpore proprio reci-
piuntur qualia michi facta sunt et cetera de
persecutionibus philippis et ythonio et listris
habetur Act. xiiii. et omnes qui pie
volunt uiuere in christo persecutiones paciuntur
pre aliis hominibus quorum melior uita
est et tamen hoc adhuc aduerbialiter comparatiue
¶ Si vero aliqui pie uiuentes hoc non
paciuntur hoc raro contingit propter quod
hoc non computatur secundum quod aliter dicitur
quia quod modicum est quasi nichil repu-
tatur ii. phisicorum mali autem homines
et seductores proficient quia frequen-
ter tales mundana prosperitate florent verum-
tamen quia hoc cedit finaliter ad ma-
lum eorum et deo subditur ¶ in peius et cetera
quia per hoc sunt facultate multiplicandi
mala in se et in aliis aliter potest
exponi proficient id est in malo procedunt ulterius
et crescunt et accipiunt hic profectus translatiue
eo quod dicitur v. matthei quasi bonum
ad mala transferimus ¶ Sicut dicitur
bonus latro qui ante processit in suis
latrociniis tu vero permane in hiis que
didicisti ante et credita sunt tibi id est com-
missa tue fidelitati ad predicandum aliis
constanter et intrepide sciens a quo di-
diceris ut eum in fide et bonis imiteris
¶ Et quia hic ponitur secunda ratio accep-
ta ex parte thimothei qui fuit filius
hebree mulieris ut habetur Act. xvi
et sic eum fecit instrui a puericia in scrip-
tura legis et prophetarum que valet ad predi-
candum veritatem et respondendo falsitati et
hoc est quod dicitur et quia ab infancia
sacras litteras nosti in eo dico quiete (?) sunt

instruere ad salutem eternam ad quam ordi-
natur tota sacra scriptura que est in christo
ihesu cui testimonium perhibet lex et prophete
omnis scriptura diuinitus inspirata et sic
immediate diuinitur auctoritate prima utilis est
ad docendum veritatem ad arguendum fal-
sitatem ad corripiendum delinquentes ad erudi-
endum proficientes in iusticia scilicet legali que est
omnis virtus v. ethicorum ut perfectus sit ho-
mo dei id est ad diuinum officium ordinatus qualis
es tu ad opus bonum instructus perficien-
do et ad hoc alios inducendo et cetera ¶

Testificor et cetera

Hec est septima pars in qua ponitur
septimum motiuum quod accipitur
ex multitudine futura malorum auditorum sicut
in precedentibus ex multitudine malorum doctorum quod
debet mouere thymotheum et alios doctores
ad efficaciter docendum antequam veniat tempus
in quo non recipietur doctrina eorum dicit
igitur apostolus testificor id est adiuro te
thymothee et ex consequenti alios episcopos et
coram deo patre et christo ihesu qui sunt testes
[illegible] ad iudicationis et aduentum ipsius ad
regnum iudicium et regnum eius quod est
eternum predica uerbum euangelicum insta
id est instanter facias hoc oportune id est illis qui
desiderant audire importune id est coram
illis qui non recipiunt grose (?) quia aliquando est
illi profectus magnus sicut dicit augustinus de
se ipso audiente predicaciones sancti ambrosii
ex curiositate motus non utilitate cupiens in-
tendere quam pulchre diceret non intendens [illegible]
[illegible] dicebat et sic conuersus est ad
fidem multum profecit ecclesia dei ¶ Argue
peccantes ex ignorancia ¶ obsecra peccantes
ex infirmitate ut abstineant propter reuerenciam
dei saluatoris dominice passionis eius in [illegible]
[illegible] increpa ubi duris peccantes
ex certa malicia in omni paciencia ad reprehen-
dentes et doctrina ad recipientes ipsas dili-
genter instruendo et subditur racio predicte
monicionis dicens erit enim tempus cum sanam
doctrinam non sustinebunt quasi dicat propter hoc
festinandum est doctrine veritatis quamdiu
sunt aliqui uolentes audire quia veniet
tempus in quo sanam doctrinam non sustinebunt sed ad

sua desideria coacervabunt sibi magistros prurien-
tes sibi tantum p[ro]lacera prurientes auribus
i. desiderantes audire ab istis doctoribus
et a veritate quidem ab doctoribus veritatis
auditum avertent reputantes contra doctrinam
veritatis divinam sicut Ioh. vi. dixerunt aliqui
de sermone xpi durus est hic sermo et quis
potest eum audire ¶ Ad fabulas autem con-
vertentur i. ad doctrinam humanitus confictam
et veritate carentem tu vero vigila super
gregis divini custodiam in omnibus labora
et opera dei ut omnibus modis instruatis
de bonis opus fac evangeliste i. implens
opere quod predicas erit ministerium tuum
operatus imple scilicet sancta vita et doctrina
sobrius esto in omnibus debitum modum
tenendo ¶ Ego enim hec est ultima pars
principalis huius epistole que dicitur exclu-
sio in qua sicut apostolus quia premunit mar-
tirium suum propinquum thymotheo denun-
ciat 2o eius adventum flagitat ibi
festina 3o per eum amicos salutat ibi
saluta priscam ¶ Circa primum dicit ego enim
iam delibor i. in molestia pressuram san-
guinis mei. libare enim est offerre sacri-
ficium deliquendis. Unde et libamina sacrificia
in veteri testamento in multis locis dicuntur
libamina. hoc enim apostolus dicebat eo
quod suum martirium appropinquit Unde sub-
ditur et tempus resolutionis mee i.
separationis anime a corpore instat i. prope est
bonum certamen certavi contra adversarios
fidei cursum consummavi s. predicatio-
nis in fine michi fidem i. fidelitatem
servavi ipso deo meo de reliquo i.
in futuro reposita est michi corona
iustitie quam nullus michi auferret quia
reposita est apud illum qui est omni-
potens quam reddet michi dominus in die il-
la i. mortis mee non solum autem
michi sed et his qui diligunt adventum
eius s. iustis qui adventum xpi ad iu-
dicium debent esse desiderantes quia tunc reci-
pient ibi regnum. primum s. beatitudine cor-
poris et anime. propter quod salvator loquens
de signis precedentibus iudicium sicut
luc. xxi. his autem fieri incipientibus
respicite et levate capita vestra i. quasi

letate corda ut exponit glosa. Simile
ibi subditur quia appropinquat redemp-
tio vestra ¶ Festina hic consequenter ad
ventum thymothei flagitat et dividitur
in duas partes in partem principalem et inci-
dentalem que incipit ibi Allexan-
der erarius primum dicit festina ad me
venire cito erat enim discipulus eius
predilectus propterea quod volebat eum videre an-
te mortem suam quam sciebat esse propinquam
assignat etiam aliam causam quia
socii erant ad alia loca dispersi et
hoc est quod dicit Demas enim me
reliquit et me dereliquit tempore adver-
sitatis diligens hoc seculum i. vitam
presentem timebat enim forte ne perse-
cutione pauli incurreret et
tandem ad martirium duceretur et abiit
thessalonicam in qua erat maior... Crescens
nomen proprium in galaciam iste abiit
de voluntate apostoli propter utilitatem
illius civitatis et silicet tytus in dalma-
tiam scilicet vero lucas est mecum solus
iste est lucas evangelista qui fuit comes
individuus peregrinationis pauli ut
dicit Ieronimus in libro illustrium virorum
et satis patet ex actis apostolorum Marcum
assume et adduc tecum et subdit causam
est enim michi utilis in ministerium Tychi-
cum autem misi ephesum scilicet pro
bono illius civitatis penulam quam reliqui
troade nomen est civitatis apud car-
pum nomen est viri apud quem dimi-
serat ¶ Est autem penula ut dicitur
in glosa vestis consularis qui a romanis da-
ta fuit patri pauli in signum amicicie
eo quod ipse cum esset civis romanus quod
respondit paulus ob memoriam patris
et in signum quod esset romanus civis sicut
natus induebat. hoc enim de ipso apostolus
legitur hoc allegasse in actibus apostolorum
¶ Alii vero dicunt quod penula hic dicitur
preciosus liber legis sed primum videtur melius
quia de libris subdit et libros s.
quos ego ibi dimisi. et probabile est
quod essent libri hebraici legis et prophetarum
maxime autem membranas ad scriben-
dum ubi apostolus sciebat quod non poterat dispo-

ad predicandum volebat absentes dere
scripsit tunc ¶ Alexander hic est persona
scandalis quia dixerat divinas me
reliquit etc. Ideo autem huius facit mencionem
de aliquo qui non solum eum dereliquit sed eciam impugnavit d. alexander
erarius iste est ille quem apostolus tradi
dit sathane ut habetur epistola precedenti
capitulo primo ut dicit glossa. multa mala
michi ostendit i. fecit reddet illi
dominus s. penam debitam nec est in bonum
imprecantis illi malum sed predicentis fu
turum ideo non dicat reddat sed reddet
¶ Propter quod subdit de aliis cum dimi
tentibus sed non impugnantibus d. in prima
mea defensione s. quam feci primo positus
in tribunali coram neroni nemo in
affuit etc. sed quia hoc non fuit ex malicia
sed timore ideo subdit omnibus non
illis imputetur s. a domino dominus autem
michi astitit quia firmum est divinitatis
auxilium in articulis necessitatis et confor
tavit me deficiente michi humana
consolacione ut per me predicacio imple
retur s. in partibus occidentis in quibus
predicavit apostolus post dimissionem
a cesare nerone ut dictum est supra
¶ Ibi xv. Unde subditur et liberatus
sum de ore leonis i. neronis qui
vocatur propter crudelitatem leonis // Dicendum
tamen quod apostolus non loquitur de tempore
quo scripserat epistolam quia tunc erat
iterum incarceratus neronis ¶ Sed loquitur
pro tempore preterito in quo dimissus fuit
a nerone quod autem subditur liberavit
me dominus ab omni opere malo restat
ad tempus sue detencionis secundo quando
scripsit hanc epistolam et quia nichil impedit
consecucionem regni celestis in
morte nisi peccatum ideo subdit et salvum
faciet in regnum suum celeste etc. ¶ Salu
ta hic ultimo per thymotheum amicos
salutat d. saluta priscam et aquilam erat
autem aquila vir prisce et cum illis
mansit apostolus ut habetur ¶ Actuum xviii
in conversacione domini i. eius familia
erastus autem remansit corinthi etc.
istos autem duos nominat ut thymotheus

veniens videat eos dicitur ut misistis sed
et stultum ... ut dicit glossa potest eciam reddi alia causa s. ut
thymotheus cicius veniat ad apostolum scit
enim cum sit esse solitarium ideo subdit
festina ante hyemem venire alias ipse in
parvulo tempore posset iter suum minus
retardare quia magnum periculum est
navigare in qua non est tutum in hyeme
navigare ultimo salutat thymotheum
et primo ex parte amicorum d. salutat te
eubolus et pudens etc. secundo ex parte sui d. dominus
ihesus christus cum spiritu tuo qui est anime
vita effective gracia dei que est anime vita
formaliter nobiscum etc. Amen

Explicit secunda epistola ad thymotheum

Incipit epistola Pauli ad Tytum

Paulus servus dei. Hic incipit
epistola pauli ad tytum que dividitur
in tres partes s. in salutacionem et prosecucionem
ibi huius rei gracia et conclusionem
ibi salutat te usque in fine epistole In prima parte
primo ponit personam salutantis quantum ad
nomen cum dicitur paulus et vo huius nomen
unus dei est in principio ad romanos et quantum
ad religionem cum dicitur servus dei i. fidelis
famulus et quantum ad officium dignitatis
cum dicat apostolus autem ihesu christi secundum fidem etc.
i. ad predicandum fidem et agnicionem veritatis
dei hoc dicit ad excludendum status huma
nitatis in quibus sunt aliquem felicitates
tantas ad invicem ut patet per aristotelem qui
licet bene aliqua scripserit aliquam tamen in
misceret ut de eternitate mundi et de uno
intelligencia et huiusmodi que secundum pietatem est
i. ad verum cultum dei ordinatur in spem vite
eterne per hoc excepit quod promisit qui non
mentitur deus cum sit ipsa regula veritatis
ante tempora secularia i. ab eterno et incepit
promissio hic per predestinacione dei quia ab eterno

ordinavit deus electis gratiam et gloriam /
sed quod effectus huius predestinationis est
in tempore ideo subditur manifestavit
ante temporibus suis i. a deo dispositis
et ordinatis verbum suum i. filium incarna-
tum in predicatione i. per predicationem sanctorum
et discipulorum suorum / ideo subditur quae cre-
dita est michi tamquam fideli predicatori
secundum preceptum salvatoris nostri dei ut patet
Actuum xiii segregate michi barnabam et
paulum / secundo ponit personam salutatam cum
dicitur tyto dilecto filio secundum communem fidem
i. katholicam. Catholicon enim grece latine
sonat universale. et dicit apostolus filio se-
cundum communem fidem ad ostendendum quod
tytus non erat filius eius carnalis sed
spiritualis / tertio ponit salutationis formam cum dicit
gratia in presenti et pax in futuro in beatitudine
quietat totaliter hominis appetitum a deo
patre qui est gratie et beatitudinis causa prin-
cipalis effectiva cum filio et spiritu sancto nam
opera trinitatis sunt indivisa. et christo
ihesu quia eius humanitas est causa instru-
mentalis et meritoria. ¶ Huius rei hic incipit
huius epistole tractatus que dividitur in duas partes
in prima parte tytum instruit de informa-
tione ecclesie secundo de informatione plebis sibi
commisse ca. ii. tu autem loquere. circa primum primo po-
nit suam instructionem secundo causam eius ibi
sunt enim multi. ¶ Circa primum instruit
eum de ordinatione ecclesie quantum ad episcopos
et presbyteros / instituit enim eum paulus crete
sicut archiepiscopum et sic ad eum pertinebat
ordinatio totius provincie. ¶ Notandum est
quod sub nomine presbyterorum intelligit etiam
episcopos et econverso sub nomine episcoporum presbyteros /
sicut dictum fuit supra plenius in epistola
ad thymotheum iii. dicit igitur huius rei gratia
i. propter predicationem fidei katholice reliqui
te crete instituens in archiepiscopum ut ea
que desunt de bona dispositione commu-
nitatis in melius reformando et constituas
per civitates presbyteros secundum exigentiam
populorum sicut et ego disposui tibi informe
que sequitur / si quis sine crimine est ille
enim qui constituitur presbyter vel episcopus
debet integre fame / ista tamen condicio
et alie sequentes debent esse excellencius
in episcopo quam in sacerdote simplici. unius

uxoris vir scilicet post baptismum
ut dictum est supra i ad thy. iii. filios
habens fideles licet non oporteat
ipsum habere filios quia potest esse
continens tamen si habet oportet quod sint
fideles i. sane fidei non autem in accusatione luxurie
i. accusabiles de luxuria sicut filii hely
i. Reg. ii. aut non subditos i. rebelles
oportet enim episcopum ut iam expositum est sicut
dispensatorem dei i. bonorum spiritualium ubi
requiritur maior fidelitas et diligentia
quam in dispositione bonorum temporalium
non superbum alios suppeditando non
iracundum in animo / superbi enim despi-
cere alios consueverunt non vinolentum i. in potu
vini excessivum quia per hoc impeditur
discretio que requiritur in dei ministro
non percussorem quia vicium oritur frequenter
ex excessiva vini potatione non turpis
lucri cupidum i. secularis quam per
mutationes sit talia que non decet
ministros ecclesie. Sed hospitalem oportet enim
esse ad peregrinos / benignum ad omnes
prudentem in agendis. Sobrium i. tempe-
ratum mensura in omnibus iustum sin-
gulariter quantum ad proximum / et sanctum quantum
ad ipsum sibi subditum in quo debet
fides instituta et confirmari / continentem contra deum
et continentem i. fortiter se tenens contra
temptationis impulsum amplectentem
eum qui et diliget studentem in
sacra scriptura ut possit exhortari fi-
deles ad bonum in doctrina sana absque
admixtione alicuius erroris / et eos qui contradicunt
tes arguere eos efficaciter refellendo
¶ Sunt enim hic consequenter reddit causam
ultimi dicti scilicet quare debet esse potens
contradicentes arguere dicens. sunt enim multi
inobedientes i. veritati evangelice
contradicentes vaniloqui quia verbis
quia sua mentes simplicium perturba-
tes / ideo subditur et seductores per
medicinam colorata maxime qui sunt
tales qui de circumcisione sunt isti erant
filii apostoli de iudaismo conversi non tamen
vere quia eum observatione evange-
lii violabant observationem legalium

introducit ut habetur j. c. ca. quos oportet
redargui quia legalia mortua fue-
runt in passione xpi / et mortifera
post publicacionem ewangelii prout
supra declaratum est diffuse ro. iii et
gal. ii et j. thy. v. ca. qui universas
domos subvertunt i. subver-
tere nituntur docentes que non oportet
i. non sana sed pestifera turpis lucri
gratia i. propter questum / et sic in duobus
peccabant s. in doctrina et intencione
docendi / et declarat propositum per dictum cuius-
dam doctoris illius gentis d. dixit
quidam ex illis proprius ipsorum propheta per
hoc autem quod non dicitur propheta
absolute sed propheta ipsorum datur in-
telligi quod non fuit vere propheta loquens
spiritu divino sed humana sicut opinio fue-
rat vincens inter eos / dicitur tamen
propheta lingue et patria [illegible]
suum dicit sicut et prophete veri loquuntur /
et subditur eius dictum cum dicitur
cretenses semper mendaces i. assueti
mendaciis male bestie i. mordaces
in verbis ventres pigri i. gulosi / ille
enim qui habet ventrem nimis reple-
tum non potest ire expedite sed tar-
de et pigre [illegible] i. quia sunt
talibus viciis assueti. Increpa il-
los dure et non molliter sicut hely
j Regum iii°. unde dicitur quoniam hely
pro filiorum suorum iniquitate dampna-
tus est / corripuit quidem eos sed
lenitate patris non auctoritate potesta-
tis ut sani sint in fide katholica
non intendentes iudaicis fabulis de
observacione legalium que mortifera
fuerunt in passione xpi / et ideo propter
dictam de vana observacione eorum tota
est stulta et fabulosum / et mandatis ho-
minum aversancium se a veritate sicut fece-
runt enim iudei multa statuta preter
observacionem imitabantur precepta
divina / et ideo imperat eis salvator
math. xv. d. quare irritum fecistis man-
datum dei propter tradicionem vestram / omnia
cibaria munda sunt mundis i. pe-

baptismum sufficientis coinquinatis autem
et infidelibus nichil mundum / et sub-
ditur causa cum dicitur sed inquinate sunt
eorum mens et consciencia propter quod dicit salvator
math. xv. non quod intrat in os coinquinat
hominem s. cibus et potus sed quod procedit ex ore
hoc coinquinat hominem s. detractiones
blasphemie et similia que primo procedunt
ex corde malo / et consciencia coinquinata confi-
tentes se nosse deum dicentes se esse xpi-
anos factis tamen / ideo subditur factis autem
negant cum sint abhominati deo et in-
credibiles i. inobedientes et ad omne opus
bonum reprobi quia nullum opus potest esse
bonum meritorie sine fide hebr. xi. sine
fide impossibile est placere deo etc.

Tu autem

Postquam apostolus instruxit tytum
de ordinacione ministrorum eccle-
sie hic consequenter instruit eum de informa-
cione plebis sibi commisse / et primo quantum
ad aliquos specialiter / secundo quantum ad omnes
generaliter / in capitulo 3. primum in tres secundum tres gra-
dus hominum status procedunt persequendo. primo
primo pertinet dicit eum quantum ad eos
qui sunt in statu senili d. Tu autem lo-
quere informando populum que decent
sanam doctrinam in moribus senes ut sobrii
sint i. moderati in actibus suis quod exi-
git maturitas etatis pudici i. casti quod
contrarium est valde detestabile in anti-
quis eo quod in eis frigescit calor naturalis
prudentes in agibilibus quod debent esse in
eis acquisita per experienciam longi temporis /
sani in fide absque admixtione erroris
in dileccione erroris que est forma fidei
in paciencia sibi sunt sani ita quod non frangantur
per impacienciam in adversis. Anus similiter in habitu
sancto i. religioso et honesto semper sit non
criminatrices i. impositrices de facili crimina
[illegible] non multo vino servientes nam
potacio vini excessiva inducit ad frac-
cionem castitatis vidualis. bene docentes non
in publica sed in secreto iuniores mulieres
Adolescentulas hoc est et personas iuvencule in statu
eum disposicionis corporalis in statu iuvenili
d. Adolescentulas semper amare ut amant
viros suos sicut sponsas / quia vir et

Uxor sint una caro filios suos diligunt non solum quantum ad corpus sed etiam quantum ad animam eos in moribus informando prudentes supple esse in gubernatione domus et familie curam habentes et non psallentes domum vagantes benignas erga omnes subditas viris suis ut non nobilitate vel diviciis elevate nolunt eis obedire ut non blasphemetur verbum dei id est doctrina evangelica et refertur hoc ad omnia predicta recta sapiencia tunc cum habitabant christiani inter infideles et idem si fuissent corrupti moribus infideles fidem katholicam deriderent. Juvenes similiter exhortare ut sobrii sint quia iuventus impellit ad sequendum impetus passionum maxime concupiscencie carnis propter quod retinenda est frenis sobrietatis et quia turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum et mortalibus magis movet factum quam verba ideo consequenter informat tytum dicens **In omnibus** teipsum prebe exemplum bonorum operum informando subditos factis et verbis informando eos verbis sanis **In integritate** id est puritate morum et corporis in gravitate gestus exterioris verbum sanum irreprehensibile supple sit tibi ut hiis qui ex adverso est id est adversarius fidei vereatur id est confusus ad seipsum revertatur nichil habens malum dicere de nobis et sic tandem ad fidem convertatur. **Servos** hic est tercia pars in qua tytum instruit de hiis que sunt in condicione servili et primo ponit instructionem, secundo instructionis rationem ibi apparuit enim. **Circa primum** dicit apostolus servos supple doce dominis suis subditos esse eis debitam reverenciam et obsequium exhibendo et hoc sive sint boni sive mali fideles aut infideles **In omnibus** placentes non contradicentes et hoc est intelligendum in licitis tamen et honestis non fraudantes dominos in rebus vel obsequiis debitis. **In omnibus** fidem id est fidelitatem bonam ostendentes verbis et factis ut doctrinam salvatoris nostri ornent in omnibus et hoc suis bonis moribus, hec enim faciendo servus paganus servus ravi infideli sic fidem suam moribus ornavit quod liberationem sui a servitute consecutus est, cum prius non erat apud gregem infidelem. **Apparuit** hic ponitur instructionis ratio que accipitur ex salvatoris opere qui dedit semetipsum pro nobis et passus est ut nos redimeret a servitute dyaboli propter quod non debet esse durum servus fidelibus dominis suis vel infidelibus subici propter quod dicit. **Apparuit** enim gratia dei salvatoris omnibus hominibus erudiens nos verbo et exemplo ut abnegantes impietatem id est ydolatriam sicut post oppositum pietas dicitur cultus divinus et secularia desideria que tendunt ad divitias honores et delicias sobrie in nobis ipsis iuste ad proximum pie ad deum vivamus in hoc seculo singuli et iusti sobrio ideo subditur expectantes beatam spem id est gloriam eternam nobis speratam et adventum glorie magni dei quia non in primo adventu venit in humilitate et subiectione. In secundo veniet in gloria et potestate et subditur de primo adventu qui dedit semetipsum pro nobis in humilitate sive obediens usque ad mortem crucis ut nos redimeret ab omni iniquitate scilicet originali et actuali et mundaret per sacramentum baptismi quo delet originale peccatum et actuale simul populum acceptabilem per gratiam baptismalem sectatorem bonorum operum ita quod gratia baptismalis non detur in vacuum sed ad bonum operandum. Hec loquere id est [illegible] vicios docendo et exhortare in fide tuos ad melius inducendo et argue delinquentes cum omni imperio id est auctoritate pontificali. Nemo te contempnat id est prelatus cum nimis mollis contemptibiles reddit suis subditis etc.

Admone illos principibus et potestatibus subditos esse, dicto ad omnes et

Admone. Postquam apostolus tytum instruxit de informatione populi in generali hic consequenter instruit eum de informatione generali quo ad omnes et

primo qualiter se debeant habere erga principes / 2° erga hereticos homines ibi hereticum. prima in duas quia primo ponit instructionem 2° in structionis rationem ibi eramus enim. dicit primo dicit admone illos i. subditos tuos qualiter principibus et potestatibus prelatis subditos esse. clerici enim prelatos procedunt ex dei ordinatione que regna voluntate sua transfert regna atque constituit daniel 4° et ideo qui tali potestati resistit ordinationi dei resistit ro. xiij. dicto s. potestatibus obedire in licitis ideo subditur ad omne opus bonum paratos esse. In hoc enim non solum obeditur homini sed deo cuius minister est iudex sive potestas ut dicitur ro. xiij. neminem blasphemare etiam immanitate sed pariter tollerare aut remedio obviare. ideo subditur non litigiosos esse sed modestos mensura debita bonis suadentem non aliquem corripit de iniuriantibus instantiam querere ut ipse te quod ex allentiam restitit iniuriantibus audaciam malefaciendi occasio. ostendentes mansuetudinem 2m rationis dictamen. aliter non esset mansuetudo sed magis pusillanimitas ad omnes homines tam fideles quam infideles ¶ Eramus hic consequenter ponit dicte instructionis rationem et est duplex prima ante acquisitionem ex parte status hominum ad fidem katholicam ante conversionem in quo erant nulli et defendisti ideo debent defensoribus hominibus et infidelibus condescendere per mansuetudinem quantum fieri bono modo rationis dictamen / eramus enim et nos aliquando insipientes i. sine sapientia dei que est domini ... aliquando tunc essent sibi mundana preditam sapientia terrena diabolica in hiis que sunt supra rationem cuius dicitur sunt ea que sunt fidei et ... increduli et moribus servientes desideriis et passionibus peccatorum ¶ In malicia et invidia agentes quantum ad illos qui peccabant contra ... / et quia hoc est valde detestabile ideo subditur odibiles sibi deo et odientes invicem quia mali homines non habent amicitiam ad alios nec etiam ad se ipsos ut declarat philosophus ix ethicorum ¶ Cum autem apparuit hic ponit secundam rationem et 2° ex dictis infert quod eam conclusionem ibi fideles / ... non accipit excerdentiam salutem

post suam conversionem / ideoque vocati sunt ut sint heredes vite eterne et hoc per misericordiam dei gratiam et benignitatem propter quod benigni aliqui etiam debent infidelibus esse maxime ... quantum potest fieri secundum rationem et hoc est quod dicit ¶ Cum autem benignitas et humanitas apparuit salvatoris nostri dei in sua nativitate benignitas ante in sua conceptione non ex operibus iusticie que fecimus nos cum essemus peccatores sed secundum suam misericordiam salvos fecit salvavit enim eternam excedit totaliter facultate nature humane propter quod non potest ea attingere nisi ex largitate divine misericordie per lavacrum regenerationis i. baptismum qui est generatio spiritualis Jo. iij. nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto non potest introire in regnum dei et renovationis spiritus sancti. spiritus enim sanctus in baptismo datus tinxit vitam veterem que est ... et inchoat novam que est ... quem effudit in nos habunde ad delectionem omnium peccatorum et copiam virtutum per ihesum christum dominum nostrum cuius passione habet efficaciam baptismi sacramentum ut iustificati gratia ipsius que facit nos dei filios adoptivos / et per consequens heredes simus secundum spem vite eterne in futuro / et in futuro ... ¶ Fidelis hic ex dictis infert conclusionem s. quod tytus debeat spe vite eterne informare suos subditos / et dicit doctrinam utilem et veram / dicit igitur fidelis sermo est s. quod simus heredes secundum spem vite eterne et de hiis volo te confirmare subditos tuos est enim spes ista anime anchora tenens eam immobilem in bono sicut anchora in malis navem in mari. unde hec est dicitur quod anchora in malis figitur deorsum in mari fundo sed anime figitur sursum in celo ideo dicitur hebr. vi°. fortissimum solacium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem quam sicut anchoram habemus anime tutam ac firmam incedentem usque ad interiora velaminis i. ad secreta celestia quod sunt nobis revelata ut curent bonis operibus preesse i. ut sint desiderantes in operibus bonis tamen. doctrina mea sunt bona et stultas autem questiones i. inutiles et genealogias s. ... quas pseudo apostoli nitebant ostendere ... maxime

de diuinis non descendisse sicut dictum est super
primo ad thi. 1° Et contentiones et pugnas
legis inutiles, per pugnas aliqui
intelliguntur secundum intellectum introducere iudeis
subditur sunt enim inutiles i. sine fructu
et vane i. false. Hereticum hic consequenter
ceditur qualiter tytus et sui subditi se
debeant habere circa hereticos dicens hereticum
hominem qui recepit fidem katholicam et
postea corrumpit eam post unam i. primam
correptionem dicit ei. 1° et secundam et vos
per intuitum dies unus i. primus et secundus
correptionem de uita et fide ab aliis deuitate
ne per eum inficiantur alii sciens quia subuersus est
absque reditu et hoc de quo cursu suo in
dico condempnatus [illegible] fidem quam recepit ut
ueram impugnat ut falsam. ¶ Cum misero
hec est ultima pars huius epistole que dicitur eius
conclusio in qua tytum inuitat et eum salutat
dicit igitur Cum misero ad te artheman et
thicicum ad regendum in absentia tua populum
tuum festina ad me uenire nicopolim
ibi enim quia proponebat ibi manere per aliquod
spacium temporis ideo inuitabat tyto ut illo
tempore spacio posset eum plenius informare
de ecclesiastica disciplina Et zenam legis peritum
et apollo sollicite premitte i. prius quam venias
ad me remitte ita sollicite prouidendo eis
de necessariis ut nichil desit eis. Iste enim erat
cum apollo episcopus corinthiorum sed propter seditionem
adiuvium se constituta persequendo apostolos discesserit
cum zena socio suo venientes ad tytum
[illegible] quam seditionem corinthius populus
pauli mandauit tyto ut prius quam veniret
nicopolim ad eum remitteret eos decenter
quod ante prius nominauit scilicet zenam legis peritum
hoc est eo quod esset magister uel pretor. ¶ Vel
quia dignitatis episcopalis prius apollo et zenam
secundarius erat ideo forte nominatum non sit aut aliquid
ideo prius ipsum nominauit qui ipsius conposuit
ne cura prisonis circa eum negligeretur
et si queritur unde fiet ista prouisio subditur
dicens discant autem et nostri i. credentes vobis subditi
bonis operibus preesse i. insistere sicut in misericordia
de doctoribus ad usus necessarios non super
fluos ut non sint infructuosi et sic excidantur
et in ignem mittantur sicut arbor in

fructuosa math. vii. Omnis arbor que non
facit fructum excidetur et in ignem mittetur.
¶ Consequenter salutat eum dicens Salutant te
qui mecum sunt omnes quorum nomina ta
cet propter breuitatem. Saluta eos qui nos
amant in fide i. fideliter et non ficte. ¶ Conse
quenter salutat omnes generaliter dicens Gratia
dei que est causa vite beate cum omnibus vobis
sit amen

¶ Explicit epistola pauli ad tytum

Incipit epistola ad phylomonem

Paulus vinctus hic incipit epistola
ad phylemonem que diuiditur in tres
partes scilicet in salutationem commendationem
ubi gratias agit et conclusionem ibi consequenter
In prima parte ponitur persone salutantes cum
dicit paulus vinctus ihesu christi i. incar
ceratus pro fide ihesu christi. Hic non nominauit
se apostolum quod est nomen dignitatis sed christi
ihesu vinctum quod est propositum caritatis
eo quod intendebat mouere phylomonem ad
pietatem erga onesimum pro quo scripsit hanc
epistolam phylemoni ut patebit postea
Et thymotheus frater hic adiungit in saluta
tione qui erat dilectus phylomoni. Et
sic petitio sit magis exaudibilis non solum
propter merita pauli sed etiam propter merita thy
mothei. Secundo ponuntur persone salutate cum
dicit phylemoni dilecto et adiutori nostro
in opere predicationis et apphie sorori bone
que ut dicit glosa erat uxor phylemo
nis ideo nominat eam in salutatione ut
inclinet philemonem ad petitionem exaudi
endam Et archippo conmilitoni nostro in
militia christi resistendi viriliter aduer
sariis fidei. Iste nominatur eadem ratione
qua apphia Et ecclesie i. congregationi fidelium
que in domo tua est quia cum eo plures fide
les habitabant. Tertio ponitur optatum bonum

cum dicatur ecclesie nobis etc. opponat sic
in principio epistole predicte. ¶ Gratias ago
hic consequenter ponitur tractatus epistole presentis et
dividitur in duas partes quia primo paulus
captat benivolentiam, 2o formulat suam peti-
cionem ibi propter quod. ¶ Circa primum dicit gratias
ago deo meo semper i. omnibus temporibus quibus ad hoc
deditus memoriam tui faciens agendo
gratias de bonis tuis preteritis et deprecando pro
futuris audiens caritatem tuam et fidem i.
commendacionem tue caritatis et fidei a
venientibus michi quam habes in domino ihesu
cui fuis fidelis et in omnes sanctos cui tua
bona communicas intendit ut communicatio etc. hic
refertur ad illud quod supra dicit memoriam tui
faciens in oracionibus meis scilicet orando ut commu-
nicatio fidei tue i. effectus quo servus xpisti fide-
liter consideras eius miserias intendit cum
deus fiat perceptionem primi ¶ In agnicione
omnis boni i. clara visione dei in quo est
bonum esse in xpisto ihesu i. per ihesum xpistum tamquam per
mediatorem nostrum vel dicatur in xpisto ihesu
quia ibi repleantur sancti in aspectu sue di-
vinitatis / et tactus sue humanitatis gaudi-
um enim magnum habui etc. quia bonum disci-
puli redundat in bonum magistri quia viscera
sanctorum requieverunt per te scilicet consolatus
eis fuerit eos illa et [illegible] ministran-
do. hanc autem commendacionem [illegible] non fa-
ciebat apostolus ad adulandum sed ut provocet
ad melius bonum quia virtus laudata crescit /
propter quod consequenter formulat suam peticionem
et 2o removet excusacionem ibi forsitan
enim. Circa primum dicit propter quod i. propter caritatem de
te auditam fiduciam habens in xpisto ihesu i. per domi-
num ihesum xpistum ¶ Imperandi tibi quod ad rem pertinet
i. quod est decens et iustum propter caritatem inter
me et te mutuam magis obsecro cum
sis talis vita etate ut paulus senex
propter quod magis volo uti deprecacione quam impe-
rio. Unde scribens thymotheo dixit i. episto-
la 5o seniorem ne increpaveris sed obse-
cra ut patrem. Nunc autem et vinctus ihesu
xpisti q.d. mea senectus et catena movere
te debet ad acquiescendum mee deprecacioni /
consequenter subditur cui dicat obsecro te pro meo
filio spirituali quem genui in vinculis
quia propter quod tenerius ego ipsum diligo [illegible]

tibi aliquando inutilis fuit tua tollendo qu-
erit infidelis nunc autem regeneratus in xpisto
et est michi et tibi utilis serviendo fideliter
michi et tibi quem remisi tibi [illegible] tu
autem illum ut mea viscera suscipe i. ut filium
michi carissimum ac si fuisset genitus ex
meis visceribus quem ego volueram mecum
detinere ut pro te qui filius meus es [illegible]
michi ministraret cum sit servus tuus et sic
in ministraret pro te in vinculis euangelii
sine consilio autem tuo i. sine assensu tuo
nichil volui facere de eius retencione ut
ne velud ex necessitate bonum tuum esset
etc. i. ne bonum ministerium quod facit michi pr-
esse quam fuit utilitate debet dici tuum eo quod est
servus tuus videtur magis coactum quam vo-
luntarium sponte tua ¶ Forsitan enim hic apo-
stolus duplicem excusacionem ipsi phylemoni [illegible]
facit primum est quia onesimus abiens recessit
[illegible] ipso nesciente propter quod non debebat ab
eo [illegible] recipi graciose. Hoc autem excludit
apostolus phylemoni quod ille recessus vertit ad
bonum phylemonis. forsitan autem discessit
ad horam a te i. modico tempore
quod quasi nichil est comparatum ad [illegible] ut
eternum illum reciperes i. non solum [illegible]
ad tuum servicium presentem sed eciam in futuro
tecum ad celi gloriam ordinatum. Ideo subdit
iam non ut servum sed pro servo karissimum fratrem
religione xpistiana maxime michi scilicet
karissimum eo quod ipsum genui eum ut predictum est
quanto autem magis tibi et in carne
magis quam ante recessum ipsius. In carne
ne quia servus tuus est ad serviendum
tibi corporaliter et in domino quia factus est fidelis
ad te redeundum tecum. Ideo concludit ¶ Si ergo
habes me socium tibi verissima caritate
iunctum suscipe illum sicut me [illegible] suscipe il-
lum scilicet ut me dulciter et benigne ¶ Si autem
hic removet 2am excusacionem quia posset
phylemon dicere quod onesimus recedendo
intulit sibi dampnum in personis et rebus re-
bus quod removet apostolus phylemoni quod obligat
se ad satisfactionem si autem aliquid nocuit
tibi in persona tua aut in familia vel debet
ex obligacione aliquid imputa michi tamquam
debitori. Ego paulus scripsi manu mea

ad meliore certitudine ego reddam i satisfaciam
ipso deo qui est superior omnibus rebus subditum
ut non dicam tibi quod et teipsum subditum mihi debes
pro te .i. quod te ipsum mihi debes eo quod
sis conversus mea i fide katholica / et instruc
tione evangelica q. d. nunquam quiescam donec quod in
debeas. Itaque frater ego te fruar in domino
i. gaudebo de te in domino si feceris quod peto
refice viscera mea complendo desiderium meum
i hoc quod postulo i domino i. propter deum primario
scripsi me scribo ¶ Confidens h. est ultima
pars in qua d. se primo scripsisse philemoni
confidens de promptitudine sue obediencie dicens
confidens etc. et patet / 2° mandat sibi hospici
um parari pro amicicia speciali d. simul autem etc.
¶ 3° salutat eum ex parte sociorum
suorum d. salutat te epafras etc. ultimo
benedicit ei et aliis simul d. gratia domini
nostri ihesu christi que est causa vite beate cum
spiritu vestro sufficit pro presenti etc. amen etc.

Explicit epistola pauli ad phylemonem

Incipit prologus ad hebreos etc.

Cum venit quod perfectum est evacua
bitur quod ex parte est prima ad corinthios
xiii. In primitiva ecclesia illi qui de
iudaismo convertebantur ad fidem christi nimis
zelabant et indiscrete pro lege moysi etc. quod
scribitur in libro actuum apostolorum in quo quidem
libro texitur hystoria nascentis ecclesie ut dicit
Ieronimus ad paulinum et ii. xv. capitulo inter
ducitur ubi dicitur Iacobi legates ad paulum
apostolum de zelo conversorum ad fidem christi pro le
ge sua et iudeis qui crediderunt christo et omnes
sunt emulatores legis etc. Item pro lege moy
si zelabant quod dicebant esse necessariam ad
salutem eam observari ut habetur actuum xv
Quidam descendentes de iudea etc. i antiochi
am ubi erat ecclesia fidelium inchoata doce
bant fratres quia nisi circumcidamini etc. more
moysi non potestis salvi fieri et inde
orta fuit heresis nazareorum dicencium obser
vanciam omnium legalium esse necessariam
ad salutem ut dicit Augustinus libro de heresibus
Paulus igitur a deo eductis non solum in
tus perspiciendum sicut ceteri apostoli sed
etiam in celis papatum visione et revela
cione, Augustinus ad paulinum de videndo deo
videns hoc esse contra evangelii verita
tem scripsit hanc epistolam hebreis ad fidem
christi conversis in qua manifeste ondens im
perfectionem legis respectu evangelii et per consequens
eius cessacionem in tempore perfectionis quod est
tempus christi ex hoc patet quod ista epistola inter
epistolas pauli prima est ordine doctrine
licet sit ultima scribendi tempore quod patet
ex duabus primo quantum ad scribendi quod hanc
epistolam scripsit apostolus hebraice ut magister
videtur in sacra scriptura autem hebraica
antiquior est inter omnes etc. quod dicit
ysidorus libro 1° ethymologiarum unde et alie
lingue dicuntur ab hebraica et scriptum ad
primum et secundum ad nominacionem quod patet
de literis grecis prima enim litera hebraica
dicitur aleph et 2a beth prima igitur greca dicitur
alpha et 2a betha et sic de aliis saltem
in pluribus unde patet quod lingua greca sit deriva
ta ab hebraica et non est dubium quod
latine sunt derivate a grecis sicut ysidorus
latinam ab ydiomate greco et sic patet pro
posito ¶ 2° hoc patet ex parte quod in hac epistola
veritas legis evangelice et eius perfectio
ostenditur / in aliis autem epistolis paulus
apostolus ad observanciam evangelii fideles
hortatur primum autem est legis veritatem
agnoscere quam eam observare patet igitur quod
hec epistola ut dictum est prior est ordine doc
trine In verbo igitur proposito tria desig
nantur ad evidenciam huius epistole ¶ primum
est imperfectio legis mosayce etc. et perfectio
legis evangelice etc. est ordo utriusque / primum
tangitur cum dicitur quod ex parte est etc.
cum dicit quod perfectum est etc. cum dicit venit
et evacuabitur quia adveniente
evangelio lex evacuata est ut manifeste

videbitur. primo ergo in illo passu supposito
tangitur imperfectio mosayce legis cum
dicitur quod cooperte est pars eius habens rationem
imperfecti secundum quod dicit 3° physicorum totum et
perfectum idem et ideo imperfectio legis mosayce
bene designatur cum dicitur cooperte. ¶ Ad cuius
evidenciam notandum quod in lege divina
occurrunt tria consideranda. primum est fi-
des unius dei que requiritur ad perceptionem
legis divine quia presidem preceptis administra[?]
cui lex datur quia lex non datur nisi
subdito aliquo advincto. 2m est ipsa lex
vel corpus legis quod consistit in preceptis me-
diis vel moralibus. 3m est eius finis. finis
autem legis divine est beatitudo eterna sic
finis legis pollicite et huius est felicitas
pollicita. ¶ In istis tribus lex mosayca
invenitur imperfecta quod patet primo de fide
quia licet in illa lege fuit notitia aliqua-
lis unius dei et trium personarum in quodam
generali tamen non fuit ibi notitia expli-
cita trinitatis personarum et unitatis essentie
nec personarum incarnationis cuius ratio
est quia sicut cognitio naturalis procedit
de imperfecto ad perfectum ut dicitur primo physicorum
unde pueri primo vocant omnes viros
patres et omnes feminas matres postea dis-
tingunt sic spiritualis cognitio [illegible]
fuit in veteri quam in nova lege in qua plenius
veritas lucide est revelata. propter quod
dicit salvator Joh. xvii pater manifestavi
nomen tuum hominibus quos dedisti
michi etc. in figuram huius moyses loque-
batur ad populum velata facie ut habetur
Exo. xxxiiii. quia misteria fidei erant
figuris et enigmatibus velata. propter quod
patres veteris testamenti potuerunt dicere
illud quod scribitur prima Cor. xiii. ex parte cog-
noscimus et ex parte prophetamus. ¶ Dicitur
lex mosayca fuit imperfecta quantum ad 2m
quod est legis corpus sive mandata. cuius
evidenciam considerandum quod
mandata legis inter se distinguuntur
quia quedam sunt moralia precepta
cuiusmodi sunt illa que sunt de dictamine racionis
etiam si nulla lex esset posita sicut est

illud mandatum quod scribitur ¶ Exo. xx.
honora patrem tuum et matrem et similiter id
quod precedit mandatum scribitur Levit. xix.
coram cano capite consurge et honora
personam senis etc. ¶ Quedam autem sunt
iudicialia precepta que sunt determinationes
moralium preceptorum in ordine ad proximum
sicut de dictamine racionis naturalis est quod
maleficus moriatur. propter quod illud preceptum
morale est quod habetur ¶ Exo. xxii. maleficos
non pacieris vivere. ¶ Sed modus mortis ut quod
lapidentur vel decapitentur vel comburantur iudi-
ciale. ¶ Quedam autem sunt cerimonialia
et sunt determinationes moralium preceptorum
in ordine ad deum sicut de dictamine racio-
nalis est quod deus honoretur et ideo debe-
batur preceptum morale ¶ Exo. xx. ¶ Memento
ut diem sabbati sanctifices etc. modum tamen
honorandi deum ut per talia vel talia sa-
cra vel talibus temporibus et huiusmodi pertinet ad
determinationem legis et hec determinatio cere-
monialibus preceptis. propter quod preceptum positum
¶ Exo. xx. ¶ Memento ut diem sabbati sancti-
fices etc. quantum ad determinationem temporis sabba-
ti dici sabbati cerimoniale est morale autem
in quantum illud precipit quod homo vacet divinis.

Ista autem tria quia preceptorum in lege moy-
si fuit imperfecta et hoc declaratur primo de mo-
ralibus preceptis duplici racione. prima ratio est
ista quia precepta moralia in lege moysi or-
dinabat actus hominum exteriores tantum. propter
quod apostolus epistola ad Ro. [illegible] vocat legem moysi
legem factorum. de actibus autem interioribus qui-
bus principaliter bonum consistit morum non
ordinabat aut parum. ¶ Sed contra hoc videtur
esse illud quod habetur ¶ Exo. xx. ubi eo
capitulo prohibetur non concupisces uxorem
proximi tui etc. ¶ Dicendum est secundum antiquos
doctores quod talis concupiscentia non prohibebat inqu-
antum erat omnino latens in corde sed prout procedebat
exterius per aliqua signa ut alia similia
tractatus consulta et huiusmodi et ideo sic exponunt
non concupisces i. signa concupiscentie non facies.
Unde phil. 3° de glo. quod lex vetus prohibe-
bat manum non animum. ¶ Vel 2m alios dicendum

quod licet lex vetus prohibeat concupiscentiam
animi latentem hoc tamen erat in precepto
sed in Mathia confirmo. Item insufficienter
prohibebat concupiscentiam quia non precludit
concupiscentiis occasiones quas precidendas dicebat et
sic patet quod insufficienter lex mosayca ordina-
bat actus interiores. ¶ Secunda ratio est quod lex
mosayca etiam actus exteriores insufficienter
ordinabat sicut patet deuteronomii xxiij ubi dicitur
sic non fratribus sed tuo ad usuram pecuniam
ut fruges nec aliquam aliam rem sed alieno
ubi eum permittit usuram exercere propter eos
quod est illicitum contra dictamen recte ra-
tionis. ¶ Item deuteronomii xxiiij permittit viro
dare uxori libellum repudii contra debitum
unde ibidem dicitur ¶ Si acceperit homo
uxorem et habuerit eam et non invenerit
gratiam in oculis eius propter aliquam feditatem scri-
bet libellum repudii et dabit in manu eius
et dimittet eam de domo sua. ¶ Indissolu-
bilitas autem coniugii prout tota nota est de
dictamine rationis naturalis ut alias declaratum
super Matheum et sic patet quod lex vetus imperfecta
fuit in moralibus. Propter hoc autem imperfecta
lex mosayca dicitur pedagogus in
Gal. iii, id est puerorum imperfectorum quibus
non conceditur perfecta notitia. ¶ Qui aliquotiens
in honestis tamen discipline reprimunt et
in potioribus artibus multa eis permittuntur
viri perfecti propter quod Augustinus libro de spiritu et littera
exponens illud ii Cor. iii littera occidit
etc. dicit hoc esse intelligendum non tantum
de ceremonialibus sed etiam de moralibus veteris
legis quia sic non prohibebant aliqua que de se sunt
mortifera ut patet exponens propter quod dicitur ad Ro.
iii quod ex operibus legis non iustificabitur omnis ca-
ro. ¶ Tertio videtur quod ceremonialia fuerunt
imperfecta ad cuius evidentiam considerandum quod
ceremonie veteris legis sunt quadrupli-
ces quedam pertinent ad sacramenta quedam
ad sacrificia quedam ad observationes et quedam
ad sacra. Sacra autem et observationes ordi-
nantur ad sacrificia et sacramenta quia sacra di-
cuntur vasa et loca et huiusmodi quibus utebantur
in sacrificiis cum colendo observationes autem
dicunt quendam modum religiosi vivendi quibus

utebantur iudei qui erant populus pecu-
liaris deo utpote quod custodierunt
se ab aliquibus abusiis cibis potibus et
vestibus et consimilibus et hoc quod erant populus
deo consecratus per sacramentum circumcisionis et
alia sacramenta. Nunc autem ita est quod
cum sine accipit rationem eorum que sunt ad finem
ideo si ostendit quod sacrificia et sacramenta
erant imperfecta sufficienter erit ostensum quod
sacra et observationes erant imperfecta quia
ordinabantur ad non perfecta sicut ad finem
ut predictum est. ¶ Quod autem sacrificia ve-
teris legis essent imperfecta patet quia quedam
erant sacrificia pro peccato oblata et hec erant
imperfecta quia non poterant auferre peccata
propter quod dicit apostolus ad Hebr. x. Impossibile
est sanguine hircorum et taurorum au-
ferre peccata. Item ibidem omnis quidem sacer-
dos veteris legis presto est cottidie ministrans
et easdem hostias offerens que non possunt
auferre peccata et hoc idem habetur Ysa. Libanus
non sufficiet ad succendendum et animalia
non sufficient ad holocaustum. Libanus autem
hic vocatur primum templum quod fuit factum
de lignis libani. Animalia autem ibi ob-
lata et que ad hoc erant ordinata non sufficiebant
ad mundationem peccati. ¶ Alia autem erant sacrificia
pacifica et per devotionem oblata ad gratiam
impetrandam seu aliquod beneficium divinum
et illa erant imperfecta quia gratia divina seu
beneficium divinum et illa erant imperfecta quia
gratia divina seu beneficium divinum non impetra-
batur ratione oblati muneris licet aliquando
daretur propter devotionem offerentis
et hoc est quod dicit apostolus ad Hebr. ix. Ta-
bernaculum secundum esse primum ut sequitur que
est parabola instantis temporis iuxta quam mu-
nera et hostie offeruntur que non possu-
nt iuxta conscientiam perfectum facere servientem perfecto
sive est donum gratie et sic patet propositum quantum
ad legis sacramenta. ¶ Item sacramenta ve-
teris veteris legis erant imperfecta. Ad cuius
evidentiam considerandum quod illa sacramenta
erant ordinata ad sanctificandum homines propter
eos ad cultum divinum vel ad aliquid aliud quia

roti ipso tamen viris quam mulieribus ut pu-
riores aque a tactu immundi vel mortui
quae purior fiebat per aspersionem aque expi-
ationis de qua habetur numeri xix et
consimilia. Aliqua autem erant sacramenta spe-
cialiter viris convenientia sicut circumcisio. Aliqua
autem solis sacerdotibus sicut consecra-
tio et unctio sacerdotis et ministri. Cuius ratio
est quia sacerdotes specialiter mancipabantur
ad cultum dei. Ista tamen sacramenta predicta
erant imperfecta quia non solum conferebant
gratiam sine qua non efficiuntur ydonei
ad cultum divinum. Ideo sacramenta legalia di-
cuntur egena et infirma ad gal. iiii. ubi di-
citur sic: nunc autem cognoscentes deum immo
cogniti estis a deo quomodo convertimini ad ege-
na et infirma elementa. Dicuntur autem infirma
quia non conferebant aliquam potestatem spiritualem
sicut conferunt sacramenta nove legis. Dicuntur
autem egena quia non conferebant gratiam
que necessaria ad bene vivendum illa potestate.
Sed contra hoc videtur quod in xx. levitici
ubique dicit quod illa sacramenta
reddebant homines ydoneos ad cultum
divinum. Dicendum quod talis ydoneitas erat
per quandam mundiciem exteriorem corporalem
sicut in nova lege dicitur aliquis in-
eptus ad ministrandum vel celebrandum
et [illegible] reddit eum aptum et hec
aptitudo est tantum corporalis. Sicut erat
de aptitudine que dabatur per sacramenta ve-
teris legis propter hoc dicuntur ista sacramenta
emundationes carnales ut habetur ad he-
breos ix ubi dicit sic: sanguis hircorum
qui offerebatur in consecratione sacerdotum
et cinis vitule aspersus quo omnis im-
mundabatur a tactu mortuorum vel immundi
ut dictum est inquinatos sanctificat ad emun-
dationem carnis id est corporis quia sicut dictum
est talia non conferebant gratiam sed auffe-
rebant quedam impedimenta et irregula-
ritates impedientes a tabernaculi in-
gressu sicut in nova lege patet per exemplum
quando cum per prelatos dispensatur cum aliquo
illegitimo nato vel privato uno oculo
vel huiusmodi non confertur ei per hoc sibi

gratia sed tantum tollitur irregularitas. Quod autem
hoc dicitur quod secundum doctrinam sanctorum circumcisio
tollebat peccatum originale et per consequens confere-
bat gratiam ut communiter tenetur. Dicendum secundum
antiquam opinionem quod tollebat peccatum ori-
ginale non tamen conferebat gratiam. Et hec
erat pena circumcisionis ut tenetur
a multis et magnis quorum verba propter proli-
xitatem omitto et in hoc differebat a baptismo
qui non solum aufert peccatum mortale sed
confert gratiam. Aliter potest dici quod si
in circumcisione conferebatur gratia hoc non erat
in virtute illius sacramenti sed virtute fidei
venturi quam profitebatur ille qui circumcidebatur
si erat adultus vel alius pro eo si parvulus
erat. Et hoc est quod dicit communiter quod
valebat ex fide suscipiencium non autem ex
opere operato per quem modum valent sacramenta
nove legis. Patet igitur quod ceremonialia
precepta legis erant imperfecta. Secundo ostendo quod
iudicialia precepta erant imperfecta quod patet
ex duobus. Primo quomodo inducendo homines
ad observanciam iusticie ad quam ordina-
bantur precepta. Secundo quomodo precepta. Primum patet
sic: primum est imperfectum homines ut inducantur
ad iusticiam observandam per timorem pene
unde dicit oracius libro epistolarum oderunt
peccare boni virtutis amore oderunt
peccare mali formidine pene. Hoc enim de-
claratur sic quia illud quod cum timore fit
penale est et non delectabile. Unde philosophus: timor
penam habet. Opus autem virtuosum non est
penale virtuoso in ipso sed magis delectabile
propter quod dicit 2o ethicorum quod signum generati ha-
bitus est delectatio in opere. Lex mosayca inducebat
homines ad iusticiam observandum per timorem
penarum propter quod dicitur lex timoris et in
signum huius lex data fuit in terroribus ut
patet exo. xix. Iam advenerat dies tercius
in quo data est lex et ceperunt audiri
tonitrua et micare fulgura et nubes den-
sissima operire montem clangorque buccine
vehemencius perstrepebat timuit populus
qui erat in castris. Et ista eadem ratione
facies moysi apparuit cornuta quando secundo appor-
tavit legem in tabulis scriptam et timue-
runt filii israel ut habetur exo. xxxiiii.

In terminibus cum illis designabatur terror et
veritas legis. Patet igitur 2m. Secundo aliqua iniusta
iudicialium praeceptorum quia non inducebant ad o-
peram iustitiae per timorem poenae. 2o ideo patet
ex ipsis iudicialibus praeceptis quae aliquem infli-
gebant poenam innocenti et aliquem culpabilem
non puniebant poena. Patet per illud quod scribitur
Num. xxxv. de homicidio omnino casuali. Un-
de dicitur talis qui fortuitu et absque
odio et inimicitiis quicquam interfecerat hominem
debebat fugere ad unam civitatum refugii ubi
manere usque ad mortem summi sacerdotis quod
aliquando erat per magnum tempus et per consequens
talis qui erat innocens in homicidio
omnino casuali et involuntario erat sine
culpa puniebatur gravi poena quia oportebat
eum volentem esse per magnum tempus
a sua civitate et sua possessione. 2m patet ubi
subditur de tali fugitivo innocente quod si extra
fines urbium inventus fuerit et percussus ab
eo qui ultor est sanguinis absque noxa
erit qui eum occiderit. Debuerat enim profugus
usque ad mortem summi pontificis in urbe residere
et sic patet quod interfectio innocentis in tali casu
remanebit sine poena quae tamen est
magna culpa. Talis autem iniustitia legis con-
veniebat in ipsa ratione ipsius qui erat pronus
ad effusionem sanguinis et ideo si interfec-
tor casu veniret in sua civitate inter
amicitias incitasset occasione mortis e-
ius innocens et sic de facili possent in
populo homicidia multiplicari. Et ad huiusmodi ca-
sus custodia data est lex praedicta de eius fuga
quamvis esset innocens. Eadem ratione opor-
tebat quod si aliquis amicus mortui
interficeret eum extra fines civitatis refugii
et sic cogebatur in urbe manere non propter cul-
pam sed propter homicidia praedicta evitanda ad
quae populus tamen in praedictis erat pronus.
Exemplum ad hoc ydoneum ponit philosophus v. eth.
quod aliquae leges sunt factae sicut regula qua
utuntur artifices in Lesbia ad dolandum
lapides quia lapides regionis illius sunt
male dolabiles. Ideo utuntur artifices regulis
plumbeis ut possint tortuositati lapidum
applicari. Sic in veteri testamento datae sunt
leges aliquae iniustitiam habentes propter iniustitiam
illius populi. Patet igitur ex praedictis quod legis praecep-
ta tam caeremonialia quam moralia quam etiam

iudicialia erant iniusta. Propter quod dicitur
Ezech. 20: Dedi eis praecepta non bona
et iudicia in quibus non vivent et pollui
eos in muneribus suis. Dicit praecepta quantum
ad moralia quae dicuntur non bona non propter
hoc quod ibi aliqua mala praeciperentur sed
quia propter actus exteriores interiores
iniuste ordinabant ut visum est
supra. Ad hoc autem quod dicitur in quibus non vivent quantum
ad iudicialia per quae regebatur ille populus
timore poenae in qua consistit vita animae
sed magis in amore. Dicit ultimo et pollui
eos in muneribus suis, id est pollutos ostendi
quantum ad caeremonialia quia per illa quae
offerebantur pro peccatis polluti ostendebantur
et tamen non mundabantur ut visum est supra.
Patet igitur quod lex mosaica erat iniusta
si consideretur ipsum corpus legis. 3o lex
mosaica erat iniusta si consideretur eius
finis. Sicut enim finis legis humanae est
felicitas politica ita finis legis divinae
est felicitas aeterna non solum legis novae
sed etiam veteris. Propter quod dicit apostolus Rom. x:
Finis legis Christus in quo consistit beatitudo
obiective. Secundum quod dicitur Ioh. 17: Haec
est vita aeterna ut cognoscant te solum
deum verum et quem misisti Iesum Christum. Hunc autem
finem non consequitur aliquis nisi per gratiam
secundum quod dicit ad Rom. vi: Gratia dei vita
aeterna. Lex autem mosaica non praestabat gratiam
ex se ut visum est et per consequens non po-
terat ad hunc finem inducere. Propter quod pa-
tres veteris testamenti quantumcumque iusti
descendebant ad infernum ad limbum patrum.
Propter quod dicit sanctus Iob xvii: In profundissi-
mum infernum descendent omnia mea. Propter
quod felicitas aeterna non promittebatur in
lege manifeste sed tantum sub figuris promissionis
terrenae et si aliqua promittitur est verbo
obscuro. Propter quod dicit apostolus ad
Heb. x: Umbram habens lex futurorum
bonorum non ipsam imaginem rerum quia
non manifeste sed obscure futura bona
quae sunt bona caelestia promittebat. Patet
igitur ex praedictis iniustitia legis quantum ad
tria praedicta videlicet quantum ad illud quod est
legis principium, 2m ad legis corpus, 3m ad

fine spiritus ppt quod dicit apostolus heb. vij
nichil ad pfcm adduxit lex et sic imp
fco designatur cum dicitur i vbo p° po
sito expte ut p dictum est ppt quod de
hoc potest exponi illud quod dicit Jab. x
viij erit sicut expte deca sunt uictus dei sive
cum deveniendo ad deum sunt veteris ac
novi testamenti. Ga. cum q in veteri
testamento deca sunt illa sunt expte quia
sunt impfca ut pz p pdicta ¶ Scdo principa
lr agitur i vbo pposito pfco legis eva
gelice cum dicitur ut quia pfcm est et pz
eius pfco comparando eum ad legis imp
fcom quia pfca est respectu cognicionis
fidei respectu preceptorum et sacramentorum in quibus
lex mosayca erat impfca quod autem
cognicio dei pfca sit in lege nova pz
p illud quod habetur Joh. xvij sic nunc
festum novie tum et Insignum autem
huius velum templi fuit scissum i xpi
passione ad ostendendum quod sacramenta et
manifestata erat que prius latebat sub
velamine ppt quod ipsa lex nova tamquam pfca
est i cognicione est donum pfcm descen
dens a patre luminum ut habetur Jacobi j°
Scdo lex nova pfca est quantum ad quod
corpus legis s. quantum ad moralia precepta
quantum ad sacramenta et quantum ad sacrificia
primo patet hoc de preceptis moralibus
quia lex nova pfce ordinat actus
humanos non solum exteriores sed etiam in
teriores et in hoc impfcom legis sup
plet ppt quod dicit salvator mt. v°
impfcom legis implendo audistis quod
dictum est antiquis non occides qui autem
occiderit reus erit iudicio ego autem
dico vobis quia omnis qui irascitur
fratri suo reus erit iudicio i quo motu
eum iniciere ut pz ¶ Scdo lex nova actus
hominis exteriores ordinat nullum malum
permittens ppt quod dicit salvator mt.
xij. dico autem vobis quia omne verbum
ociosum quod locuti fuerint homines
super terram reddent racionem i die iudicii
Si autem hic prohibetur verbum ociosum
pro tempore verbum nocivum et multo forcius
omnem actum malum ppt mt. v° post
supplecionem preceptorum moralium veteris

legis concludit pfcom evangelii estote
ergo pfci et sicut pater vester celestis perfectus est. Xpus moralia
precepta legis eis confirmavit et quedam super
addendo ppt quod mt. xix Juvenem dicenti
se custodisse mandata legis et querenti ultra
terminum viam pfconis dicit salvator adhuc
unum tibi deest si vis pfcus esse vade et
vende omnia que habes et da pauperibus
et habebis thesaurum in celo et veni sequere
me ¶ 2° dico quod lex nova pfca est quantum
ad sacramenta quia continet gratiam quam non facie
bat sacramenta veteris legis ppt quod dicitur
Joh. j° lex per moysen data est gracia et
veritas per ihesum xpm ppt hoc de iohanne
baptista qui per suam predicationem et suum bap
tisma disponebat populum ad xpi baptismum
et quantum ad alia sacramenta cum baptismus
sit ianua aliorum sacramentorum luc. j° dicitur
Ipse precedet eum in spiritu et virtute helye parare
domino plebem pfcam ¶ 3° nova lex pfca
est quantum ad sacrificia quia in ea est unum sac
rificium pfcissimum s. eukaristia que non est tan
tum sacramentum sed etiam sacrificium quia ibi xpus
quasi agnus ymolatur et fructus sue benedicte pas
sionis applicatur ppter illud autem sacrificium
tamquam unum et pfcum fuit i lege figuratum
per multa sacrificia nam sicut per pfcum per im
pfca eius autem pfco apparet in duobus
primo quia tollit peccata quod non poterant
facere legis sacrificia ppt quod dicitur Joh. j°
Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi
et quod dicit beatus Johes prima canonica ij°
c° Ipse est propiciator pro peccatis nostris non pro nostris
autem tantum sed etiam pro totius mundi ¶ 2° apparet
eius pfco quia continet gratiam et quod
dicitur Joh. vj° Qui manducat me vivet propter
me per augmentum scilicet gratie ¶ Scdo autem
effectum huius sacrificii dicitur heb. x hic autem
unam pro peccatis hostiam offerens sedet in sempiternum
sedet in dextera dei patris Sequitur una
enim oblacione consummavit i sempiternum sanctifica
tos amota culpe conditur cum dicitur et
autem unam pro peccatis hostiam offerendo tollacionem
et augmentacionem gratie cum subditur consummavit in
sempiternum sanctificatos et sic pfco evangelii
pz exposicione premissa ppt quod dicit heb. ix x°

assistens pontifex futurorum bonorum per
amplius et perfectius tabernaculum ¶ 3º ostenditur perfectio
legis evangelice quantum ad iudicialia
quia ducit ad observantiam legis non per
timorem pene sed per amorem iustitie quod est
proprium perfectorum ut supra dictum est propter quod lex no
va dicitur perfecta ut quod dicitur Iacobi
primo qui autem perspexerit in lege perfecte
libertatis etc. ¶ Item quia nullum innocen
tem punit nec aliquod malum impunitum
relinquit quia etiam verba ociosa puniendi
ostendit ut supra dictum est et non solum no
vit actus sed etiam malas cogitationes etc.
quod dicit Matthei v° ego autem dico vobis
quod quicumque viderit mulierem ad concupis
cendum eam iam mechatus est in corde
suo propter quod lex nova est lex perfecta de
qua potest exponi illud Canticorum vi una
est columba mea perfecta mea ¶ Dicitur
enim lex nova columba methaphorice
quia est sine felle amaritudinis nullum
innoxium puniens et etiam perfecta quia nul
lum malum permittens et sic apparet perfectio le
gis evangelice quantum ad legis contenta
quod continet mandata ¶ Dicitur lex nova
perfecta est quantum ad finem legis qui quidem
finis est vita beata ad quem finem immedia
te inducit lex evangelica quod non potuit
lex vetus nisi tantum in figura propter quod
dicit apostolus ad Hebreos xii non accessistis
ad tractabilem ignem id est corporalem et visibi
lem sicut accesserunt iudei in monte Synai
sed accessistis vos scilicet credentes in Christo ad
Syon montem civitatem dei viventis celes
tem Iherusalem et multorum milium angelorum
frequentiam et primitivorum qui conscripti sunt
in celis et iudicem omnium deum et spiritus iustorum per
fectorum propter quod apostolus Hebreos vii postquam
dixerat nichil ad perfectum adduxit lex scilicet
lex vetus adduxit ¶ Introductio vero melioris
spei per quam proximi mamus ad deum scilicet in lege
nova patet igitur expeditius quod lex nova est
perfecta et quantum ad cognicionem fidei legis finem
et quantum ad eius finem ¶ Perfectio autem perfectio
figurata est 3° Regum vi° ubi dicitur
sic perfecta est domus domini ipse est in omni
tempore suo lex enim nova potest convenienter

dici domus domini quia huius domus
ipse est edificator quia lex nova data
est a Christo in novo testamento non autem lex vetus
sed quod dicitur Hebreos i° multiphari
e multis modis olim deus loquens
patribus in prophetis novissime diebus
istis locutus est in filio suo consubstancial
i et eterno ut ibidem subditur ¶ Dicitur
etiam lex nova domus domini quia ipse est
huius domus inhabitator quia in sacramento
et precipue nove legis scilicet eukaristia conti
netur totus Christus realiter ¶ Bene igitur
dicitur perfecta est domus domini in omni tem
pore suo quia perfecta est lex nova in cognicione
fidei in preceptis moralibus in precipue
in caerimonialibus et iudicialibus et perfecte in
ducit ad finem legis scilicet vitam beatam que
est finis divine legis et sic patet etc. ¶ princi
paliter ostenditur in verbo preassumpto
ordo utriusque scilicet legis et evangelii cum dici
tur veniet hoc evacuabitur illud in quan
tum adveniente evangelio lex evacuatur etc.
Circa ubi ostenditur triplex ordo legis
et evangelii scilicet ordo temporis dignitatis
et virtutis ¶ Prioritate vero temporis lex ve
tus prior est quam nova quia erat que
dam dispositio ad ipsum quantum per ipsam retra
hebatur homines ab ydolatria et retine
bantur sub cultu unius dei et sic dispo
bantur ad susceptionem evangelii et hoc
est quod dicit apostolus ad Galatas iii° prius
autem quam veniret fides id est lex evangelica
ubi habetur fides explicata sub lege
custodiebamur conclusi in eam fidem
que revelanda erat ¶ Prioritate autem dig
nitatis est econtra propter quod apostolus ad Galatas
iiii° exponit duo testamenta duobus
filiis Abrahe quorum primus origine
secundum carnem natus est etc. alter scilicet Ysaac
per repromissionem et sic propter quod fuit prior
dignitate ¶ Dicitur lex nova prior est veteri
testamento ordine efficacie virtutis quia
obligatio illius legis cessat adveni
ente evangelio etc. quod dicit ad Galatas
iii° at ubi venit fides iam non sumus
sub pedagogo id est sub lege qui erat peda
gogus noster in Christo ut ibidem dicit quia
lex evacuatur adveniente evangelio

Considerandum est tamen quod dupliciter
evacuantur precepta moralia legis et
cerimonialia et iudicialia. ¶ Ad cuius evi-
denciam sciendum est quod sit mutacio a
contrario in contrarium scilicet tunc aliquid totaliter
evacuari sicut quando quod album sit nigrum
albedo tollitur. Quando autem comparatio fit per
[illegible] non tollitur totaliter tamen aliquid secun-
dum eius imperfectionem sicut quando quod minus album
sit magis album non tollitur albedo pre-
cedens sed tamen eius imperfectio. ¶ Ulterius consi-
derandum est quod quando corrumpitur terminus
a quo per accidens illud quod est ei adiunctum
corrumpitur. potest tamen manere cum termino
ad quem si non habeat adiunctam contrarietatem
non tamen manet idem numero sed specie tamen
sicut quando de aere fit ignis manet
qualitas symbola. ¶ Cerimonialia igitur
evacuantur primo modo quia contrariantur nove
legis cultui. ¶ Ad cuius intellectum sciendum
quod cerimonie sicut dictum est ordinantur
ad cultum divinum. Unde secundum quod dicit Augustinus
enchiridion 3o capitulo deus colitur spe fide
et caritate. Leges de cultu interiori igitur
cerimonie que sunt quedam protestationes cul-
tus interioris debent concordare cultui in-
teriori quod est per fidem et caritatem. ¶
Est autem triplex status hominis unus in
quo habetur fides et spes de bonis celesti-
bus et de hiis per que ad ipsa introducimur
scilicet de misteriis Christi et [illegible] sicut de fu-
turis et hic est status veteris testamenti.
Alius est status in quo habetur fides de
bonis celestibus sicut de futuris sed de
hiis per que introducimur ad celestia scilicet
de misteriis Christi habetur fides sicut de preteri-
tis vel presentibus et hic est status nove legis.
Tercius status est in quo utrumque habetur
tamquam presencia et nichil creditur
et hic est status patrie celestis. In
hoc autem statu tercio ubi nichil creditur
nichil est cerimoniale vel figurale ad
cultum pertinens unde quod dicitur Apocalypsis xxi
templum non vidi in ea dominus deus omni-
potens templum illius est. Sicut igitur
veniente adveniente statu 2o scilicet nove legis
cerimonie primi status id est legis veteris cessa-
re debuerunt et induci alie que conveniunt
statui nove legis in quo bona celestia
[illegible] et futura sed beneficia per que habita
sunt de preterito et ideo quia cerimonie veteris
legis prefigurabant Christum venturum [illegible]
quod evacuentur in nova lege in qua misterium
Christi iam est preteritum et hoc est quod
dicit apostolus ad Hebreos 7o translato sacerdocio
necesse est ut legis translacio fiat quantum
scilicet ad cerimonialia [illegible]
precepta quia non prefigurabant misterium
Christi venturi dixi secundum devocionem populi ad Christum
non autem debet debet esse minor devocio
ad ipsum iam principaliter exhibitum quam erat
tunc ad ipsum venturum propter quod in nova lege
magis [illegible] designatur [illegible]
[illegible] populi devocio. ¶ Moralia autem
precepta evacuantur tantum non secundum quod scilicet
quantum ad imperfectionem cuius est racio quia
sunt de dictamine racionis [illegible] nichil
[illegible] ad substanciam precepti remota tamen
imperfectione sicut patet Matthei 5o ubi pre-
ceptis moralibus additur perfectio que non
intelligebant [illegible] esse sub precepto. Unde
ibidem dicitur: Audistis quod dictum est
antiquis non occides etc. et suppletur
illud quod sequitur ego autem dico vobis
quod omnis qui irascitur fratri suo etc. [illegible]
[illegible] prohibitione mechie precepto ad-
ditur prohibicio interioris concupiscencie. Unde ibidem
dicitur audistis quia dictum est antiquis
non mechaberis et subdit ego autem dico vo-
bis quicumque viderit mulierem ad concupis-
cendum eam iam mechatus est in corde suo
et similiter intelligendum est de aliis et sic
patet quod moralia precepta veteris legis non
evacuantur quantum ad substanciam legis
sed solum quantum ad imperfectionem propter quod dicit
apostolus 1a cor xiii cum autem factus sum
vir evacuavi que erant parvuli. Status autem
legis veteris comparatur puero quod habetur
gal iii lex pedagogus noster fuit sub pedagogo
[illegible] autem traditur est puer. Status autem
nove legis comparatur viro perfecto et ideo sicut
manet idem homo quantum ad [illegible]
et virili etate remota tamen imperfectione
pueritie sic est de moralium preceptorum
evacuatione. ¶ Iudicialia autem precepta

euacuatur 3° modo quia ad veniente lege gratie
cessat eorum obligatio. posset tamen aliquis
princeps ordinare quod servarentur in regno suo
ita tamen quod non reputaret ea esse obliga
toria ex lege moysi. Ratio autem predicti est
quia iudicialia precepta preter et dicte non erant
ordinata ad prefigurandum aliquid futurum sicut
erant cerimonialia. Sed erant ordinata preter et
dicte ad servandum ordinem iusticie in populo
iudayco quia tamen status illius populi erat
figuralis totus figuralis respectu christi ut
dicit apostolus primo cor. x. omnia in figura con
tingebant illis et propterea precepta iudicialia
illius populi erant figuralia secundum quid. Et ideo
si aliquis servaret ea quasi obligatoria que fuerunt tunc sta
tuta hoc esset dicere quod status ille adhuc
duraret quod est erroneum et illicitum. si tamen
aliquis princeps vellet ea de novo statuere
posset licite. Considerandum tamen quod in lege
nova [illegible] ad eorum vigorem quia
essent magis observanda ex amore virtutis
quam ex timore quia lex nova est lex amoris
propter quod dicit 1° Jo. iiij perfecta caritas foras mit
tit timorem et sic patet conclusio quod omnia legis
precepta aliquo modo per evangelium evacuantur propter
quod dicit apostolus ad ro. 2° alloquens iudeos in
lege gloriantes. ubi est gloriatio tua tu in
dic qui in lege gloriaris ut supra premiserit
ca° iij° exclusa est et evacuata sequitur per
quam legem factorum q. d. non lege eius factorum notat
legem veterem nulla autem res excludit se
ipsam vel evacuat sequitur sed per legem fidei le
ge fidei notat legem novam quia sicut dictum
est evacuat et excludit legem veterem. patet
igitur tria predicta in verbo primo nota scilicet inscriptio
legis moysayce prescriptio legis evangelice et cor
do utriusque. Ad maiorem sapientiam et predictorum evi
dentiam queritur utrum hec epistola sit pauli apostoli
et arguitur primo quod non. Quia in hac epistola non
tenetur modus scribendi qui est in aliis
epistolis pauli preponendo scilicet nomen suum et sui aposto
latus officium ut patet supra 3° 4°. Item quia elegantior
est stilus in hac epistola quam in aliis. Quod contrari
um est usus et consuetudo ecclesie in hac alle
gatur ista epistola tamquam ab apostolo scripta.
Sciendum secundo quod propter rationes predictas ab aliquibus
fuit opinatum quod hec epistola non esset pauli
apostoli propter quod dicebant aliqui quod erat clementis
pape et martiris et movebantur ad hoc quod
ipse scripserit athenienses epistolam quam paulus
composuit. Alii autem dicebant quod erat epistola
luce evangeliste et movebant ex hoc quod ipse
scripsit evangelium primo grece ut dicit in prologo.
Alii autem dicebant quod erat [illegible]
quia fuit propinquus apostolorum. Quod tertio modo
indubitanter tenetur quod est epistola pauli quod
probatur multiplici ratione. primo auctoritate
ecclesie cuius est talia dubia declarare. In
synodo autem niceno recipit etiam ista
epistola tamquam ab apostolo scripta. Quod 2° hoc de
probatur per auctoritatem antiquorum doctorum
et potissime beati dyonisii qui fuit disci
pulus beati pauli apostoli iste autem in scriptis
suis allegat dicta huius epistole tamquam dicta
pauli magistri sui. Quod 3° hoc probatur ex auctori
tate crisostomi super epistolam istam dicentis
quod paulus cum scripsit rome quando postquam
cum biennio rome fuit propter appellationem
ad cesarem de qua habetur in actibus
apostolorum habuit licentiam transeundi in hyspa
niam et iudeos ubi vidit et postea romam
rediens de illo loco hanc epistolam eis scrip
sit ut dicit crisostomus. Item patet propositum
ex hiis que dicuntur ultimo ca° huius epistole
videlicet quod missa fuit hec epistola per thymo
theum qui fuit filius spiritualis pauli
apostoli. Quinto hoc idem arguitur ex zelo
apostoli ad salutem iudeorum de quo zelo dicit
ad ro. ix optabam anathema esse pro fratribus
meis qui sunt cognati mei secundum carnem quorum p°
rum tamen et ad ro. xj quod dum sum apostolus
gentium ministerium meum honorificabo si
quomodo provocem ad emulandum carnem
meam et iudeos ut salvos faciam aliquos
ex eis. Quod ideo non est aliquomodo probabile
quod paulus scripsit iudeis ad eorum salu
tem qui tot alia scripsit aliis gentibus
pro salute. nulla autem alia epistola pauli
dicitur scripta hebreis nisi ista. Quod 6° Quod
to probatur propositum ex zelo pauli apostoli
ad evangelicam veritatem ex quo zelo re
prehendit petrum manifeste ut habetur ad gal.
ij. nunc autem ita est quod sicut necessari
um fuit determinare veritatem predicari
ad conversionem fidelium sic necessarium fuit
eum scribi ad confutandum hereticum in

surgeret propter quod Johannes evangelista suum incepit a nativitate christi etiam quia videbat heresim hebionitarum insurgere qui dicunt christum ante mariam non fuisse. paulus autem vidit tempore suo heresim nazareorum insurgere qui dicunt esse necessarium ad salutem simul legem veterem et novam. et invaluit hoc adeo ita quod etiam petrus aliquo modo offendit in observatione legalium propter quod paulus ei restitit in faciem ut dictum est. ideo non est mirabile quod paulus apostolus aliquid scribebat contra sectam de iudaysmo ad confutationem huius erroris. hoc autem fit in hac epistola ut patebit domino concedente. ideo tenendum est [illegible] quod ista epistola fuit a paulo apostolo conscripta. ¶ Ad primum argumentum patet per solucionem in prologo. non enim apostolus erat iudeorum sed gentium secundum quod ipse dicit ad galathas ii° creditum est michi evangelium preputii sicut et petro circumcisionis etc. ideo non scripsit in hac epistola que dirigebatur iudeis nomen sui officii. ¶ Similiter nec nomine persone quia ipse erat odiosus iudeis ut patet in actibus apostolorum in multis locis propter quod epistola fuisset minus recepta ab eis si nomine pauli esset ibi prepositum. ¶ Ad tertium dicendum quod stilus est elegantior quia quilibet elegantius loquitur linguam propriam quam alienam. ipse autem paulus scripsit hanc epistolam solum hebraice. ideo loquitur magis ornate. Sed contra hoc insurgit unum dubium quia per infusionem spiritus sancti habuit donum linguarum secundum quod habetur i ad cor. xiiii gratias ago deo meo quod omnium vestrum lingua loquor. et dona autem spiritus sancti perfecta sunt. ergo ita perfecte loquebatur alia ydiomata sicut hebraycum. dicendum quod donum linguarum datum est apostolis ad predicandum fidem christi omnibus populis et ideo datum est hoc donum apostolis prout sufficiebat ad efficaciam predicationis. ad hoc autem non multum facit ornatus verborum sed aliquando magis impedit ut patet per apostolum prima ad cor. ii° sermo meus et predicatio mea non in persuasibilibus humane sapientie verbis etc. ideo non est mirum si paulus apostolus habuit aliquem ornatum verborum in hebrayca lingua connaturali acquisitum quem non habuit in aliis. habuit tamen omnia ydiomata in [illegible] valentem ad efficaciam predicandi etc.

Multipharie etc. Sicut dictum est apostolus hanc epistolam scripsit aliquibus conversis ad fidem christi de iudaysmo volentibus simul legalia cum evangelio quasi non sufficeret ad salutem gratia dei. ideo in hac epistola ostendit eminentiam novi testamenti respectu veteris ostendens quod vetus comparatur ad novum sicut dispositio ad formam et sicut imperfectum ad perfectum quod etiam cessat adveniente perfecto ut dicit i cor. xiii. dividitur autem hec epistola in duas partes in prohemium et executionem. secunda pars incipit ibi qui cum sit splendor.

In prima autem parte proponit excellentiam novi testamenti respectu veteris comparatione videlicet quo ad tempus, quo ad legislatorem et quo ad modi tradendi diversitate. ¶ Differentia temporis tangit in hoc quod vetus testamentum olim fuit traditum, novum autem diebus istis novissimis. quia enim perfectum natura ideo prius est processus [illegible] sicut [illegible] suo modo. nunc autem in cognitione naturali processus est de cognitione confusa indeterminata ad determinatam et perfectam ut patet primo physicorum propter hoc ut eundem dicitur puer in principio non cavet omnes viros patres et omnes feminas matres postea distincte cognoscit et similiter est in cognitione supernaturali quia in veteri testamento fuit cognitio imperfecta in novo autem quod posterius est datum veritas est manifeste revelata. ¶ Excellentia comparatione legis latoris ostenditur quia licet utrumque testamentum sit a deo datum, vetus tamen tradebatur per angelum qui legislator moysi in persona dei ut habetur act. vii. hic est moyses qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte synai. novum autem testamentum tradidit deus per se ipsum filium incarnatum qui est unus deus cum patre. et hec excellentia novi testamenti adventus tangitur cum dicit quod deus olim erat loquens patribus in prophetis.

In novo autem testamento loquitur in nobis

in filio / excellencia autem comparando tradendi, quia
vetus testamentum traditum est obscure sub
velaminibus et figuris, novum autem tradi-
tum est lucide et aperte, et hoc notatur cum dicit
locutus est scilicet plane et apertis verbis et sine velamine
unde Joh. xvi. dicunt sibi apostoli discipuli ecce
ecce nunc palam loqueris et proverbium nullum
dicis. hiis duabus partibus sunt multipharie
id est per diversas figuras, et velamina in sacrificiis
et sacramentis et hiis que erant figure com-
pletum scilicet tempore Christi / multisque modis quia
aliquando fit revelatio per visionem corporalem
sicut dan. v.° apparuerunt digiti manus
scribentis in pariete / aliquando per visionem
ymaginariam sicut dicitur ysa. vi. vi-
di dominum sedentem super solium excelsum etc.
/ aliquando per visionem intellectualem tantum sicut
de david dicitur in prologo super psalterium olym
deus loquens id est ab antiquo ut ex multo
tempore paulatim assuescendo crescerent
homines in cognitione misteriorum incarnacio-
nis et veritatis que per Christum facta est ut dicitur
Joh. 1° patribus in prophetis quibus angeli
revelabant occulta divina, et ipsi ulterius populo
denunciabant / novissimis diebus istis
id est tempore gracie et veritatis revelate locutus est
nobis in filio id est per filium incarnatum quem
constituit heredem universorum quantum ad
naturam assumptam eo quod ipsa humana natura
humana a verbo assumpta est in unitate suppo-
siti eo ipso constituta est super omne creaturam
per quem fecit et secula quantum ad naturam divinam /
pater enim operatur per filium sicut per artem
quia secundum quod filius est ars omnipotentis dei ple-
na racionibus omnium viventium secula sunt
revoluciones temporis quia a patre
per filium non solum facta sunt incorruptibilia
et sempiterna sed etiam corruptibilia. ¶ Qui
cum sit splendor hic ponitur excellencia ipsius
declarat illud quod premissum est scilicet eminencia
novi testamenti super vetus, et quia differencia
utriusque testamenti ex parte temporis manifesta
est ideo hoc dimittit tamquam manifestum /
sed tamen probat et declarat scilicet eminenciam ex parte le-
gislatoris et per quod alia eminencia erat declarata
que est ex modo tradendi, igitur excellencia
huius epistole dividitur in duas partes quia primo
ostenditur eminencia latoris novi testamenti
2° ostenditur qualiter et quare adherendum est
ipsi legislatori novi legis, 2a pars incipit
ubi supra 1° cap. xi. ubi est fides autem etc.
¶ Circa primum advertendum quod vetus testamentum
traditum est per angelos ipsi moysi et per
moysen sacerdotibus, et per sacerdotes populo
et ideo primo ostenditur eminencia Christi latoris
legis nove respectu angelorum 2° respectu moy-
si 3° vero sacerdotibus veteris testamenti, 2a
incipit 3° cap. unde fratres 3a quinto capitulo
¶ Omnis pontifex / primum adhuc in duas quia
primo prefertur Christus angelis, 2° ex hoc
concluditur quanta reverencia sit exhi-
benda doctrine nove legis, 2a incipit 2°
capitulo propterea habundancius, primum adhuc
dividitur in duas partes quia primo ponitur excellen-
cia Christi, 2° concluditur quod ab ea deficiunt an-
geli, 2° probat utrumque per scripturas veteris
testamenti ibi tanto enim differencius angelis,
/ excellencia autem Christi tangitur in 4or primo
quia est patri coeternus, 2° quia consubstantialis, 3°
quia equalis est ei in potestate, 4° quia equalis
in dignitate / ab istis autem deficiunt angeli
coeternitas autem tangitur ibi qui cum sit
splendor, filius enim procedit a patre ut splen-
dor a sole, qui splendor est soli coeternus
respectu eternus si sol esset eternus sed non solum
dicitur splendor, sed splendor glorie quia gloria
est clara noticia cum laude, filius autem
procedit a patre sicut noticia et denotacio
quia filius est sapiencia genita ideo dicitur
splendor glorie / consubstantialis autem filii ad
patrem tangitur ibi et figura substancie
eius accipitur autem hic figura pro ymagine
quia filius enim est ymago illius cuius
patris, homo autem est ad ymaginem dei
propter quod dicitur magis ad ymaginem dei quam
eius ymago, sicut aliter est ymago
regis in filio suo alia et in denario sed sicut
filius regis in divinis est ymago illius et
ideo dicitur ymago vel figura substancie
id est eiusdem substancie cum patre, et quia illa est
indivisibilis, et per quod est eadem substancia
numero in patre et filio / non sic autem est in
rege et in filio quia est eadem in specie tantum
/ equalitas autem potencie tangitur ibi portans omnia

in potencia cum dei patris apparet in duobus primo in creaturarum productione et in observatione sub[stan]ciali cum eius influencia in nichilum redigitur et quia pater et filius sunt una causa creature ideo est causa conservans creature sicut et pater et hoc est quod dicit portans omnia i[d est] continens et conservans in esse verbo virtutis sue i[d est] suo imperio virtuoso quia ipsi dicto est statim et ipso apparet dei potencia in iust[ificati]one impiorum quia non minus est iustificare impium quam creare celum et terram quod August[inus] Iuxta hoc autem filius est equalis patri et hoc est quod subditur purgacionem peccatorum faciens equalitas autem dignitatis filii ad patrem tangitur cum subditur sedet ad dexteram maiestatis in excelsis quod si hoc refertur ad divinam naturam eadem dignitas est patris et filii sicut eadem natura Si autem refertur ad humanam naturam sic non est ibi equalitas quia secundum illam est minor patre tamen dicitur eciam secundum hoc filius sedens ad dexteram patris per modum cuiusdam appropriacionis in quantum humana natura verbo coniuncta et sic eadem veneratur vel alio dicitur ad dexteram sedere id est in potioribus bonis et quia a quibusdam dictis excellencioribus angeli deficiunt ideo concludit de Christo tanto melior angelis effectus quanto differencius pre illis nomen hereditavit quia ipse dicitur verus deus et dominus consubstancialis patri ipsi autem dicuntur servi

Cui enim dixit aliquando hic consequenter probat de Christo quatuor predicta nec predicta excludendo eas ab angelis et primo probat hoc de consubstancialitate secundo de equalitate potencie ibi et tu domine in principio tercio de eternitate ibi ipsi peribunt quarto de dignitatis equalitate ibi ad quem autem dixit angelorum primum autem probat per quatuor auctoritates veteris testamenti et ponitur ibi rursum et ibi et cum iterum quarto ibi ad filium autem Ad evidenciam huius advertendum quod alique sunt fidei non sunt efficaciter probabiles quia excedunt facultatem intellectus nostri et ideo probacio in talibus debet fieri per auctoritatem divinam que non possunt contradicere fidelitate et ideo probacio est efficax probacio illis qui recipiunt ut divina Iudei autem recipiunt vetus testamentum sicut a deo datum et ideo probacio

ipsi efficax est quia procedit per auctoritates veteris legis Ulterius considerandum quod sicut scriptura habebat multiplicem sensum non tamen habetur efficax argumentum nisi per sensum litteralem ut dicit Augustinus in epistola ad Vincencium donatistam et recitatur in quodam sermone contra Manicheos vel Amphilocio secundum sensum multiplicem Igitur ostendendum est quod auctoritas ab apostolo inducta intelligitur ad litteram de Christo quod patet per illud quod habetur Act[uum] x capitulo ubi apostoli qui habuerunt intelligenciam scripturarum preclarum sensum sunt exponunt illud psalmi Quare fremuerunt gentes etc de Christo patet tamen patet per litteram inspecti et per consequens hec auctoritas que hic inducitur ab apostolo de illo psalmo intelligenda est ad litteram de Christo Hoc eciam patet per processum psalmi quia dicit eius Ego hodie genui te quod non potest de David intelligi sed de filio dei cuius generacio non transit in tempore Item per hoc quod consequenter subditur dabo gentes hereditatem tuam et terminos terre quod non potest intelligi de David cuius regnum non se extendebat ad gentes sed ad Iudeos tantum Item regnum eius non se extendebat ad terminos terre sed tantum in Iudea que est pars terre Hoc eciam dicunt antiqui doctores hebreorum super psalmum istum quod est de Christo intelligendum sicut dictum est plenius super librum psalmorum hoc igitur supponens apostolus tamquam manifestum illis quibus scribebat quia erant eruditi in lege et prophetis dicit Cui enim angelorum dixit aliquando angelorum Filius meus es tu ego hodie genui te quasi diceret nemini quia angeli non sunt eiusdem nature cum deo et per consequens non possunt dici eius filii proprie loquendo sicut nec artificium dicitur filius artificis Item licet composita creata possit dici quodam generacione large tamen de aliquo non potest exponi illud quod dicitur ego hodie genui te quia eorum creacio fuit aliquando in mundi et ideo transiit in preteritum ideo non potest dici verbum presencium nisi de dei filio cuius generacio non transiit in preteritum et sic probata est consubstancialitas patris ad filium in quantum naturaliter et eternaliter ab eo genitus et genitus est ex quo arguitur quod duplicitas nec multiplicitas ipse et par quod duplicitas nunc alia quod natura divina non est multiplicabilis Et rursum

hic idem probat per aliam scripturam que habetur primo paral. xvii que licet sit dicta de salomone tamen dicitur de eo quia fuit figura xpi, ideo de xpo intelligitur ad litteram ¶ Ad cuius intellectum sciendum quod nichil potest esse figura alicuius nisi ipse sit res aliqua, illud enim quod nichil est non potest aliquid significare. ideo res que est figura vel signum alterius potest tripliciter considerari uno modo ut res tantum, alio modo ut signum alterius tantum, 3o modo ut res et signum simul, sicut circulus pendens ante tabernam potest considerari prout est corpus rotundum tantum, 2o ut est signum vendicionis vini tantum, 3o utroque modo ¶ Eodem modo dicendum de salomone qui fuit figura xpi quia aliqua dicuntur ipsi salomoni secundum se, quia talia de ipso exponenda sunt ad litteram nullo modo de xpo, ut quod de peccatis suis ... est ydola tria construxit ¶ Aliqua autem dicuntur de salomone prout fuit figura xpi tantum, et talia sunt exponenda de solo xpo ad litteram, sicut illud quod habetur ps. lxxi et dominabitur a mari usque ad mare et a flumine usque ad terminos orbis terrarum, quod non potest verificari de salomone cuius regnum fuit satis parvum sed tantum de regno xpi, qui est lapis abscisus sine manibus et implevit universam terram dan. 2o, ideo in ps. predicto sub nomine salomonis describitur monarchia xpi, hoc etiam patet per illud quod sequitur in eodem ps. ante solem permanet nomen eius, et illud quod ibidem dicitur adorabunt eum omnes ... que soli xpo conveniunt et non salomoni. Aliqua dicuntur in scriptura de salomone utroque modo videlicet secundum se et ut fuit figura xpi, et talia sunt que sibi ... sunt in utroque ad litteram, in xpo tamen perfectius, in salomone minus perfecte, et talia exponuntur ad litteram non solum de salomone sed etiam de xpo perfectius quam de ipso salomone. huius autem est auctoritas predicta primo paral. xvii quia salomon fuit filius dei adoptivus per gratiam saltem in principio regni sui propter quod nathan propheta nominat eum amabilem domino. xpus filius dei est ... que filiacio perfectior, ideo per hanc filiacionem probat apostolus

consubstancialitatem filii ad patrem cum dicitur ego ero illi in patrem. Dico et quod hec auctoritas non possit exponi ad litteram de xpo sed tantum ad sensum misticum tamen ... dicit apostolus ad suum propositum, sicut enim argumentum efficax non habetur de scriptura per sensum misticum ut supra dictum est, propter quod ex solo sensu mistico non est arguendum, tamen si prius habeatur auctoritas in sensu litterali ad propositum probandum bene potest alia auctoritas adduci in sensu mistico ad idem declarandum de cognito, et hoc est quod dicit augus. in epistola ad vincencium donatistam quis autem non impudentissime nitatur ad allegoriam positam pro se adducere nisi et habeat manifesta testimonia quorum lumine illustrentur obscura. Dic quod auctoritas predicta inducitur ab apostolo quantum ad suum propositum. Sed contra hoc videtur quod hic loquitur per modum futuri ego ero illi in patrem etc. generatio enim filii dei eterna est cum qua ... non compatitur aliquid futurum sicut nec tempus preteritum sicut supra dictum est ¶ Dicendum quod loquitur de futuro propter incarnationem prout futura precessit humana natura et ad filiacionem eternam assumenda, et quia hec assumpcio facta est in utero virginitatis ideo bene dicit ego ero illi etc. quasi dicat in utero meo fiet hoc ¶ Et enim iterum hic ad propositum ostendendum inducit aliam scripturam assumptam de illo ps. dominus regnavit exultet terra etc. ¶ Ad cuius evidenciam considerandum est quod dicit magister in glosa quod david fecit hunc psalmum quando restitutum est ei regnum post mortem absolon ut dicit hic esse titulum psalmi ps. david quando terra eius restituta est ei ... hoc esset exponendum ad litteram de david ¶ Sed dictum magistri non videtur verum primo quia in hebraico iste ps. est sine titulo. 2o quia titulus sit quasi clavis ad intelligendum ea que dicuntur in ps. ps. autem iste non loquitur de regno david sed solum modo de regno xpi qui perfecte eum omnia subicientur quod erit in iudicio. ideo hic ps. ad litteram est exponendus de regno xpi et

hoc est quod dicit paulus et cum iterum in
troducit primogenitum in orbem terre di
cit et adorent eum etc. i. cum per scripturam
patrem ipsum introducendum ad regnum in
orbem terre predicit, ex quo patet quod hec
scriptura non loquitur de adventu christi primo
quia tunc venit cum humilitate, unde
tunc dicit regnum meum non est de hoc
mundo Jo. xviii, sed loquitur hic scriptura de
secundo adventu christi quod veniet in gloria
cum nubibus et maiestate ut dicitur mt.
xxiiii, et dan. vii, ecce cum nubibus
celi quasi filius hominis veniebat
et usque ad antiquum dierum pervenit, et
sequitur et dedit ei potestatem et honorem et
regnum potestas eius potestas eterna que non
auferetur etc., et ideo de ipso in tali hono
re constituto dicitur ~~pri~~ et adorent eum
omnes angeli etc. sed in nostra sic habetur adorate
eum omnes angeli eius, apostoli autem
non semper curaverunt allegare scripturam
de verbo ad verbum sed sufficit eis acci
pere sensum, ex hac autem scriptura osten
ditur sufficienter quod in christo sit
divina natura, quia nulla natura
adoratur a tota natura angelica ut
superior nisi divina, et ideo ex quo scrip
tura hic ostendit quod filius est ab omnibus
angelis adorandus per consequens ostendit
quod ipse sit deus, et per consequens ostenditur
deo patri consubstancialis quia natura di
vina est indivisibilis, cum quod dicitur
exo. xx. Audi israel dominus deus tuus
unus est, sequitur et ad angelos quidem
dicit, i. quid pertineat ad natu
ram angelorum exprimit per scripturam
dicens qui facit angelos suos spiritus
et ministros suos flammam ignis q. d.
licet angeli tante excellencie sint quod
sunt spiritualis nature, non tamen sunt
idem quod deus sicut filius sed sunt
servi et ministri non solum ipsum adorantes
sed etiam nobis propter ipsum quantum ad ministran
dum humanitatem quia ministerium in deum
referunt, ideo in hoc dicuntur sic flam
ma ignis qui semper ascendit in altum
Ad filium autem hic adducit tertiam auc
toritatem ad probandum suum propositum que accipi
tur de ps° xliiii. Ad cuius evidenciam consi
derandum quod moderni iudei ne cogerentur
recognoscere divinitatem christi exponunt hunc
psalmum de assuero et dicunt quod iste psalmus factus
est ad mardocheum, sed hoc patet falsum, primo per
psalmi titulum quia non intitulatur a
mardocheo sicut aliqui psalmi intitulantur
ab asaph qui eos fecit ut patet in titulo
psalmi lxxii et in pluribus aliis locis. Iste psalmus
intitulatur a david ut patet in hebraico hic
etiam patet per literam psalmi secundum quia iste
rex de quo est psalmus habetur tamquam deus
adorandus, cum quod ibidem dicitur et con
cupiscet rex decorem tuum quoniam ipse dominus deus
tuus et adorabunt eum, et translatio Jero
nimi sic habet et adora eum. Si autem
ista verba dicantur de assuero rege sequitur
quod mardocheus totum populum induceret
et potissime hebreos ad quos dirigitur verba
premissa, cum expositionem contra non adoran
dum assuerum sicut deum quod manifeste
patet falsum quod in eodem libro dicitur quod noluit
genua flectere coram aman ne honorem
dei transferret in hominem, hoc etiam patet
per translationem caldaicam super psalmum istum
que autentica est apud hebreos ubi
cum in hoc psalmo habemus sic speciosus
forma pre filiis hominum diffusa est gratia
in labiis tuis, caldaycum sic habet pulchri
tudo tua messya maior quam filiorum hominum
datus est spiritus prophecie in labiis tuis
Sic ergo patet ex predictis quod auctoritas que
hic inducitur de illo psalmo intelligenda est
ad literam de christo hoc supposito probatur per
hoc ipsius christi divinitas et per consequens consub
stancialitas eius ad patrem et distinc
tio in persona quia ibi dicitur thronus tuus
in seculum seculi etc. propterea unxit te deus
deus tuus, sic patet quod christus est deus
unctus a deo ungente quia filius dei in
quantum natura unctus est plenitudine gratie et tamen
non possunt esse plures dii ut supra dictum
est ex quo sequitur consubstancialitas
patris et filii totum quod sunt in auctoritate habetur
Et tu domine in principio hic consequenter probat quinte

potencie in patre et in filio et habent tamen sit
quia probato quod christus secundum divinam
naturam sit consubstancialis patri prius
sit probate autem tres condiciones scilicet
equalitas potestatis / dignitatis / et duracio-
nis potencia autem dei relucet potissime
in creacione rerum de nichilo et eorum conserva-
cione et hoc non solum contingit deo patri
sed eciam eius filio qui est eiusdem nature
cum ipso / ideo dicit propheta et tu domine in
principio terram fundasti et opera manuum tua-
rum id est tu domine pater fecisti terram de
nichilo conservans in stabilitate et hoc ex-
primitur per hoc quod dicitur fundasti / et
quia nulla creatura inferior est quam terra
sicut in domo illud dicitur fundamentum
quod est infimum / sed quia in hoc opere concurrit
filius cum patre tamquam eiusdem potencie / ideo
dicit in principio id est in filio scilicet per filium per quem
operatur pater sicut per artem suam ut
predictum est quod autem filius dicatur principi-
um patet Johannis viii ubi christus iudeis queren-
tibus ab eo tu quis es respondit principium
qui et loquor vobis et opera manuum tuarum
sunt celi manus autem domini methaphorice di-
citur virtus sue potencie nominant hec
celum et terram que sunt extrema in creaturis
ut per hoc intelligatur creature medie / quia
omnis creatura a patre et filio est producta
et conservata et sic patet equalitas potestatis
¶ Ipsi peribunt etc. Consequenter apostolus ostendit in
filio eternitatem ¶ Ad cuius evidenciam sciendum
quod sicut tempus sequitur motum et mutacio-
nem / solus autem deus est inmutabilis per
omnem modum / ideo ipse solus mensuratur eterni-
tate et in ipso potest tibi dici mensura
quod cum omni creature sit aliqua mu-
tabilitas patet quod angeli sunt mutabiles et in
actu intelligendi et volendi loquendi de cog-
nicione et affeccione naturali / sunt eciam muta-
biles de esse ad non esse si deus subtraheret accionem
conservacionis / scilicet celi superiores hoc modo et sunt
sunt mutabiles et tamen hoc mutantur secundum ad
situm ¶ Celi autem inferiores ... diver-
sis modis mutantur sunt mutabiles
secundum ad aliqua ... per consequens alia elementa
... ¶ In omni autem motu et mutaci-
one est aliqua corrupcio et ... phisicis

et eciam etc. ¶ Licet statuus autem mundi
inmutabitur usque quia celum
cessabit a motu impleto numero electorum
ad quos nunc finaliter ordinatur et per consequens
alteracio et generacio in elementis et eciam elementa
perfecte ... permutabuntur
/ ideo sicut dictum est tam in celesti cor-
pore quam in elementis erit mutacio et sic per
consequens peribunt quia aliud statum in quo
nunc sunt et hoc est quod dicit ¶ Ipsi peribunt
scilicet celi inferiores et superiores sed quia non
corrumpuntur quantum ad substanciam ideo
subditur et velud amictum mutabis
eos ¶ Dicit enim cessante frigore muta-
tur vestis que erat contra frigus necessaria
/ non quidem tunc mutatur sic vestis
quod corrumpatur sed quia frigus cessat ¶ Sic
celi et elementa dicuntur mutari quia
motus celi et alteracio elementorum que sunt
propter generacionem ut eciam impleatur numerus electorum
quo impleto cessabunt / manente tamen
substancia celorum et elementorum deus autem
solus omnino est inmutabilis ut iam
dictum est ideo concludit tu autem idem ipse
es scilicet per omnem modum inmutabilis et
perpetuus et anni tui non deficient id est du-
racio tua / non quod in duracione divina sit
aliqua successio sicut est in annis sed quia
eternitas divina que simplicissima non potest
apprehendi a nobis nisi per comparacionem ad tem-
pus et per consequens per proprietatem ipsorum et ideo ex-
primitur ex hoc patet coeternitas filii ad patrem
quia ex quo sunt unius substancie ut supra
probatum est sequitur quod ipsius est unum
esse et eadem inmutabilitas et per consequens
eternitas ¶ Ad quem autem hic consequenter
probat apostolus equalitatem dignitatis in
christo per auctoritatem psalmi centesimi noni
qui pro est de christo intelligendus ad
literam / ad cuius evidenciam considerandum
quod iudei moderni aliqui dicunt ipsum
debere intelligi de abraham / et quod
eliezer eius dispensator fecit illum
psalmum ad reddendum gracias deo de victo-
ria quam habuit abraham contra illos
reges qui captivaverant loth nepotem
suum ut habetur genesis xiiii / sed hoc
patet falsum ex titulo psalmi quia non intitula-

xpo dicere sed ad david. Ideo dicit apostolus
quod est psalmus factus a david non tamen
loquitur de xpo sed de angelo suo ut sit
sensus dixit dominus domino meo id est deus celi
angelo me custodienti. Sed hoc patet falsum
quia infra dicitur tu es sacerdos in eter
num etc. quod non potest intelligi de an
gelo david quia sacerdotium non competit
angelis. Idem dicendum quod ad literam psalmus est
factus a david loquens de xpo et hoc patet
per translationem caldaicam quia ubi hebreus
dixit dominus domino meo etc. caldaica sic
habet dixit dominus verbo suo etc. Item per
illud quod sequitur ex utero ante luciferum
genui te id est ex substantia mea ante omnem
creaturam. Hoc autem competere non potest
nisi soli dei filio qui filius est verbum
dei. Hoc igitur supposito patet quod apostolus bene
induxit auctoritatem huius psalmi ad proban
dum equalitatem dignitatis xpo quem
in deo patre introducens verbum dei patris
ad filium dicentis sibi sede a dextris me
is id est ad equalitatem dignitatis mee sed psalmus
refertur ad xpm in divina natura
sicut supra expositum est eadem capitulo. Sequitur
donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Hoc autem erit in iudicio
futuro quando omnia subicientur potestate
ipsi xpo quantum ad executionem quia quantum
ad auctoritatem omnia iam sunt ei sub
iecta sed de hoc plenius videbitur infra.
Sed insurgit hic dubium quia videtur
quod xpus non debuit sedere ad dexteram
nisi patris sed tamen usque tempus determina
tum in quo omnia sunt ei subicienda quod
videtur importari per hoc adverbium donec.
Dicendum quod hoc adverbium donec tenetur
aliquando infinite aliquando finite quando scilicet
significat terminum illius cui adiungitur sicut cum
dicitur sede hic donec veniam sensus est
quod adventu meo finiet sessio tua.
Aliquando tenetur indeterminate et tunc non significat ter
minum determinatum sicut cum dicitur iste non
penituit de peccatis suis donec vixit sensus
est quia numquam penituit nec penitebit
quia post mortem non est locus penitentie. Isto secun
do modo ponitur hoc adverbium donec cum dicitur

sede a dextris meis donec ponam etc. et
ideo sensus est quod numquam cessabit sedere
ad equalitatem dei patris. Hec autem equali
tas non competit angelis. Ideo subdit apostolus
nonne omnes sunt administratorii spiritus quasi di
ceret. Sicut enim sunt in artificialibus quidam qui
precipiunt in operibus scilicet architectonici
et principales, alii exequuntur imperata sicut
inferiores artifices manualiter operantes, tamen omnes
isti dicuntur artifices ut habetur primo
metha. Sic in angelis aliqui dicuntur
deo assistere, aliqui autem exequi imperata, tamen
omnes dicuntur administratores vel admini
stratorii spiritus id est spirituales substantie. In mini
sterium missi superiores enim angeli mittuntur
tantum missione interiori medios et inferiores
illuminando ordine ierarchico. Inferiores autem
mittuntur ad aliqua circa nos exequenda et sic
mittuntur missione exteriori etc. Patet quod omnes
sunt in ministerium missi licet dissimiliter. Et
tamen angeli propter salutem electorum ut natura hu
mana que est inferior reducatur in decorem
per angelicam naturam superiorem. Propter quod
subditur propter eos qui capiunt hereditatem
salutis etc. Cum enim ordo dei sit lex divinitatis
ut infima per media reducantur in suprema.

Capitulum [ii]

Propterea abundantius oportet. Apostolus in capitulo prece
denti declaravit excellentiam xpi. Hic con
sequenter ex hoc concludit quanta reverentia sit ex
hibenda legi nove a xpo date. Circa hoc
duo facit quia primo ponit conclusionem istam
quesitam, secundo confirmat eam ibi Non enim an
gelis subiecit. Circa primum est sciendum quod lex vetus data
fuit per angelos in manu mediatoris ut dictum est capitulo
precedenti, et tamen fuit suscepta a populo cum
cum reverentia magna etc. quod patet exodi xix
ubi dicitur quod preceptum fuit sanctificari populos lavarique
dies vestimenta sua lavit et ab uxo
ribus continuit ut essent parati die tercio
ad legem reverenter suscipiendam. Item illa
lex fuit diligenter observata quia eius transgressor
...punitur morte. Ergo multo fortius
lex nova que data est a populo in manu mediatoris
xpo qui est dominus angelorum, immediate apostolis
mundo divulgata est per predicatores et con
firmata miraculis, suscipienda est cum reve
rentia et diligenter observanda et transgressores

illius magis puenitur / hoc est igitur quod
concludit apostolus ppterea i. ppter excellenciam
noue legis a xpo date habundancius oportet
observare nos parvos ea que audiuimus
a xpo s. et apostolis ne forte effluamus sicut
enim homo p peccata consuetum, et ideo dicit
ij. Regum quasi aque dilabimur in terram
que non reuertuntur / s3 ultimo effluit paulatim
s3 perfluit i. ppter fluit peccata dampnacionis
quod contingit non obseruantibus xpi legem
¶ Ideo bene dicit apostolus / ne forte perfluamus
i. etiam dampnacionem incurramus quod probat
consequenter p lege veteri que est minoris auc
toritatis dicens si enim qui per angelos
dictus est sermo i. firmus i. iratus adversarius
deu ronis prevaricatio i. transgressio legis
p peccatum commissionis quod est contra precepta ne
gatiua et inobediencia i. peccatum omissionis
quod est contra precepta affirmativa accepit
iustam retribucionem mercedis i. penam de
bitam et in quantitate et qualitate et ut
pz in veteri testamento in multis locis ¶
¶ Si ergo ita est quomodo nos s. katholici ef
fugiemus penam debitam si tantam neglexeri
mus salutem i. si inobedientes fuerimus legi
noue in qua sola est salus vite eterne q. d.
nullo modo / et ideo consequenter ondit apostolus quod lex
hec lex noua a xpo primo data est apostolis
et per ipsos publicata et que s. lex noua cum
¶ Inicium accepisset enarrari per dominum qui apostolis
principaliter eam dedit ab eis qui audierunt
a xpo i. ab ipsis apostolis et aliis discipulis in
nos confirmata est p predicacionem ipsorum contes
tante deo i. confirmante eorum predicacionem p
miracula varia et multa sicut dicit Marci
ultimo dno cooperante et sermonem confirmante
sequentibus signis / sicut enim ea que subsunt
racioni confirmantur p hoc quod ad principia p
se nota reducuntur / ita scilicet ea que excedunt
facultatem intellectus humani cuiusmodi sunt
credibilia sufficienter confirmabuntur quo
ad testimonium illius doctrine in qua facultate
totius nature ne excedentis deo competit / quia
cum deus non possit esse testis falsitatis ipse
sufficienter ondit quod illa doctrina mera con
tinet veritatem et hoc est quod dicit hic in hoc
confirmata est s. lex eius contestante deo i. con

firmante ipsam signis et prodigiis et i.
virtutibus miraculis // Ad cuius intellectum
sciendum est quod miracula p que confirmata
est ista doctrina evangelica sunt triplicia
ideo quia aliqua sunt que possunt fieri p
naturam quantum ad substanciam sed non tamen
ad modum fiendi sicut sanatio febris
aliquando fit virtute nature et aliquando virtute
medicine ipsam naturam adiuuantis et
tunc non est miraculum quia habet causam
naturalem / sanatio tamen facta isto modo fit
in tempore quia natura non potest
operari in instanti ¶ Si autem sanatio febris
p(er)fecta fuit in instanti hoc non potest esse nisi
virtute divina sicut socrus petri in instanti
sanata est a febribus a xpo ut pz Matt.
viij. et talia miracula dicuntur hic signa
¶ Alia autem sunt que non possunt fieri p
naturam nec quantum ad substanciam facti
nec quantum ad modum fiendi sicut
est illuminacio ceci et sanatio leprosi et talia
dicuntur hic prodigia et dicuntur prodigia
quasi procul a digito i. aliquid remotum
ab omni racione vel cognicione humana quod est
prius natura humana et quantum ad substanciam
facti et quantum ad modum fiendi ¶ Alia autem
sunt que non solum excedunt naturam sed
eciam videntur esse contra naturam sicut
quod virgo manens virgo pariat et quod
huius verum corpus per corpora absque omni
divisione transeat / sicut ipse xpus intrauit
ad discipulos ianuis clausis et consimilia et
talia dicuntur virtutes et dicuntur virtutes quia
in longinquum tendunt vel potencia ad
admirandum vel magnitudinem / talibus
autem confirmata est fides katholica ut hic
dicitur signis et prodigiis et variis scilicet
istis s3 etiam variis virtutibus et spiritus
sancti distribucionibus virtutes hic dicit
fides spes caritas et alias virtutes dedit
deus predicatoribus noue legis legis dei
sancti distribuciones spiritus sancti sunt dona gratis
que data sunt apostolis ad edificacionem
ecclesie sicut donum linguarum prophetie et
consimilia de quibus loquitur apostolus j. cor.
xij. ista autem non dat predicatoribus eterne ex
p(ro)priis meritis s3 ex divina liberalitate videt sibi

dur sua voluntate scilicet. ¶ Non enim an
gelis etc. Hic consequenter apostolus confir
mat predicta quia scilicet quod magis est
obediendum legi nove quam legi veteri da
te per angelos / quia dominium Christi magis
est quam dominium angelorum. ¶ Agit ita hoc
duo facit quia primo ondit dominium Christi
esse maius dominio angelorum per scripturam
2° eam exponit de Christo ibi Eum autem
qui in modico. ¶ Ad evidentiam primi notandum
quod duplex est status orbis. Unus
qui primus est tempore generationis et corruptionis
et elementorum et temporis. ¶ Alius status erit
post iudicium in quo cessabit omnis ta
lis transmutatio. Nunc autem ita est quod
licet sit idem orbis quantum ad substan
tiam qui nunc est et post iudicium non
tamen est idem secundum statum ut visum est
et ideo orbis predicto modo duplicatur
secundum istam diversitatem status. Ita quod dicitur
orbis primus secundum statum qui currit
usque ad iudicium dicitur autem orbis
futurus secundum statum futurum. Subiectus est
quodammodo ipsis angelis quia ministerio eorum
moventur corpora celestia et per consequens
transmutantur ista inferiora per ipsos et
illuminantur homines de divinis.
Omnia autem ista cessabunt in iu
dicio et ideo orbis futurus non est
angelis subiectus sed ipsi Christo et tunc omnia
erunt plene ei subiecta non solum quantum
ad divinitatem sed quantum ad humanitatem
ut inferius videbitur. Unde dicit ¶ Non enim
angelis subiecit deus orbem futurum terre
i. orbem secundum futurum statum de quo loquimur
quia de hoc statu apostolus intendit loqui
quod autem orbis secundum illum statum subiciatur
Christo probat per scripturam dicens testatus est
in quodam loco i. in psalmo Quid est homo
quod dicis aut loquitur in quo
quod scriptura hec nota erat illis quibus scri
bebat et psalmi scriptor eius quid est homo quod
memor es eius. Verba sunt primus David ad
mirantis exaltationem humane nature in ipsa
incarnatione et ideo dicit quid est homo etc. q. d.
modicum est et quasi nichil in dignitate divine
et angelice, et tamen memor es eius primum in habi

tudine etc. glorie. Vinculo incarnationis scilicet minuisti
eum paulominus ab angelis quia
natura humana sic exaltata in ipsa incar
natione fuit postea minorata ab ange
lis in passione quia angeli non sunt passibiles
nec gloria et honore coronasti eum quia
per meritum passionis obtinuit gloriam cor
poris quod ante passionem et resurrectionem
non fuit gloriosum sed passibile et mortale
ad implendum nostre redemptionis misterium
et ex tunc auctoritate sunt ei omnia subiecta
unde quod dicitur Mathei ultimo dicens apostolis post
resurrectionem suam data est michi omnis
potestas in celo et in terra ideo sequitur et
constituisti eum super opera manuum tuarum
omnia subiecisti sub pedibus eius etc. Nunc
tamen quia non sunt omnia subiecta concu
tiunt sed hoc complebitur perfecte in iudicio sed
nunc autem i. tempore moderno quod currit usque
ad iudicium nec dum videmus ei omnia
subiecta scilicet quantum ad execucionem. ¶ Eum autem
qui in modico. Hic consequenter exponit pre
dictam scripturam de Christo et dividitur in duas partes
quia primo ponit expositionem suam 2° re
movet ita hoc quamdam dubitationem ibi
decebat enim. Exponit igitur primo auctoritate
apostoli eo modo quo exposita est in parte precedenti
dicens Eum qui in modico quam angeli minoratus
est scilicet Ihesum Christum qui minoratus est plus
angelis in passione ut dictum est. Videmus
Ihesum sic minoratum propter passionem mortis i.
ex merito passionis gloria et honore coro[exaltatum]
natum. Differunt enim honor et gloria
quia honor est exaltatio alicuius in
testimonium virtutis qui si fiat in secreto
vel coram paucis dicitur honor sed gloria
proprie dicitur talis honor aliter exhibitus
coram multis. Unde secundum doctores gloria
est clara notitia cum laude et ideo dicit Vi
demus Ihesum gloria et honore coronatum quia per passionem
fuit terminus ipsum exaltatum coram multitudine
civium supernorum et hoc ex merito passio
nis ut dictum est et hoc non fuit factum
ex merito nostro sed ex divina gratia liberalitate
ideo sequitur ¶ Ut gratia dei pro omnibus gusta
ret mortem et dicit pro omnibus quia licet
eius efficacia non se extendat nisi ad iustos

Quid sit honor

eius tamen sufficientia excedit se ad omnes
¶ Decebat enim. Hic consequenter removet
quoddam dubium ex predictis ortum. Dixerat
enim primo capitulo quod Christus preminet angelis sic-
ut filius servis, et in capitulo presenti dixit quod in passio-
ne fuit minoratus ab angelis, et illud enim
videtur repugnare primo dicto. Ideo quasi re-
movens hanc repugnantiam apostolus osten-
dit quod Christus quamvis sit maior angelis et
auctor nostre salutis, tamen convenienter passus
est, et hoc ostendit triplici ratione. Prima
accipitur ex parte dei patris passionem filii ordi-
nantis; 2a ex parte filii per redemptionem in sua
passione salutem continentis, ibi qui enim sancti-
ficat; 3a ex parte nature humane redemptione
indigentis, ibi nusquam angelos. Prima ra-
tio talis est: deus pater est causa efficiens
et finalis omnium, et propter hoc habet providen-
tiam de omnibus reducendo ea ad finem
debitum, sed speciali modo habet providentiam
de electis qui deducuntur ad beatitudinem
supernalem, propter quod predestinatio que est
respectu electorum tantum dicitur quedam pars specialis
ipsius divine providencie ut patet primo sententiarum.
Igitur cum deus pater omnia convenientis-
sime faciat, quia disposuit omnia suaviter
ut dicitur Sapientie viii, et per consequens redemptio-
nem electorum per quam ipsi deducuntur ad gloriam
convenientissime facta est per ipsum. Modus
autem convenientissimus est ut Christus qui
est verus homo et verus deus in humana
natura passus est, et sic non remaneret
debitus culpe sine decore iustitie, et quia
peccatum cuius fuit Adam reducetur
per penam, convenientissimum enim erat quod
hanc penam sustineret ille qui est deus
et homo ut sic puniretur homo qui
peccaverat et satisfaceret deus qui poterat,
quia offensa primi hominis quodammodo infini-
tatem continebat. Hanc autem sententiam bre-
viter tangit apostolus dicens Decebat
enim eum, id est deum patrem, propter quem omnia
sunt finaliter ut dictum est, et per quem omnia sunt
efficienter, qui multos filios in gloriam
adduxerat, id est ad gloriam educere ab eterno
disposuerat, et loquitur hic de effectu pre-
destinationis qui non potest falli.
Decebat inquam deum patrem consummare,

id est ad finem nostre redemptionis adducere,
auctorem salutis eorum, id est Ihesum Christum qui
est auctor salutis electorum, per passionem, quia
passio sua fuit conveniens modus nostre
redemptionis ut visum est. ¶ Qui enim san-
ctificat. Hic ponit 2am rationem ex parte Christi
passionem sustinentis, et est talis: Christus
cum in humana natura communicavit
nobiscum, et per hoc caro nostra et frater noster,
ideo sicut communicat nobiscum in natura
passibili, ita conveniens fuit ut communica-
ret nobiscum in passionibus carnis,
et per hoc nobis impassibilitatem donaret.
Hoc est igitur quod dicit hic: qui enim
sanctificat, id est Christus, et qui sanctificantur, scilicet
katholici, ex uno omnes, ex uno patre,
licet diversimode, quia ipse est filius dei
naturalis, nos autem sumus filii adopti-
vi. Propter quam causam, id est propter conformitatem in natura
et filiatione predicta, non confunditur, id est non
erubescit, fratres eos vocare, id est ipsos fideles,
quos vocat fratres dicens psalmo xxi Nar-
rabo nomen tuum fratribus meis, quia
ille enim psalmus loquitur de passione Christi, unde
ibidem premittitur Foderunt manus me-
as et pedes meos, quod non potest
intelligi de David nec de Mardocheo
de quo dicunt iudei modernum illum psalmum
debere intelligi, quoniam patet eorum scripturis
quod nec Mardocheus nec David fuit
sic confossi, et ideo illa scriptura ad literam
intelligenda est de Christo qui post pas-
sionem suam resurgens a mortuis nun-
tiavit nomen dei patris fratribus suis, id est
apostolis, et in medio ecclesie laudabo te, et
aliorum discipulorum stetit, et post dies
eos de lege docuit ut habetur Luce ultimo.
Sequitur Et iterum ego ero fidens in eum; hec
scriptura loquitur de tali confidentia re-
surrectionis sue quam confitebatur Christus
adhuc vivens. ¶ Et iterum. Hic ponit apostolus
aliam auctoritatem que habetur Ysaie
viii ad idem probandum, scilicet quod Christus de-
buit participare nobiscum in passionibus
carnis, quia naturam eorum precedens suos et per
ipsos eiusdem nature passibilis cum ipsis.
Quod autem illa auctoritas Ysaie intelligitur

a christo patet per illud quod ibi premittitur dicitur
[illegible] sanctificante et infra sequitur
et erit nobis in sanctificationem in lapidem autem
offensionis et petram scandali duabus
domibus israel quia gentilibus credentibus christum
iudei pro magna parte scandalizati sunt et ex-
cecati, sequitur ibidem liga testimonium
signa legem in discipulis meis quia lex evan-
gelica data est a christo ipsis apostolis et aliis
discipulis et tunc sequitur illud quod hic
ponitur ecce ego et pueri mei quos dedit mihi
deus per pueros hic vocantur fideles catholici dati
ipsi filio a deo patre et ideo quod ipse met dicit
Joh. xvii manifestavi nomen tuum hominibus
quos dedisti michi tui erant et dedisti mihi
eos. hoc igitur supposito arguit apostolus dicens
quia ergo pueri communicaverunt carni et sanguini
id est fideles communicant christo in natura passi-
bili et ipse similiter participavit eisdem per passio-
nem corporis hoc enim fuit decens, ut per mor-
tem suam destrueret eum qui habebat
mortis imperium id est dyabolum. habebat
enim dyabolus mortis imperium inquantum per sug-
gestionem suam natura humana deducta est
ad mortem culpe et per consequens ad mortem nature
quia peccatum nature humane intulit mo-
riendi necessitatem ut liberaret scilicet ipse
christus a servitute legis eos qui timore
mortis id est per legem veterem que dura fuit
quia erat lex timoris dicitur autem timor
mortis quia pena mortis infligebatur per to-
tam vitam obnoxii id est obligati erant servi-
tuti. ab hac enim servitute cui erant obli-
gati per legem liberavit nos christus per suam mortem
Nusquam enim angelos hic ponitur tercia ratio
que accipitur ex parte nature redemptione
indigentis. una indigens redemptione est
natura intellectualis subiacens peccato re-
mediabili. cum ergo ideo est quia natura ce-
lestis nunc non potest peccare, et per consequens non
indiget redemptione. ¶ Similiter natura huma-
na ante lapsum non subiacebat peccato et
ideo redemptione non indigebat, licet
indigeret providencia ad beatitudinem supernaturalem,
natura etiam angelica post lapsum licet sub-
iaceat peccato tamen non indiget redemptione
quia illud peccatum est irremissibile. et ideo dicit
intelligitur quod natura humana assumptibilis est a verbo

ad opus redemptionis ut sciatur natura
que peccavit, et ideo natura humana assumpta
est a verbo et non angelica, et hoc est quod
hic dicit apostolus nusquam angelos apprehendit id est
id est naturam humanam sibi univit sed probatum
est supra per scripturam veteris testamenti. postea hic
sequitur unde debuit per omnia ipse christus fra-
tribus similari hoc est conformari ad omnes
proprietates nature passibiles, quia talia faciunt
ad opus nostre redemptionis, non tamen debuit
assimilari eis quantum ad defectum culpe quia
hoc non valeret ad opus redemptionis nostre
sed magis impediret, sequitur ut misericors fieret
per hoc enim quod ipse habuit naturam passibilem
habuit quandam aptitudinem ad compaciendum
nobis et fidelis pontifex ad deum scilicet ymmo
misericorditer et caritative offerendo pro nobis
ut repropiciaret delicta populi [illegible] satisfaciendo
In eo enim in quo passus est ipse id est natura in
qua passus est que est natura humana
et temptatus primo a demone et deinde [illegible]
ab hominibus in sua passione potens ~~erat~~
est eis qui temptantur auxiliari id est ex natura
in qua passus est et temptatus habet quandam
aptitudinem et promptitudinem ad defendendum
nobis auxilium in passionibus et temptati-
onibus nostris. ¶ Ad cuius huius quod dictum est
in hoc capitulo et precedenti quantum ad verba omnia
sunt subiecta christo et in humanitate in isto
seculo, et arguitur primo quod non quia natura
intellectualis subicitur christo per conformitatem
voluntatis ad ipsum, sed homines dampnati
et angeli mali nunquam ei sic conformabuntur
quia habebunt voluntatem resistentem ei quantum
poterunt. ¶ Item si angeli sunt ei subiecti
aut hoc erit ratione nature, aut ratio-
ne gratie, non ratione nature quia na-
tura humana in christo inferior est angelica na-
tura, quia christus et homo sunt eiusdem
speciei nobiscum, ratione gratie quia homini ange-
lis data est gratia et [illegible] et quia
diffusius tractat. Secundo sic. christus in eis
est minor quam in christo, quia christus et
natura humana inferior est angelis sicut
unde dictum est, et et ideo hanc naturam est re-
ceptiva gratie et non et dicitur [illegible] ¶ Con-
trarium videtur in libro quod dictum est quod christo hic

subiciuntur omnia. ¶ Iuxta hanc questionem sunt
errores contrarii. Unus est error Origenis qui
posuit quod omnia sic subiciuntur Christo quod
demones et homines dampnati subiciuntur
Christo per conformitatem voluntatis, quia
posuit quod aliquo tempore tantum post iudi-
cium demones et dampnati recipientur ad pe-
nitenciam et tandem ad gloriam. Sed hic error
dampnatur per illud quod habetur Mt. xxv. ubi
uniformiter describitur eternitas pene dam-
natorum et glorie beatorum. Sic enim quod ibidem dicitur
Ibunt hii in supplicium eternum, iusti autem in vitam
eternam, ideo pari racione qua dampnati di-
cuntur redire ad penam, eadem racione diceretur
quod beati possunt cadere a gloria. ¶ Alius
est error negancium Christum esse verum hominem,
ex quo sequitur quod Christo nichil subiciatur
secundum humanitatem. Si enim vera humanitas
non fuit in Christo nichil subiceretur ei in quantum homo.
Hoc autem sequitur ad dictum Arrii qui po-
suit quod verbum assumpsit solam carnem hu-
manam sed non assumpsit animam, quia verbum sup-
plebat locum anime, et hoc probabat dictum suum
per illud quod habetur Io. primo capitulo: verbum caro factum
est et cetera. Ex hoc autem sequitur quod Christus non
sit homo, quia quod aliquis sit homo non habens
animam est multiplicem contradiccionem includens cum
tamen anima sit forma hominis. ¶ Nec valet
si dicatur quod verbum supplet locum anime
quia non potest supplere vicem cause for-
malis materie perfective. ¶ Modus autem dicendi
destruit seipsum, quia caro non potest habere
racionem carnis nisi per animam, et ideo dicere quod
verbum assumpsit carnem et non animam est implicare
contradiccionem. ¶ Ad illud inconveniens evadendum
dixit alius hereticus scilicet Appollinaris cuius se-
quaces quod verbum assumpsit animam sensitivam
non tamen assumpsit animam intellectivam, et quod
verbum supplebat vices anime intellective.
¶ Contra istam sicut ad primam sequitur quod Christus
non sit homo, quia homo reponitur in specie
humana per animam intellectivam. Homo enim per
intellectum differt ab aliis speciebus animalium
ut habetur primo methaphisice. ¶ Similiter hec
opinio destruit seipsam quia dato quod
per animam sensitivam Christus haberet carnem, non
tamen posset dici quod habet carnem humanam sed
tantum brutalem quia caro non potest dici
humana nisi ab anima intellectiva que hominis est forma.

¶ Istam utramque dicunt scilicet Arrii et Appollinaris
esse contra ewangelicam veritatem et eciam contra
veteris testamenti scripturam ubi expresse
mencio fit de Christi humanitate vera, quod
esset impossibile secundum eorum dicta. ¶ Item utraque
scriptura dicit Christum verum filium virginis
et quod habetur Mt. primo et Ysa. vii. Ecce
virgo concipiet et pariet filium. Hoc
autem non esset verum nisi Christus esset eius-
dem speciei cum ipsa virgine quod concipitur homo
verus. ¶ Multis enim aliis viis possent
impugnari predicte hereses sed propter prolixitatem
vitandam ad presens omitto. ¶ Supposito
igitur secundum veritatem fidei katholice quod Christus
sit verus homo et verus deus ¶ Circa
ad questionem quod omnia sunt subiecta ipsi
Christo eciam secundum humanitatem, et quod sunt
subiecta secundum divinitatem non est dubium. ¶
p^a ¶ Propositum autem ostenditur triplici via. Prima
accipitur racione unionis, quanto enim aliqua
natura creata est propinquior primo tanto
est sublimior, sicut patet corpora celestia
propter quod sunt propinquiora primo sunt incorruptibilia et corruptibilibus
ista generabilia et corruptibilia sunt eis sub-
iecta, propter quod dicitur primo methaurorum quod elementa
contiguantur superioribus lacionibus ut eis
motus eorum gubernetur. Et quia inter ista
inferiora magis distat a primo principio patet
per philosophum secundo de generacione ubi dicit quod ista
inferiora corruptibilia sunt propter longe
distare a primo principio. Patet igitur ex suppo-
sito ipso maiori scilicet quod quanto aliqua sunt
propinquiora primo tanto sunt illa magis
sublimia, et eadem racione natura ange-
lica prefertur corporalibus et quod dicit
Aug. 3° de trinitate. Nunc autem certum est quod
natura humana in Christo propinquior est deitati
quam natura angelica quia coniuncta est
ipsi deo non solum per unionem operacionis
sicut angeli beati sed eciam esse ypostaticum
quia in unitate suppositi. Ergo tota natura
angelica est sibi subiecta.
2 ¶ Alia secunda via accipitur ex merito sue pas-
sionis quod fuit quasi infinite efficacie
racione suppositi, quia acciones sunt sup-
positorum, ideo licet humana natura esset
racio tollendi passionem et moriendi, illud
tamen meritum erat suppositi divini. ¶ Nunc
autem certum est quod per illam passionem meruit

sumam exaltacionem et quia meruit exalta-
ri super omnem creaturam. Hanc autem
racionem tangit apostolus ad Phil. ii°
humiliavit semetipsum usque ad mortem mor-
tem autem crucis, propter quod et deus exalta-
vit illum et donavit illi nomen quod
est super omne nomen ut in nomine Ihesu
omne genu flectatur celestium terrestrium et
infernorum. Tercia racio accipitur ex parte status
future beatitudinis qui respondet ordini
gracie magis quam nature, ideo ubi est gracia
maior perfeccionis et dignitatis seu excel-
lencia sublimior. In Christo autem homine
est gracia maxima non solum unionis
sed eciam persone singularis. Unde quod dicitur
Iohannis iii quod spiritus est ei datus non ad
mensuram et per consequens est excellencior et sub-
limior omnibus angelis, eciam racione huma-
nitatis. Et hanc racionem tangit Ioh. i°
capitulo Vidimus eum quasi unigenitum a
patre plenum gracie et veritatis. Unigenitus dicitur
quia ipse solus naturalis filius et principalis,
omnes autem alii licet sint filii tamen modo
adoptivo et participacione dei et per consequens ei
subiecti. Considerandum tamen propter solucionem
argumentorum quod istam excellenciam
et dignitatem habuit Christus racione quod homo
ab instanti illius beate unionis nature
humane ad divinam suppositum, sed hoc fuit tantum auc-
toritate, quia illa natura adhuc
erat passibilis et passibilibus subiecta,
sed post resurreccionem sed habuit eam ex-
cellenciam et sic tunc illa natura fuit plene
gloriosa omnibus angelis superior. Ideo
tunc dixit apostolus Data est michi om-
nis potestas in celo et in terra Mt. ultimo,
sed plenius eam habebit post iudicium
quando voluntas eius et sua adimplebitur
in omnibus tam beatis quam dampnatis. Et per
hoc patet ad argumentum. Ad primum dicendum quod licet
dampnati nunquam sint habituri voluntatem
Christo conformem, tamen erunt ei plene subiecti
iusticie sue sed sue sapiencie et voluntati complebitur
in eis per penam debitam. Ad secundum
dicendum quod angeli sunt ei subiecti racione
gracie dupliciter scilicet unionis et persone singularis
ut dictum est, et talis ordo subieccionis respi-
cit statum beatitudinis quod additur ex

angeli receperunt graciam secundum proporcionem
nature et sic ubi est dignior natura ibi est
maior gracia. Dicendum quod verum est si comparetur natura
angelorum ad invicem, quia excellenciores
in naturalibus forcius conversi sunt ad deum
et receperunt maiorem graciam, sed non est verum
si comparetur natura angelica ad naturam
humanam Christi, quia gracia non est data ipsi Christo ho-
mini secundum naturam liberi arbitrii conversi in
deum quia non accepit graciam particularem mo-
do sed ab instanti creacionis illius anime ad unio-
nem persone divine, quia fuit ideo instans
utriusque recepit anima Christi plenitudinem
gracie secundum mensuram voluntatis divine et
potenciam obedibilem ipsius anime et sic
licet anima Christi sit inferior racione condicionis
nature tamen recepit maius donum gracie

Unde fratres
sancti etc. Postquam apostolus declaravit ex-
cellenciam novi testamenti respectu
veteris per hoc quod prefert Christum angelis, hic
consequenter ostendit idem per hoc quod excellit Moy-
sen, et dividitur in duas partes, quia primo ostendi-
tur proposita et secundo ex hoc concludit quantum sit
Christo obediendum ibi quanto ampliore etc. Primum
adhuc in duo quia primo declarat quod dicta
prelatione, et secundo ostendit ipsius Christi respectu
Moysi excellenciam ibi amplioris enim glorie.
Circa primum advertendum quod dicit
alloquitur illos quibus scribebat ut animos
eorum ad intellectum sequencium magis alliciat
dicit Unde fratres sancti. Vocat autem eos fratres propter
mutuam caritatem, sanctos propter corporis puritatem et
mentem confessione quia talia debet respl-
endere in Christi fidelibus. Vocacionis celestis parti-
cipes quia de iudaysmo erant vocati ad
fidem katholicam, ad quam nullus potest efficaciter
vocacione pervenire nisi pater
celestis eum traxerit tractu gracie, secundum quod
Ioh. vi Nemo potest venire ad me nisi
pater qui misit me traxerit eum. Con-
siderate apostolum et pontificem confessionis nostre
Ihesum Christum. Dicit autem pontifex quasi pontem
faciens, quia per passionem fecit nobis pontem
ut possimus transire ad beatitudinem. Dicit
eciam pontifex confessionis nostre quia non suf-
ficit corde credere tantum sed oportet eciam confiteri ore
secundum quod dicit apostolus Ro. x Corde enim creditur ad

instantiam, vero autem confessionis ad salutem
qui fidelis est ei qui fecit illum, id est ipsum
humanitate Christi. Dicitur etiam fidelis deo patri
quia in omnibus quesivit gloriam patris non
suam, et hoc quod ipse dicit Iohannis viii: Ego
gloriam meam non quero etc. Sicut moyses
fidelis fuit in omni domo eius, id est in congrega-
tione fidelium que est domus ipsius dei quam
edificat per gratiam. Quod autem moyses fuit in
hac domo non querens gloriam propriam sed
gloriam dei patet per pentatheucum inspicienti. Am-
plioris hic consequenter ostendit Christum excelle-
tiorem moyse, quia licet uterque fuit fidelis
in domo dei que est congregatio fidelium, prin-
cipalior tamen in hac domo est Christus quam
moyses, quia ille qui fabricat aliquam domum
et eam inhabitat ut propriam, excellentior est
quam ille qui habitat in ea sicut in aliena.
Christus autem habitat in hac domo sicut dominus
et fabricator ipsius, quia homines non possent
congregari in fide nisi per deo [illegible] sed hoc sit.
Moyses autem habitavit in domo ista ut
famulus, quia in hac domo principalior est ipse
Christus, et hoc est quod dicit apostolus: Amplioris
enim glorie, id est maioris dignitatis iste, id est Christus,
pre moyse dignus habitus est. Quod probat con-
sequenter dicens: quanto ampliorem honorem habet
domus, id est in domo, ille qui fabricavit
illam, id est edificavit tamquam suam propriam, quod verum
est de Christo non de moyse ut dictum est. Et hoc pro-
bat consequenter dicens: Omnis namque domus
fabricatur, id est compaginatur, ab aliquo. Sicut
enim partes domus materialis non coniungit ad in-
vicem nisi per aliquem artificem, ita omnis
domus. Ista scilicet domus ecclesie non est compagina-
ta ex diversis gentibus, scilicet iudeis et gentilibus, nisi
per ipsum Christum qui potest unire cuncta fide-
lium. Propter hoc dicit Iohannis x: Alias oves habeo
que non sunt ex hoc ovili et illas oportet
me adducere et fiet unum ovile et unus
pastor. Quod autem talis non possit fieri
congregatio nisi a deo probat consequenter cum dicit:
Qui autem creavit omnia deus est, qui fecit
est creare, creavit mundum, recreavit homines
per fidem et gratiam. Propter hoc dicit Iacobi primo:
Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis ut
simus initium aliquod creature eius. Deus autem
pater omnia operatur per filium quia indivisa sunt opera

trinitatis, et ipse quidem fabricavit domum
ecclesie, non sic autem moyses. Et hoc est quod
dicit: Et moyses quidem fidelis erat in
tota domo eius, scilicet dei, tamquam famulus
in testimonium eorum que dicenda erant,
id est legis dande populo israel. Christus vero
tamquam filius in domo sua, id est etiam ha-
bitat. Que domus sumus nos, quia ecclesia
non est parietes materiales sed fideles Christi, quia
sicut in domo materiali requiritur firmitas
sic in fidelibus Christi, ad hoc quod sit domus
principalis dei requiritur firmitas fidei.
Propter hoc subdit istam conditionem: si fidu-
ciam et gloriam spei usque ad finem firmam
retineamus. Quapropter etc. Hic consequenter
concludit ex predictis quod Christo firmiter
est obediendum. Circa hoc tria facit, quia
primo ad hoc inducit auctoritatem scrip-
ture hoc exhortantem, secundo exponit istam
scripturam ibi: Videte fratres, tertio ex auctoritate
et conditione probat suam intentionem ibi: Ti-
meamus ergo. Circa primum sciendum quod, ut
patet in auctoritate scripture,
quam ponit primo quedam monitio ponit
secundo ad hoc inducitur exemplum ibi: Sicut
in exacerbatione. Dicit ergo: primo sic quia Christus
excellentior est moyse ut dictum est, igitur
concludendo admoneo per scripturam. Dicit
quapropter sicut dicit spiritus sanctus loquens
per psalmistam: Hodie, id est tempore gratie
magne vitalis et revelata. Tempus
enim legis fuit quasi tempus noctis,
et hoc quod dicit apostolus ad Romanos xiii: Nox pre-
cessit, dies autem appropinquabit. Si vocem
eius audieritis, scilicet ipsius Christi, et ponit
hic sic precium, quia vox ipsius Christi
loquentis audita est in evangelio in multa
humanitate assumpta. In veteri autem testamento
audita est vox prophetarum eius, et hoc quod
dicit Augustinus libro de sermone domini in monte,
exponens illud Matthei v: Et aperiens os suum
docebat eos etc. Tunc enim ipse aperuit os
suum qui in veteri lege aperiebat ora
prophetarum. Nolite obdurare corda vestra
per inobedientiam. Ideo enim inobediens deo ab
eo se avertit et ipse deus ei iuste gratiam
suam subtrahit, et quia gratia dei cor
homo [illegible] et ipse [illegible] [illegible] [illegible]

obduracio sicut plenius videbit. Sicut
in exacerbacione. Hic ponit exemplum de ob-
duracione antiquorum iudeorum quod habetur
Numeri xiii et xiiii ubi terram filiis israel pro-
missam timuerunt corda populi tunc in-
creduli deo qui tot signa et miracula
eis ostenderat in deserto voluerunt reverti
in terram egypti propter quod dominus iratus
voluit eos delere sed precibus moysi im-
peditus est percussio populi. Verumptamen per
xl annos impeditus est populus ab ingres-
su terre promissionis quousque omnes qui
egressi fuerunt ab egypto a xx annis
et supra mortui sunt in deserto nec in-
traverunt promissionis terram propter eorum in-
credulitatem duobus tamen exceptis
scilicet Josue filio Nun et Caleph filio Jephon-
ne qui ingressi sunt terram promissionis
propter eorum obedienciam et fidelitatem. Hoc igitur
est quod dicitur hic nolite obdurare
corda vestra sicut in exacerbacione et cetera
die temptacionis in deserto. Dicitur
illud peccatum exacerbacio propter similitudinem fru-
ctus enim acerbus non est aptus in cibum
et opponitur maturo. Ita peccatum illud
fuit maxime obstinacionis quia sicut
dictum est erant increduli domino visis
tot mirabilibus et signis et ideo noluit
totaliter placari eis ut dictum est sicut
fructus acerbus non attemperatur sed vincit.
Sequitur Sicut dicitur temptacionis et
patres in deserto temptaverunt deum ut patet
Numeri xiiii ideo sequitur ubi tem-
ptaverunt me patres vestri dubitando de diuina poten-
cia et eis requirendo super hoc importune
signa a moyse cum tamen viderunt dei mi-
rabilia omni die et longo tempore scilicet xl
annis quibus fuit in deserto et hoc est
quod dicit probaverunt et viderunt opera
mea xl annis. Ideo tantum erat peccatum
incredulitatis eorum et magis puniendum
ideo sequitur propter quod offensus fui
generacioni huic. Inmediate ponit proximum
sunt generacioni huic proximus scilicet ad punicionem
fidelitate eorum. Scilicet id est idem sentitur patrum
Et dixi semper hii errant corde et ipsi co-
rum prevalent eis exemplum quoniam viderunt semper

tissime dei mirabilium contemptum eis et
ideo dubitare de ea et ea nescire non pote-
rant ex simplici ignorancia sed ex animi ob-
stinacione et contemptum et talis error non
excusat sed magis aggravat peccatum propter quod
sequitur quibus iuravi in ira mea id est
firmiter decrevi et irrevocabiliter punire eos. Dicit
enim deus iratus methaphorice qui punit quasi
ad modum irati sed scilicet. Que autem fuit illa
illa punicio subditur si introibunt in requiem
meam id est non intrabunt promissionis terram
que dicitur requies. Quia in illa requie-
runt filii israel postea unusquisque sub vite
sua et ficulnea sua et cetera quod habetur
iii et iiii Regum in pluribus locis. Et etiam
quia per illam requiem figurata est re-
quies celestis qua homo requiescit in
deo per gratiam et requies finalis eterne
qua requiescit in deo per gloriam. Et ante
requiem non intraverunt filii israel patet qui egressi
sunt de egypto patet ex predictis et mortui
sunt in deserto propter peccatum predicte exacerbacionis.
Videte fratres. Hic consequenter exponit predictam
auctoritatem. Et quia in predicta auctoritate
tria posuerat scilicet exhortacionem ad bonum
operandum, culpam malorum ad intelligen-
dum et penam pro ea inflictam ad timendum.
Ideo hic tria facit quia primo exponit quod
pertinet ad exhortacionem. Secundo quod pertinet
ad malorum culpam ibi quidam enim audien-
tes. Tertio quod pertinet ad penam inflictam ibi
quibus autem offensus. Circa primum dicit
fratres videte id est diligenter considerate quilibet
in seipso et in proximo suo quia et cetera et dicitur
Ecclesiastici xxxvii Unicuique mandavit deus de
proximo suo ne forte sit in aliquo vestrum
cor malum id est voluntas mala. Sicut enim ex
corde oritur spiritus et motus talis me-
bris ita voluntas movet omnes potencias
ad agendum. Incredulitatis licet enim incre-
dulitas sit in intellectu sicut in subiecto sicut
et fides que est ei opposita tamen credere est
eius actus intellectus moti a voluntate
et quia discedere dicit enim Augustinus super Johannem
quod nullus credit nisi volens discedendi
a deo vivo sicut enim homini inest et adhere-
re deo per fidem formatam ita malum inest et recedere

ab eo per incredulitatem / ideo sequitur sed adhortamini vos metipsos per singulos dies con[tinue] donec hodie cognominatur i. vocatur dies presens scilicet tempus notatum veritatis revelatione quod non erat tempore legis ut supra dictum est ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati // autem dicat licet obduratio sit aliquo modo a deo tamen principium eius est a libero arbitrio voluntate se adpetum ut videbitur / participes enim christi effecti sumus quia principes fidei eius de plenitudine eius accepimus (Si tamen initium substantie eius usque ad finem firmum retineamus quicumque enim baptizatur in christo suscepit quamdam novam naturam per fidem formata quia fides est substantia sperandarum rerum ut dicitur infra xj capitulo et hoc vocat hic initium substantie quod debemus usque ad finem firmum retinere debemus usque ad finem firmum retineamus quicumque enim baptizatur a christo suscepit quamdam novam naturam per fidem formata quia fides est substantia sperandarum rerum ut dicitur infra xj capitulo et hoc vocatur hic initium substantie quod debemus usque ad finem firmum retinere / dum dicitur hodie i. tempore gratie si vocem eius audieritis et hoc est totum supra expositum

¶ Nunc enim audientes hic consequenter ostendit exponit quod in auctoritate predicta dixerat de iudeis exacerbationis predicte dicens quidam enim audientes exacerbaverunt quia plures sunt audientes verba exploratorum incredulitatis deo noluit ingredi terram ut dictum est / sed non universi qui profecti sunt ex egypto per moysen et hoc dicit propter caleph et iosue qui non exacerbaverunt deum cum aliis sed fideles et obedientes deo permanserunt et sic patet qui peccaverunt et qui non ¶ Quibus autem hic exponit de pena propter culpam peccatum inflicta / et hoc est quod dicit quibus autem offensus fuit xl annis ipse scilicet deus punivit eos nonne illis qui peccaverunt q. d. sic et non aliis quod patet per sequentem effectum cum dicit quorum cadavera prostrata sunt in deserto in penam predicti peccati quibus autem iuravit i. firmiter decrevit non introire in requiem eius i. in terram promissionis nisi illis qui increduli fuerunt q. d. aliis non iuravit / quia caleph et iosue qui fuerunt creduli ipsi intraverunt / et ideo concludit et videmus

scilicet per effectum predictum quod non potuerunt introire propter incredulitatem predictam ¶ Ad evidentiam predictorum queritur utrum obduratio cordis sit attribuenda homini ¶ Et arguitur primo quod non quia illud quod est proprium dei non est attribuendum homini / obduratio cordis est huiusmodi quod xx a. r. patet / secundo probatur per illud quod habetur ad ro. ix cuius vult miseretur et quem vult indurat / Ite[m] adversa preciam (?) rabsentia est causa contrariorum quod dicit in ij phy[sicorum] / nauta enim per suam presentiam est causa salutis navis / et per suam absentiam est causa periclitationis eiusdem sed deus per suam presentiam est causa mollitiei cordis / ergo per suam absentiam est causa obdurationis ¶ Contrarium patet per illud quod dicitur in littera nisi enim obduratio cordis esset ab homine frustra admoneret apostolus dicens nolite obdurare et ¶ Ad hoc dicendum quod non est inconveniens eundem effectum attribui diversis causis diversimode / causa obdurationis cordis est ab intima homine in peccato / dicitur enim cor durum metaphorice a similitudine corporis / corpus enim dicitur durum quod non cedit tangenti sed resistit voluntas et cor hic accipitur pro voluntate ut dictum est / quando non cedit vel non obedit monitionibus divinis sed magis resistit / talis autem obduratio est ab homine inchoative et dispositive quia peccatum per liberum arbitrium adhesit peccato et per consequens meritorie (?) a deo neganter (?) non est et sic dicitur quod deus subtrahit ei gratiam suam sicut si ipse sol malis illucet hic [illegible] per cognitionem et auditum libertate iuste retrahit homini suam ab eo qui se vellet captum ipsi esse ab eius luce subtrahere

¶ Deus autem bonitatem gratie dat hominibus ex cognitione et una libertate / et ideo iuste illud retrahit ab eo qui se per peccatum avertit a deo / cor autem hominis per gratiam dei mollitur et ideo ipsa subtracta per peccatum obduratur et sic patet qualiter obduratio diversimode deo et homini attribuitur / quia attribuitur homini ratione est culpa deo autem attribuitur ratione est pena iuste inflicta et sic responsio patet ad argumenta in contrarium parte inducta etc.

Timeamus ergo. Postquam apostolus adduxit auctoritatem scripture et exposicionem illius ad ostendendum quod Christo est firmiter obediendum. Hic consequenter ex auctoritate predicta et exposicione eius arguit ad propositum et dividitur in duas partes quia primo ostendit quod nobis imminet sollicitudo veniendi in requiem celestem que per ingressum terre promissionis figurata est. Secundo ex hoc concludit quod debemus ad hoc festinare ibi Festinemus ingredi. Prima in duas quia primo arguit propositum, secundo probat quoddam quod in argumento erat suppositum ibi quidem operibus. Virtus autem huius argumenti in hoc consistit, sicut patribus promissa est requies intra promissionis, ita figuraliter nobis promissa est requies eterne beatitudinis, quia omnia in figura contingebant illis ut dicit apostolus ad Cor. x. Sed illi qui fuerunt solliciti servare deo fidem et obedientiam intraverunt requiem illam terrenam ut patet ex predictis, ergo a simili si volumus intrare in requiem celestem debemus esse solliciti. Dicit igitur timeamus ergo id est solliciti simus quem timor sollicitudinem inducat ne forte relicta pollicitatione id est promissione divina introeundi in requiem eius id est requiem celestem existimetur aliquis ex vobis deesse. Hoc dicit quia illa completa promissionis divine nulli deficit nisi qui deficiat et enim nobis nunciatum est scilicet requies eterna quemadmodum et illis qui fuerunt in veteri testamento fuit primo nunciata de requie terrena. Sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei, quia licet promissio illa fuit omnibus facta, tamen illi soli qui fuerunt credules perceperunt illius promissionis effectum. Unde concludit: ingrediemur enim in requiem scilicet celestem qui credimus ipsi Christo quemadmodum dixit, quia scilicet incredulis sicut iuravi in ira mea etc. patet ex predictis propter hoc quia sicut fideles admittuntur ad requiem celestem ita increduli excluduntur. Et quidem operibus. Hic probat illud quod suppositum est in argumento videlicet quod requies celestis sit figurata per requiem terre promissionis et dividitur in duas partes quia primo ex hoc probat ex dicto scripture, secundo ibi Et in isto. Primo probando tales productis operibus creaturis in principio mundi dicit scriptura quod deus requievit die septimo etc. Ista autem requies non potest intelligi requies promissionis terre sed magis requies qua deus requiescat in se ipso et hoc est beatorum quia mens humana non potest requiescere nisi in deo et ista figuratur terre promissionis sicut perfectum per imperfectum et veritas per umbram. Hoc est igitur quod dicit apostolus et quidem operibus ab institucione mundi huius perfectis id est finis speciebus creaturarum. Dixit enim in quodam loco scilicet Genesis ii ubi loquitur etc. Hic singulariter quia illa scriptura erat nota et famosa illis quibus scribebat de die vii sic scilicet loquitur predicta scriptura Et requievit deus die vii ab omnibus operibus suis in principio quem stendo et in hoc stat virtus racionis probatur quod per hoc habetur quod est aliqua requies vera et perfecta ... requie data filiis Israel in terra promissionis et per quam figurata per illam ut dictum est. Et in isto. Hic ponit aliam scripturam ad probandum hoc idem et est probacio talis: David rex fuit per magnum tempus postquam filii Israel obtinuerunt terram promissionis sub Iosue et in illa qui cecinit etc. ipse determinat quandam novum modum introeundi in requiem dei. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra ne perveniam requiem promissam sicut patres vestri propter suam incredulitatem. Patet igitur ex dictis David quod alia requies perfecta que est requies beatorum figurata per requiem filiorum Israel in terra promissionis. Si enim Iosue dedisset filiis Israel perfectam quietem et ultimatam, David qui per magnum tempus post eum fuit non loqueretur filiis de novo ad ingrediendum huius requiem. Hoc est igitur quod dicit apostolus Et in isto rursum hoc est in isto loco scripture psalmus David ubi allegatur Si introibunt in requiem meam patet propositum ideo sequitur Quoniam ergo superest quosdam introire in illam id est requiem perfectam de qua loquitur David. Iuxta hoc

quibus operibus nunciatum est de requie
intrare promissionis que fuit figura huius
non intraverunt propter eorum incredulitatem
ut patet ex predictis. Ideo iterum terminat id est de-
terminat spacium temporis dicens Hodie hoc
est tempus ad ingrediendum in requiem predictam,
dicendo in David id est per ipsum David hodie etc.
post tantum temporis sicut supra dictum est id est post
multum temporis postquam filii Israel sub
Josue habuerunt requiem terre promissio-
nis dicit David Hodie si vocem eius
audieritis etc. id est isto tempore quod vocatur
hodie nolite obdurare corda etc. Ex hoc patet quod eis loquitur
de alia requie quam fuit requies terre pro-
missionis, propter quod subditur Nam si
eis id est filiis Israel Jhesus id est Josue requiem
prestitisset id est requiem perfectam et ultimatam
dedisset terre promissionis eos introducendo
numquam de alia loqueretur id est ipse David
non loqueretur de alia requie vel de alio
tempore intrandi in requiem post hunc diem
id est post illud tempus in quo Josue de-
duxit filios Israel in terram promissionis. Ex quo
concluditur quod relinquitur sabbatismus
populo dei id est requies perfecta beatorum ubi dei
populus recipietur que quidem requies
per quietem terre promissionis figuratur, et
illa quies perfecta consistit in fine ultimo
perfecte et pacifice apprehenso, et hoc est
quod subditur Qui enim ingressus est
in requiem eius et ipse requievit ab
operibus suis sicut et a suis deus. Hoc est
dei quia sicut post rerum productionem
deus requievit in seipso. Sic beati qui
requiescunt a laboribus suis sunt quiete
in deo ipso perfruendo. Licet enim alia sit
beatitudo dei et beatorum ipsius formaliter quia
alius est actus videndi et fruendi huius
et illius, tamen eadem beatitudo obiective
loquendo, quia idem est obiectum beatitudinis
dei et sanctorum. Considerandum tamen quod
beati non quiescunt ab omnibus operibus generaliter
loquendo, sed continue contemplantur deum,
amant et laudant deum, sed requiescunt ab
operibus laboriosis etc. quod dicitur Apoc. xiiii
Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a
laboribus suis. Festinemus ergo ingredi

quod debemus esse solliciti de ingressu
ad requiem celestem. Hic consequenter con-
cludit quod debemus festinare ad
ipsam et dividitur in duas partes, quia primo
hortatur nos ad istam festinationem,
secundo adducit ad hoc rationem ibi Vivus enim.
Circa primum sic dicit Festinemus
etc. quasi dicat ex quo ita est quod nobis
incumbit sollicitudo de ingressu requie
celestis festinemus ingredi in illam requiem,
quia festinatio est providentiam et dilectionem operante
[illegible] ut ne in idipsum quis incidat
incredulitatis exemplum, ne incidamus in eodem
scelere per eandem [illegible] in quo inciderunt increduli
iudei, qui propter incredulitatem suam
sunt exclusi de requie terre promissio-
nis et pena eorum data est nobis in exem-
plum ne consimiliter privemur requie celesti si
fuerimus tardi et pigri ad ingredi-
endum. Vivus enim etc. Postquam posuit
predictam admonitionem hic consequenter ponit
sue monitionis rationem, et dividitur in duas
partes secundum duas rationes quas facit.
Secundam ponit ibi Habentes ergo pontificem. Prima
ratio procedit ex Christi excellentia in vir-
tutibus divinitatis, et est talis: ei qui habet
excellentiam divine nature et virtutis
infinite et equalis cognitionis et supreme
auctoritatis credendum est de impletione
sue promissionis et per consequens festi-
nandum ad ipsam obtinendam, sed Christus
in natura divina habet quatuor predicta, ergo
etc. In ista ratione sic procedit Apostolus quia
maiorem ponit tanquam manifestam, sed
minorem ponit et declarat eam. Dicens
Vivus est enim sermo dei. In quo primum
tangitur scilicet excellentia divine nature
in Christo, quia sermo hic accipitur pro verbo
divino et ingenito. Hic habetur logos
quod significat idem quod verbum, verbum autem
in divinis est eiusdem nature cum eo cuius
est verbum. Cum igitur Christus sit verbum
dei etc. quod habetur Joh. 1o Verbum
caro factum est, quod in eo sit excellentia
divine nature. Et ideo dicit vivus est sermo
quia verbum dei vivit vita nobilissima
quia eius vivere est deum intelligere
quod est respectu obiecti nobilissimi propter

hoc concludit philosophus xii methaphisice quod primum ens
sive deus vivit vita nobilissima et op-
tima et sic patet primum | consequenter declarat
2m scilicet quod in Christo sit efficacia virtutis in-
finite cum subdit et efficax tanta est
enim efficacia eius quod se extendit ad
omnia et quod dicitur sap. vii omnium e-
nim artifex omnem habens virtutem etc. ¶ Con-
siderandum est quod virtus alicuius artifi-
cis tantummodo tangit rei superficiem extrin-
secam sed virtus dei tanta est quod attin-
git cuiuslibet rei intima quia cum
sit causa omnis esse et essentiale principium
rei cuiuslibet viviens et ingerens se
quod intimior est ipsi rei quam ipsa
res sit sibi ipsi et ad hoc denotandum
dicit et penetrabilior omni gladio anci-
piti id est habentem ex utraque parte aciem et
sic non impeditur eius penetrabilitas
ex aliqua parte similiter est de virtute Christi que
a nullo potest impediri quin pertingat
ad intima rei et ad maiorem huius expres-
sionem subdit et pertingens usque ad divisio-
nem spiritus etc. anime dicit ¶ propter potencias
eius que sunt anime et corporis coniuncte spiritus
dicit propter potencias anime abstractas qui-
bus convenit cum substantiis separatis
spiritualibus / per hoc vult docere quod virtus
Christi attingit rei intima quantumcumque sunt
subtilia / sequitur compagum quoque et
medullarum compages sunt corporis iunc-
ture nervis alligate medulle sunt
intus ossa incluse / per hoc vult dicere quod virtus
Christi attingit omnia quantumcumque sunt lig-
ata et inclusa et sic patet 2m scilicet efficacia
virtutis | consequenter declarat 3m scilicet qua-
litatem sue cognitionis que se extendit
ad omnia etiam in particulari quantumcumque
sint occulta / et hoc est quod dicit
et discretor cogitationum que soli deo
cognite sunt secundum quandam opinionem doctorum
et hoc videtur per illud quod dicitur
primo Reg. xvi deus autem intuetur cor.
¶ Considerandum est quod licet aliqui doc-
tores dicant ipsam cogitationem [illegible]
esse cognoscibilem prout sic similiter
tamen de intencione cogitationis ipsi concedunt

quod est cognoscibilis deo soli ut [illegible] Si
cogitet de muliere intencione concupiscendi
ipsam vel ad bonum informandum cognoscit
solus deus igitur per hoc subdit apostolus
et intencionum cordis quia cognitio Christi
non solum se extendit ad ipsas cogitaciones
sed etiam ad cogitacionum intenciones / ex dictis
patet quod Christus cognoscit ea que sunt ad cog-
noscendum difficillima ex quo concludit
ulterius quod cognoscit omnia alia
dicens et non est ulla creatura invisibilis
in conspectu eius et quia non solum videt res in
superficie sicut nos cum videmus hominem
vestitum non videmus ea que habentur
sub veste sed omnia videt in profundo / ideo sub-
ditur omnia nuda et aperta sunt oculis
eius et sic patet 3m consequenter ponit 4m scilicet
excellenciam auctoritatis in Christo cum dicit
ad quem nobis sermo ¶ Ipse enim est constitutus
Iudex vivorum et mortuorum / ideo necessario
habemus sermonem ad ipsum quia oportet
nos reddere racionem coram deo de omnibus
factis nostris et cogitacionibus et sic patet 4m et per consequens
patet minor premisse racionis quantum ad eius
quatuor partes scilicet quod in Christo sunt divinitatis
est excellencia sue efficacie cognicionis
auctoritatis / consequenter debemus festinare ad
illud quod nobis promisit et permittit scilicet ingredi
in requiem celestem ¶ Habentes ergo ponti-
ficem etc. Hic ponitur 2a racio ad idem
ostendendum et accipitur ex parte huma-
nitatis Christi / et est racio talis / Christus in sua
humanitate habet magnitudinem per quam potest
nos adiuvare habet etiam pietatem tenere
per quam paratus est nobis compati et condescendere /
ergo secure possumus ingredi in requiem
celestem consortii eius adiutorio tempore
oportuno quod est tempus presens quod
est tempus gracie ¶ In ista racione sic procedit
apostolus quia declarat Christi primo mag-
nitudinem / etiam 2m pietatem humanitatis decla-
ratur enim pontifex in lege erat magnus qui
semel in anno intrabat sancta sanctorum in sanguine
vivo alieno ergo multo fortius Christus de-
cet pontifex qui intravit celum in sanguine
proprio / ¶ Item dicebatur pontifex legis magnus

quia erat de filiis aaron / multo fortius
christus debet dici magnus qui est naturalis
dei filius nec potest filius dei dici adop
tiuus etiam secundum humanitatem / et hoc est quod
dicit apostolus Habentes ergo pontificem
magnum qui penetrauit celos ihesum filium dei
igitur christus est ita magnus teneamus
confessionem oris et operis eius magnitudinem
confitendo et ei obediendo ¶ Consequenter ostendit
pietatis teneritatem in christo cum dicit non enim
christus cum in carne passibili assumpta pro
nobis passus est in cruce / et temptatus
in deserto a demone / ideo ex tali experiencia
habet quandam aptitudinem ad compaciendum in
firmitati nostre / et hoc est quod dicit apostolus non
enim habemus pontificem qui non possit
compati infirmitatibus nostris temptatum
autem per omnia ¶ Considerandum tamen
quod licet christus temptatus fuit in car
ne passibili sicut et nos tamen alio modo
quia nos temptationibus propter in delecta
cionem peccati et consensum incidimus / iste autem
nullo modo / ideo eius temptacio fuit tan
tum exterius / et hoc est quod dicit apostolus pro
similitudine absque peccato / quia ipse carne
temptatus sed non sic mente / et quia christus
habet potestatem nos adiuuandi et ad beati
tudinem perducendi et hoc propter pietatis tene
ritatem ideo concludit apostolus / Adeamus
ergo in fide et dilectione operante cum fiducia
de christi potestate diuina ad tronum gratie
eius ut misericordiam consequamur ingrediendo re
gnum celestem et gratiam inueniamus sine qua
non possumus ingredi illud / In auxilio
oportuno hoc est moderno tempore quod est
tempus gratie / Ad euidenciam maiorem
eorum que dicta sunt ita principium huius capituli
queritur ¶ Utrum requies bonorum fuerit
figurata per requiem filiorum israel in terra pro
missionis ¶ Et arguitur primo quod non
quia status bonorum figuratur esse pro
ut testamentum medium est inter statum
ve. le. et statum bonorum / ideo sicut
ea que fuerunt in ve. le. sunt figurata eorum
que sunt in nouo ¶ Ita ea que no. tes. sunt figura
eorum que sunt in gloria celesti / sed illud
quod est proprium noui testamenti non est aliud
quam veteris ergo requies filiorum in terra promissionis

non fuit figura celestis requiei ¶ Item
si requies bonorum fuisset figurata in
veteri testamento ibi promitteretur aliquo modo
sed hoc est falsum quia lex vetus non po
terat illam requiem dare ut patet ex
dictis et sic promitteret illud quod esset sibi
impossibile ergo etc ¶ Item figura debet
notare figuratum sed moyses legis lator
ve. te. requiem terre promissionis non in
tonauit ergo nec lex vetus requiem celeste
figurauit ¶ Contrarium patet in littera ¶ Pro
hic duo sunt videnda primum est quid sit
requies bonorum / secundo qualiter figurata
fuit per requiem in terra promissionis ¶
Circa primum considerandum quod requies
non accipitur hic prout opponitur motui
et fatigationi corporali et hoc duplici
de causa ¶ Primo quia talis requies
potest haberi in presenti vita / secundo quia requi
es bonorum idem est realiter quod beatitudo
ipsorum / beatitudo autem ista est perfecta me
tis in parte superiore videlicet secundum voluntatem
et intellectum ubi requies que opponitur
motui corporali et fatigationi non habet
locum / Ideo quies bonorum accipitur prout
opponitur motui in spiritualibus que
mouentur ad aliquid per amorem et desiderium
Sic enim mouentur amoribus sicut
corpora ponderibus et est quod dicit
Augustinus libro confessionum Amor meus pon
dus meum eo feror quocumque feror et
sic quies bonorum consistit in hoc quod
appetitus totaliter quietatur per
adeptionem summi boni potentis quietare
appetitum ¶ Et hoc est quod dicit Augustinus libro
confessionum Inquietum est domine cor meum
donec requiescat in te ¶ Ex predictis patet
quod eadem realiter est quies dei et bo
norum ¶ Si tamen accipiatur quies obiecti
ue quia idem est obiectum beatitudinis
utrorumque ¶ Si autem accipiatur formaliter
differunt sicut creatum et increatum sicut
de beatitudine dei et sanctorum dictum est et patet
primum ¶ Circa secundum considerandum quod
illud quod est figura alicuius oportet quod
sit in se res aliqua quia quod nichil est
in se non potest aliquid figurare ideo cum

quod est figura aliquam potest accipi
tripliciter uno modo ut est res tantum
alio modo ut est figura tantum 3o modo ut
est res et figura simul. Isto triplici modo
invenitur in scriptura aliquid dictum de re-
quie terre promissionis. Quia aliquid
aliquid dicitur de ipsa tantum secundum se et hoc
modo non potest dici figura requiei bo-
norum sicut est illud quod scribitur
Deut. xxxii. Incrassatus est dilectus
et recalcitravit etc. quia quies in
habundancia illius terre fuit occasio re-
calcitrandi. Invenitur etiam scriptum aliquid
de ea in quo tantum est figura tantum sicut est
illud quod habetur Ezech. xliii fili hominis
locus solii mei et locus vestigiorum
pedum meorum ubi habito in medio filiorum
Israel in eternum et sic sensus literalis huius
auctoritatis est tantum modo de requie celesti.
Invenitur etiam aliquid scriptum de terra
predicta in quo tantum erat res et figura sicut est
circa illud ubi promittitur requies in
terra promissionis filiis Israel in principio
[illegible] quia primum dicit potest
mereri sicut finis medii est hic quae
secundum ad finem nunc autem ita est quod creatura
virtutis medium est quod fuit quies illa cor-
poralis et ideo quies illa corporalis non
potuit esse principale premium virtutis
sed fuit quoddam minus sensibile circa pro-
missum cum sub hoc intelligitur princi-
palius principale quies bonorum. Quies autem
bonorum hic inchoatur per gratiam
[illegible] quod dicitur Luc. ii. In terra pax hominibus
bone voluntatis et consummatur per gloriam
utrumque nobis autem datum per ipsum Christum
qui est auctor novi testamenti et sic
patet quod quies terre promissionis fuit figura
requiei celestis ut exhibendi nobis
per Christum et sic non fuit figura primus
in meritis sed meritis status novi testamenti et sic patet
responsio. Ad argumentum patet per predicta quia
non concludunt nisi quod requies promissio-
nis non fuit figura in meritis requiei
celestis ut patet intuenti etc.

Omnis namque pontifex etc. Postquam
apostolus ostendit excellentiam novi
testamenti respectu veteris per hoc quod Christus
preeminet angelis et eciam Moysi per quos
data est vetus lex, hic consequenter ostendit
hoc idem per hoc quod sacerdocium Christi
preeminet sacerdocio Aaron et circa hoc duo
facit quia primo ostendit Christum esse ponti-
ficem 2o ostendit ipsum excellenciorem ponti-
ficem Levi. 2a pars incipit in principio
septimi capituli Hic enim Melchisedech. Item
primum duo facit quia primo ostendit Christum
esse pontificem 2o facit auditores
respectu [illegible] 2a ibi De quo nobis grandis
sermo. Prima adhuc in 3 quia primo ostendit
quid requiritur in pontifice 2o declarat
ea in Christo fuisse 3a ibi Sic et Christus. Prima
adhuc in tres quia primo describit ponti-
ficis statum 2o sui officii debitum usum
ibi qui condolere possit 3o debitum con-
stitucionis modum ibi nec quisquam. Circa
primum considerandum quod iste qui instituitur
pontifex debet esse homo non angelus quia
debet esse talis nature quod subditi possint
ad eum familiariter et similiter recurrere et
hoc est quod dicit apostolus Omnis namque
pontifex ex hominibus i. de numero hominum debet
esse assumptus licet sit similis aliis in natura tamen
debet eos excedere in gradu dignitatis et
in vita consequitur assumptus i. ex communi statu
[illegible] elevatus et quia non debet
homo super alios [illegible] proprium commodum vel honorem sed subdi-
torum salutem ideo sequitur pro hominibus
constituitur et quia non instituitur ut preest
in temporalibus sed magis in spiritualibus ideo sub-
ditur in hiis que sunt ad deum i. spiritualibus
et divinis et quia talis debet omnia libere
non coacte nec invite ideo subditur
ut offerat dona scilicet voluntarie oblata non
violenter extorta et sacrificia pro peccatis scilicet ipsi.
Qui condolere possit hic consequenter describit
modus debitus utendi officio pontificali
quia cum sit vicarius ipsius dei cuius
proprium est parcere et misereri ideo debet peccatori-
bus misereri et hoc est quod dicit qui con-
dolere possit hiis qui ignorant i. hiis
qui peccant ex ignorancia et errant i. hiis
qui peccant ex infirmitate vel quo modo aliquo
alio errare ex infirmitate passionis plenitudine

racionis debet ante pontifex moveri ad
ad misericordiam erga tales ex consideracione proprie
fragilitatis. Unde et deus permisit beatum
Petrum in peccatum cadere ut sciret aliis
compati ex consideracione proprii delicti. Et hoc
sequitur quia et ipse circumdatus est infir-
mitate propterea debet et quemadmodum et
pro populo ita etiam et pro semetipso offerre dona
pro peccatis. Unde in veteri lege determinatur
proprium sacrificium pro peccato pontificum, et in nova
lege dicit sacerdos in canone misse nobis
quoque peccatoribus etc. propterea sacerdos pre-
sertim (?) in recognicione sui peccati primo
offert sacrificium sicut pro peccato populi. Nec
quisquam hic consequenter ostenditur debitus
modus assumendi pontificale officium,
quia homo non debet sibi assumere vio-
lencia precepto vel placacione (?) sed si sibi imponatur
pro utilitate populi debet cum timore suscipere.
Unde dicit Augustinus xix. de civitate dei: Oci-
um sanctum querit caritas, negocium iustum suscipit
necessitas; caritas quod si sarcinam sibi nul-
lus imponit contemplande veritati vacan-
dum est, et hoc est quod dicit apostolus: Nec
quisquam sumit sibi honorem sed qui vocatur a deo
tamquam Aaron. Ille enim a deo vocatur qui
modo debito instituitur. ¶ Sic et Christus non
dicto quid requiritur in pontifice hic con-
sequenter ostendit illud Christo convenire, et di-
viditur in duas partes, quia primo declarat propositum,
secundo ex hoc concludit intentum applicative
speciali. Circa primum sic procedit quia primo
ostendit Christum fuisse pontificem a deo, secundo
agit de eius officio ibi qui in diebus car-
nis sue, tercio de pietatis exemplo ibi et quidem
cum esset filius dei. Primum in duas: quia probat
Christi pontificatum esse a deo per primam
auctoritatem scripture, secundo ibi quemadmodum
et in alio loco. Circa primum dicit sic conti-
nuans sententiam suam in metro (?) precedenti:
sic et Christus non semetipsum clarificavit ut pon-
tifex fieret sicut ambiciosi et ypocrite ut
possint ad dignitates ecclesiasticas ascendere,
sed qui locutus est ad eum id est deus pater clarifi-
cavit ipsum Christum, et hoc est intelligendum secundum
naturam humanam, quia in divina non habet can-
dem claritatem et gloriam cum patre; potest etiam
intelligi secundum divinam naturam non sic quod deus
pater filio aliquam claritatem vel gloriam

de novo dederit sed in quantum divinitatem quam
ab eterno habuit apparere in tempore fecit,
patri manifestavit. Propter quod petebat
salvator Johannis xvii.: clarifica me tu pater
apud temet ipsum claritate quam habui
priusquam mundus fieret. Hanc autem clari-
tatem filii declarat pater dicens quod
sequitur et accipitur de psalmo: Filius meus
es tu, ego hodie genui te, et hoc est ex-
positum supra capitulo primo. ¶ Quemadmodum
et in alio loco hic consequenter inducit apos-
tolus aliam auctoritatem psalmi ad probandum
sacerdocium Christi esse a deo, quia est verbum
patris ad filium dicentis: Tu es sacerdos in
eternum secundum ordinem Melchisedech. Dicit
autem in eternum ad differenciam sacerdocii ve-
teris legis quia illud tamen erat temporale
et figurale. Sacerdocium autem Christi est eter-
num et verum, quia nos introducit ad eter-
nam visionem in vita eterna quod non
poterat facere sacerdocium veteris legis. Additur
etiam alia dictio per hoc quod dicitur secundum
ordinem Melchisedech quia sacerdocium
veteris legis fuit secundum ordinem Aaronicum, sacer-
docium autem Christi secundum ordinem superiorem
qui figuraliter tangitur cum dicitur secundum
ordinem Melchisedech secundum quod inferius dif-
fuse determinat apostolus vii capitulo et ibidem
plenius hoc verbum exponitur. ¶ Qui in die-
bus hic consequenter agit de officio ponti-
ficatus Christi, primo declarans tempus de-
bitum, quia in diebus carnis sue id est pas-
sibilitatis, quia ante resurrectionem ha-
buit carnem passibilem sed non postmodum,
et illud fuit tempus debitum exercendi officium
pontificatus offerendo pro nobis sacrificium. Secundo tan-
git modum offerendi devotum, cum dicit preces
supplicacionesque. Et dicit preces quia apud
patrem fecit oraciones; dicit supplicaciones
quia in orando habuit modum humilem
et devotum. Ad eum qui posset eum salvum facere
a morte id est ad patrem qui potuit eum salva-
re a morte sic faciendo quod non moreretur si
vellet, sed tamen noluit propter redempcionem nostram
adimplendam que morte Christi convenien-
tissime impleta est. Salvavit tamen eum
a morte alio modo scilicet cum a mortuis suscita-
vit. Cum clamore valido et lacrimis offerens
scilicet corpus suum cum precibus in cruce quod

ante moriens valide clamavit ~~dicens~~ di-
cit evangelium. Sed quod ibi lacrimatus fuit non
habetur de evangelio expresse. Potest tamen
haberi probabiliter quia Joh. xi dicitur quod Christus
in morte Lazari lacrimatus est expresse,
et magis probabile est quod lacrimatus
fuit in morte pro totius humani generis redemp-
tione. Dicitur enim Jo. ultimo quod multa fe-
cit Christus que non sunt scripta. Ideo cum
apostolus dicat ipsum tunc lacrimasse tenendum
est hoc tamquam certum quamvis in evangelio
non sit scriptum. Quod patet expresse quia
oratio et oblatio Christi facta fuit humili modo
et devoto et fervente; ideo merito fuit exau-
dibilis et accepta. Et hoc est quod subdi-
tur: *exauditus est pro sua reverentia*, id est quia
utendo officio pontificis scilicet orando pro populo
et offerendo suum sacrificium habuit modum
devotum reverendissimum. ¶ *Et quidem* hic
consequenter ostendit quod in Christo fuerunt impleta
omnia que debent esse in pontifice, quia
cum esset deus aeternus in sua natura pa-
ti non poterat; ex sua pietate et misericordia qua
dilexit nos veniens ex alto assumpsit
naturam humanam passibilem in qua pro
nobis patitur et compassionis experientia
ad compatiendum nobis quodammodo redditur
aptior. Et hoc est quod dicit apostolus: *Et
quidem cum esset filius dei*, scilicet coeternus ex-
istens in natura divina, *didicit* ex parte
in natura humana *ex hiis que passus est obe-
dientiam*. Sed hoc fuit tantum notitia experimen-
tali quia in notitia habituali non, sed perfecit
scientiam totam a principio conceptionis ha-
buit. Et quia per suam passionem meruit glo-
riam sui corporis et exaltationem et ipsius
aliorum glorificationem, ideo sequitur: *et consum-
matus factus* [?] quia in sua resur-
rectione habuit gloriam consummatam in
corpore, quia prius erat perfecta tamen ex parte anime.
Factus est omnibus obtemperantibus sibi pro
vera fide *causa salutis aeternae*. Videmus
enim in naturalibus quod illud quod est perfectum
potest facere aliud sibi simile. Sic Christus in
gloria perfectissimus est aliis causa gloriae in
[?] deus principaliter efficienter,
et ipse homo principaliter meritorie et instru-
menti quantum tamen in humanitate suppositi. Aliter

autem sicut se habent ad deum principaliter [?]
instrumenti sicut manus artificis
aliter cum instrumento eius et aliter [?]. *Ap-
pellatus*. Ostenso quod Christus habuit perfecte
illa que debent esse in pontifice hic conse-
quenter concludit propositum principale scilicet quod Christus
est appellatus pontifex verus et bonus; dicit:
*appellatus est a deo pontifex iuxta ordinem
Melchisedech*. Hoc autem addit quia sacrificium
Christi non consistit in oblatione brutorum
animalium sicut consistebat sacerdotium leviti-
cum, sed consistit in oblatione corporis et sangui-
nis Ihesu Christi sub specie panis et vini
sicut Melchisedech qui erat sacerdos dei
altissimi obtulit panem et vinum ut habetur
Gen. xiiii ca. ¶ *De quo nobis grandis sermo.*
Ostenso quod Christus sit verus pontifex hic con-
sequenter incipit nos audientium respectu [?]
[?], et dividitur in tres partes, quia primo red-
dit auditores attentos, secundo dociles, in primo
[?] capitis [?] quasi propter [?], tertio
benevolos ibi: *hic quidem faciemus*. Circa
primum considerandum quod animus auditoris ex-
citatur ad attentionem cum doctor ei insinuat
dicendorum difficultatem, que quidem difficul-
tas potest contingere dupliciter: uno modo propter
materie profunditatem, alio modo propter audientis
imbecillitatem ad capiendum, et utraque [?]
contingit in proposito quia materia incar-
nationis de qua loquebatur apostolus est
valde ardua et difficilis. Item illi quibus
scribebat scilicet iudei erant imbecilles ad capiendum
propter affectionem ad contrarium. Et hoc est quod
dicit apostolus: *De quo*, scilicet pontifice nostro
Ihesu Christo, *est nobis grandis sermo ininterpretabilis
ad dicendum*, id est interpretatione indigens propter
materie difficultatem. Item alia causa est:
quoniam imbecilles facti estis ad audiendum,
id est ad intelligendum. De quo eos reprehendit
dicens: *Et enim cum deberetis magistri esse
propter tempus*, id est propter diuturnitatem temporis.
Hoc dicit apostolus quia ipsi fuerunt instructi
a iuventute in lege et prophetis. *Rursum indi-
getis ut vos doceamini que sint elementa
exordii sermonum dei*, id est [illegible] dicit hic
quas [?] non addiscunt, ad plenitudinem
huius [?] illa que sunt prima [?]

infidelem quemlibet debet scire. ¶ Considerandum tamen quod apostolus non dicit ut velut vos de talibus instruere ut instructos principio scripture. Cum patet sed ut sit loquendo possit eos melius educare. Propter quod etiam ad hoc subdit Et facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo. Sicut enim parvulis datur lac quod est cibus de facili conducibilis et non dantur eis carnes vel pisces vel alius cibus dure digestionis, sic ita [illegible] noviciis in fide et simplicibus non sunt proponenda difficilia fidei sed ea tantum que possunt de facili capi. Propter quod subiungit Omnis enim qui lactis est particeps, id est indigens doctrina facili, expers est sermonis iustitie, id est incompetens ad capiendum difficilia que tamen sunt proponenda perfectis. Cuius rationem subditur Parvulus enim est, id est novellus et impotens ad talia. Perfectorum autem est solidus cibus, id est doctrina subtilis in hiis que ad fidem pertinet, est tamen proponenda perfectis. Et qui sunt tales ostendit consequenter dicens Eorum qui pro consuetudine, id est in exercitio sepius iterato, exercitatos habent sensus, id est virtutes intellectuales quibus sensus aliquid deprehenditur sicut aliquando dicitur vides tu hic, id est intelligis. Et ad quid valeat talis exercitatio subdit dicens Ad discretionem boni ac mali, id est veri ac falsi in hiis que sunt fidei, quia verum est bonum intellectus et falsum est malum eius. ¶ Ex evidentia maiore huius partis queritur vel [illegible] utrum misteria et subtilia fidei sint omnibus proponenda indifferenter. Et arguitur primo quod sic quia dicit Marci ultimo predicate evangelium omni creature, sed in evangelio continentur omnia fidei misteria, ergo etc. Item credere articulos fidei explicite est de necessitate salutis quantum ad omnes, sed non possunt talia credere nisi eis proponatur, ergo articuli fidei sunt omnibus proponendi, sed articuli continent fidei misteria et difficilia, ergo etc. ¶ Contra [illegible] quod habetur in textu Et facti estis quibus lacte opus sit non solido cibo etc. ¶ Dicendum misteria fidei possunt dupliciter proponi. Uno modo ut credenda simpliciter propter simplicem assensum. Alio modo proponuntur ut aliqualiter intelligenda prout sunt [illegible] in talibus materia. Loquendo igitur de primo modo proponendi ¶ Dicendum quod misteria fidei non sunt omnibus proponenda quia non debent proponi infidelibus obstinatis quia ex hoc non sequitur eorum conversio sed tamen fidei derisio et provocantur inde sine causa. Et hoc est quod dicit Salvator Matthei vii Nolite sanctum dare canibus neque mittatis margaritas ante porcos ne forte conculcent eas pedibus suis et conversi dirumpant vos. Per sanctum et per margaritas intelligitur doctrina fidei sacra preciosa, per canes et porcos intelliguntur obstinati in infidelitate et immunditia sua. Sed fidelibus et [illegible] volentibus et rebellis de quibus speratur conversio proponenda est fidei doctrina. ¶ Advertendum tamen quod in doctrina fidei aliqua sunt omnibus communia quia omnes tenentur credere illa explicite sicut est articulus incarnationis Christi, passionis, resurrectionis et similia que communiter predicantur in ecclesia et talia sunt omnibus proponenda etiam simplicibus non tamen subtiliter sed per grosse quatenus ab eis capiantur quia aliter verterentur eis occasio [illegible] vel erroris. ¶ Alia quedam sunt in doctrina fidei que sapiunt quasi articulos ad que credenda explicite non tenentur simplices sed illi tamen qui sunt in ecclesia superiores. Talia non sunt simplicibus proponenda in publico [illegible] tenentur quia in talibus essent male informati ab hereticis. In talibus enim capi sunt de talibus in [illegible] quia predicta [illegible] non tamen contingit in errorem contra articulos sed etiam eorum que sequuntur ex articulis. Sicut enim hereticum est dicere quod deus non sit incarnatus sic hereticum dicere quod non assumpsit ea que sunt de veritate humane nature et ideo manicheus [illegible] et ut heretici qui dei filium dicunt assumpsisse carnem sine [illegible] multi alii negaverunt in [illegible] esse aliqua que pertinet ad naturam [illegible]. ¶ Si autem loquimur de secundo modo proponendi etiam que sunt fidei subtiliter [illegible] intelligenda sic [illegible] sunt predicanda [illegible] proponenda sunt hominibus intelligentibus et exercitatis [illegible] qui possunt capere talia non autem simplicibus [illegible] non [illegible] quia hoc possit esse eis error [illegible]. Argumenta patent per predicta vel

Quapropter intermittentes 6. c. etc. Supra in hoc capitulo precedenti apostolus reddit auditores attentos annuncians difficultatem; hic consequenter reddit eos dociles ostendens eorum ordinem. Illi enim quibus scribebat erant conversatione inperfecti, ideo dicit quod velit dimittere ea que solent dici noviciis et intendit proponere ea que solent dici perfectis et hoc est quod dicitur: quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, scilicet facilia a quibus incipit fidei doctrina, ad perfectionem eius feramur, id est ad doctrinam perfectorum. Et que sunt illa que intendit dimittere breviter tangit et sunt sex. Primum est quoddam initium perfectionis, sicut enim in motu naturali prior est recessus a termino a quo quam accessus ad terminum ad quem, ita in processu gratie que perficit naturam primum est penitencie fundamentum quod est quidam recessus a peccatis et hoc tangitur cum dicitur non rursum iacientes fundamentum penitencie ab operibus mortuis, id est peccatis, que sunt mortua opera. Dicit autem penitenciam fundamentum quia est illud quod est primum in processu gratie ut dictum est, sicut fundamentum est id quod est principium in edificatione. Secundum est quod dimittendum est fides simplicium per quam fit accessus ad deum. Hebr. quod dicitur infra xi capitulo: accedentem oportet credere quod est etc. et hoc tangit ibi et fidei. Tertium est baptisma quod est quedam spiritualis generatio et hoc tangit ibi baptismatum doctrine. Et dicitur plurali quia triplex est baptismus: fluminis, flaminis et sanguinis; omnes tamen habent virtutem unius baptismi, ideo dicit apostolus Ephe. iiii: una fides unum baptisma. Quartum est sacramentum confirmationis in quo datur spiritus sanctus ad robur, sicut in baptismo datur ad regenerationem esse spirituale et hoc notatur ibi impositionis quoque manuum. Quintum et sextum pertinent ad terminum spiritualis processus quem expectamus, scilicet ad resurrectionem corporum futuram, quia hanc ante omnes esse fides [illegible] ut dicit prima ad Cor. xv, et hoc tangit ibi resurrectionem

mortuorum que est quidam [illegible] expectamus et remunerationem nobis reddendam in iudicio eterno et hoc est sextum quod notatur ibi et iudicii eterni. Dicitur autem illud iudicium eternum quia sententia ibi data in eternum durabit. Sed ista non proponit nec intendit apostolus prosequi modo quia sunt quedam fidei rudimenta de quibus fideles novicii sunt instruendi et de talibus instruebantur in principio etiam ut patet actuum xvii et multiplicibus aliis locis. Et hoc quidem faciemus. Hic consequenter reddit apostolus auditores benivolos ostendens eis sue doctrine possibilitatem et utilitatem et dividitur in tres partes, quia primo proponit in generali quod sua doctrina est conveniens et possibilis; secundo ostendit in speciali quibus est impossibilis ibi impossibile est enim eos; tertio quibus est possibilis ibi confidimus autem. Circa primum considerandum quod apostolus in principio huius capituli dixit se instruere illos quibus scribebat de hiis que pertinent ad perfectionem doctrine Christi, et quamvis illud sit difficile, tamen hoc est bene possibile cum adiutorio dei et hoc est quod dicit apostolus et hoc quidem faciemus si quidem permiserit deus, id est adiuverit. Unde cum dicit apostolus sequenter impossibile etc. ostendit quibus sua doctrina est impossibilis et dividitur in duas partes quia primo ostendit propositum, secundo adhibet inductionem ibi terra enim. Dicit igitur quod sua doctrina est inutilis illis qui post multa beneficia divina recepta pro ingratitudine labuntur de peccato in peccatum quia de facili resurgere non possunt et ipsi a deo puniuntur de peccatis aliis [illegible] talibus sit [illegible] [illegible] secundum quod [illegible] dum obstinatis et ideo quod scribit primum [illegible] Impius cum in profundum peccatorum venerit contempnit. Inutilis est doctrina apostoli quia non recipiunt eandem per [illegible] et hoc est quod dicit apostolus impossibile enim est eos qui semel illuminati sunt recipientes baptismum sacramentum quod dicitur sacramentum fidei quia illuminat per fidem et hoc semel dicitur quia hoc sacramentum non potest adhiberi homini nisi semel cum non sit iterabile; gustaverunt etiam donum celeste quia in sacramento baptismi confer-

gratia que de celo datur / participes facti sunt
s. b. quia varia dona s. b. datur in ecclesia
que quidem dona fuerunt in xpo perfecte ut
habetur ysaie xj / et in nobis sunt per gratiam
participationem / gustaverunt nichilominus bonum dei ver
bum quia in xpo recepimus non solum
donum s. b. largitorem sed eciam spiritualem
intellectum per gratiam doctrine. Non enim in solo
pane vivit homo sed in omni verbo quod procedit de ore
dei mt iiij° / virtutes quoque seculi venturi vir
tutes iste sunt dotes anime que sunt ap
ta dei visio / firma tencio / continua fruicio /
que habentur in patria perfecte / sed hec animis
perfectis habentur inchoative scilicet in
spe caritate quibus succedunt ille do
tes / habentur eciam aliquando corporali gratia
in quadam dulcedine consolacionis corporis
que conceditur aliquibus viris sanctis in via / do
tes vero corporis non habentur hic nisi
in spe / et quia magna ingratitudo est post
tanta dona beneficia cadere a fide et gratia
ideo sequitur et prolapsi sunt illi scilicet
qui predicta perceperunt rursus renovari ad
penitenciam est impossibile quia ad hoc
refert illud impossibile pro difficili quod
sicut de divinis declarando quod non per multa
quia male cadit difficulter resurgit ad pe
nitenciam non tamen est impossibile simpliciter
quod dicta sunt in via / sequitur rursum cruci
figentes sibimetipsis filium dei quod quidem
est in quantum reiterant causam sue crucifixi
onis / et ostentui habentes quia per hoc vide
tur irridere mortem xpi quasi eam ha
bentes / aliter exponitur ab aliquibus verba
ista ab illo loco et prolapsi sunt etc dicitur
quod apostolus hic removet errorem quorundam
qui de iudaysmo erant conversi ad fidem
catholicam / et ideo sicut apud iudeos ab
luciones et baptismata frequenter fiebant sunt
post conversacionem in pluribus locis ita
opinabantur baptismum xpi posse pluries
reiterari circa eundem hominem ad delen
da eius peccata sed hoc removet apostolus dicens
quod impossibile est eos qui semel illuminati
sunt per baptismum qui est fidei sacramentum
rursum renovari ad penitenciam si lapsi
sunt quia per penitenciam sequentem non sunt
redire ad renovacionem baptismalem [illegible]

Nota.

qui ambulat sic pedibus [illegible] dutes

baptismus est similitudo regeneracionis
et renovacionis ut habetur ad tytum iij
et ideo non dicit apostolus quod sit impos
sibile penitentem renovari non per hoc
quia sacramentum baptismi non est
iterabile sequitur rursum crucifigen
tes sibimetipsis filium dei in baptismo
enim configuramur morti et sepulture
xpi ut habetur Ro. vj quicumque baptizati
sumus in xpo ihesu in morte ipsius bapti
zati sumus consepulti enim sumus cum illo per baptismum
et ideo qui rebaptisantur iterantes baptismum recru
cifigunt quodam modo mortem xpi iterando
et sic derident eam propter quod sequitur
et ostentui habentes hec autem sicut exposita
sunt possibilia pro ut tamen maior videbatur
concordare sic ¶ Terra enim etc. quia
in parte precedenti dixit quod illi qui per
ingratitudinem donorum beneficiorum labun
tur in peccatum quodammodo sit impossibile ad
resurgendum ¶ ideo hic consequenter ad hoc
inducit quoddam exemplum de terra que
multo labore culta est et irrigata
si faciat fructus bonos bene dicitur
¶ si autem spinas et tribulos male di
citur magis quod si non fuisset ita diligenter
exculta ¶ sic est in proposito de homine
dona beneficia recipiente / et ideo in fine
concludit eius consimilem reprobacionem
quia tales ingrati finaliter dampnantur
in gehennam alia littera patet ex dictis ¶ Confidi
mus autem hic consequenter ostendit apostolus
quibus sua doctrina est conveniens et uti
lis / et dividitur in duas partes quia primo proponit
intentum suum / secundo probat propositum ibi non
enim iniustus ¶ Circa primum sciendum quod
[illegible] apostoli possent illis [illegible] habebant
opinionem quod ipsi essent tales sunt in [illegible]
[illegible] doctrine [illegible]
esse / ideo apostolus hoc removet dicens confi
dimus autem de vobis dilectissimi et pro
pius dicit quod vos reputabat esse
aptos ad capiendum perfectam doctrinam
propter quod subdit meliora et viciniora saluti
s. confidimus de vobis tamen et si ita loquimur
[illegible] q. d. non sic loquimur sicut [illegible]
[illegible] / [illegible]

xpi incepta sz ad aeternam futurorum re
efficaciam tales perficiunt. ¶ Pro cuius vir-
tutis hic probat propositum primo ex eorum consta-
tione 2o ex abrahe promissione ibi abra-
he namque. Prima igitur pte dicit sic venerabi-
lis quod confidimus inclinati deuoti
cuius tamen subdit d. vo cum i insig-
ne deus ut obliuiscatur operis vestri i ste
compaciendo vre rdilecionis quam ostendit
in nomine ipsius qui ipse sit ista dilecio
ondit ex fco d. quod ministrastis scis i.
fidelibus xpi necessaria prebendo et
ministris opere caritatis cotidie vere vbus
laudabilis fuit ideo post commendationem
hortatur eos ad virtutis continuacionem dicit
cupimus autem vnumquemque vestrum eandem
ostentare sollicitudinem i. iuuare per effectum
ondente ad expleccionem spei vsque in fi-
nem quia per continuationem boni operis vsque
in finem expleta spes que est certa ex-
spectatio future beatitudinis incipitur consequi
quitur actualiter glorie premium ideo
subditur ut non segnes efficiamini i.
pigri sz vtrosque in bono perficientes sicut
fuerunt sancti patres et hoc est quod dicit
veri imitatores eorum qui fide et pacien-
cia hereditabunt promissiones s hedi-
tatis celestis ¶ Abrahe namque etc hic
consequenter idem probat per promissionem abra-
he factam et diuiditur in tres partes quia
primo ponit illam promissionem 2o ostendit
eius infallibilitatem ibi homines enim per maiorem
3o ex hoc concludit veritatem ibi in
tum ibi ut per duas res ¶ Circa primum
sciendum quod abrahe facta est promis-
sio de bonis temporalibus et eciam
celestibus propter hoc dictum est ei quod
semen eius erit futurum sicut harena
maris et sicut stelle celi et promissionem
illam iuramento firmauit et hoc est
quod dicit abrahe namque promittens
deus bona eterna et celestia eadem confirma-
cionem huius confirmacionis iurauit
per semetipsum qui neminem i. nullum
non habuit per quem iuraret maiorem et in-
uenit subdit dicens nisi benedicens bendi-
cam te etc subaudite efficiet vtique mortem

fecit sic et sic longanimiter ferens i. abra-
ham patienter expectans adeptus est
repromissionem quia tandem consecutus est
gloriam ¶ Homines enim hic consequenter ondit
huius promissionis infallibilitatem. Ad cuius intellectum
sciendum quod dispositio dei eterna inmutabilis
est que est idem quod eius consilium ideo
inspiracio spiritum aliquid denunciat put hz
esse in diuino consilio inmutabile est ut re
tractatur et hoc modo i. Ps. xv. Et alibi
consequentibus porro tamen hoc non ideo
pertinet nec penitudine flectetur si autem
inspiratio spiritum aliquid denunciat cum ex
generali inclinatione non tamen put est diuino con-
silio sed sicut subiectio naturarum ¶ Tunc
non hoc sibi retractatum sicut subiectio natu-
rarum a deo predicta propter primum non sunt
retracta et hoc est quod dicitur Ier. x
viii repente loquar aduersus gentem
et aduersus regnum ut eradicem et destruam
et disperdam illud etc. Si penitenciam egerit gens
illa a malo suo agam et ego penitenciam
super malo quod cogitaui ut facerem ei etc.
talis comminatio est summa dei ideo dixerunt
doctores non quod summa eius sibi mutatur
non tamen eius consilium. Nunc autem ita est
quod quando aliquis inspiratus spiritu aliquid denun-
ciatur a deo subiunctione illud procedit
ex diuino consilio ideo promissio facta
abrahe fuit infallibilis ex duobus primo
racione diuini consilii ex quo procedit quod im-
mutabile est et ex adiectione iuramenti dum per ipsum
confirmatur ¶ Ad cuius euidenciam attendendum est ad
litteram homines enim per maiorem sui iurant
quia confirmatio alicuius rei non est nisi
per aliquid certius et stabilius propter hoc dicit philosophus
primo methaphysice quod antiqui posuerunt ipsum
principium eorum quod dixerunt ipsum esse in
iuramentum deorum et omnis controuersie eorum finis
et iuramentum quia sancta homini sunt fallacia
ideo ad confirmandum opus eorum adiciunt
veritatem infallibilem que in iuramento
adducitur intestem. In quo i. in iuramento abra-
he facto habundancius volens deus ostendere
pollicitationem heredibus quia facta est abra-
he per se et heredibus suis inmobilitatem con-
silii sui interposuit iusiurandum per hoc enim
ex habundanti ad immobile ondit erit eius sua

p hoc quod precedebat p divino consilio iura-
mentum additum firmavit cum p ha-
bundanti pus fe ipius abrahe fuit adi-
tum ut habetur gen xxii ¶ Ut per duas res
ref hic p dcas concludit apostolus intentio-
nem dicens quod illi qui sunt de semine
abrahe si fuerint imitatores fidei ipsius
habitudinaliter quam promissione abrahe
factam p dcm modo firmatam et hoc est quod
dicitur hic per duas res immobiles scilicet
divinum consilium et eius iuramentum quibus
impossibile est mentiri deum fortissimum
solacium habeamus id est securi simus de op-
tinendam promissione quia sumus imitatores
abrahe propter quod subditur qui confugimus
scilicet per baptismum ad xpm per quem adimpletur
promissio abrahe facta ideo sequitur ad te-
nendam propositam spem id est eternam glorie
expectacionem quam sicut anchoram habemus
anime tutam ac firmam ¶ Sicut enim ancho-
ra materialis tenet navem immobilem inter
fluctus maris ita spes tenet animas
inter fluctus varie et multiplicis temp-
tacionis verumptamen ipsa spes habet contrari-
um modum figure respectu anchore materialis
quia ipsa anchora materialis per hoc quod
figitur terre dat firmitatem navi anime
autem nec non possunt interius stabiliri ideo
oportet quod anchora fidei figatur in loco
contrario scilicet in celo et hoc est quod
subditur et incedentem usque ad interiora vela-
minis id est ad portam celestia que sunt nobis
velata ad que locum ascendit xpus ut
ibi figeretur anchora nostra quia per hoc habe-
mus firmam spem veniendi ad gloriam
et hoc est quod subditur ubi precursor pro
nobis introivit ihesus pontifex in eternum
factus secundum ordinem melchisedech. hoc autem subditur
apostolus quia primus loquutus fuerat de pon-
tificatu xpi et interposuerit aliquam ad ex-
citacionem audiencium et sic convenienter rever-
titur ad suum propositum scilicet ad loquendum de pon-
tificatu xpi de quo adhuc loquitur capitulo
sequenti ¶ Ad cuius maioris evidenciam dicti in
hoc capitulo ¶ Queritur utrum in adultis
post baptismum penitencia habeat locum et arguitur
quod non quia sicut baptismus habet efficaciam a passione

xpi ita et penitencia sed baptismus non potest
iterari ergo nec etc ¶ Item similis ratio
que fit per penitenciam signata est per corpora-
les curaciones quas xpus operatus est
sed xpus non legitur aliquem bis curas-
se igitur etc ¶ Contra est eius et dia-
nus magnitudine eius sit et miseri-
cordia eius sed magnitudo dei infinita est
ergo et eius misericordia ergo non semel sed
tociens quociens recipit revertentem
ad penitenciam etiam post baptismum
¶ Ad in hac questione fuit heresis
novaciani dicentis enim illius quod dicitur
est in capitulo precedenti Impossibile est
eos qui semel illuminati sunt etc
per quod intelligitur baptismus ut dictum
est sequitur et prolapsi sunt rursus re-
novari ad penitenciam ¶ Recipit quidem
fuerit rennuis nove novacianus quod non
potest resurgere ad penitenciam post
baptismum sed hoc falsum est et erroneum et
quod dicit anathasius in epistola ad se-
rapionem et probat per scripturam pellere corin-
thium incestuosum de quo loquitur
apostolus primo ad cor. v. qui tante crude-
litatis erat quod uxorem patris sui ha-
bebat propter quod iussit eum tradere
sathane affligendum ut spiritus eius
salvus fieret in die domini ihesu xpi et
ibidem dicitur quod non esset vivus nisi pe-
nitencia ibi haberet locum ¶ Iste de illo con-
scribitur 2a cor 2o quod de mandato apostoli
fuit iterum receptus ad sacramenta fidelium
per hoc patet quod penitencia habet locum in adultis
post baptismum ¶ Item paulus apostolus sci-
ens galatas qui post recepcionem fidei
et baptismi fuerint recepti et lapsi
apostolus ad gal iiii° filioli mei quos iterum
parturio donec formetur xpus in vobis
ex quo patet quod recepit eos ad penitenciam
post baptismum possunt ... error novaciani per
racionem ... impugnari sed hoc dimitto
quia hoc habetur tractatu in ... sententiarum
¶ Error autem contrarius fuit error ori-
genis qui nimis laxavit penitenciam sicut
novacianus nimis restrinxit dicit quod non solum
habet locum penitencia tociens quociens in vita presenti

sed causa habet locum in futuro quia dicit demones et dampnatos post tempus aliquod ad gratiam et gloriam venire sed est contra rationem et scripturam sacram. Eandem cum ratione videretur quod ubi posset cadere aptitudo et quod dampnati venientur ad dampnationem primam ante est errorem g° et iterum ¶ de scripturam eadem modo loquitur de duratione dampnationis et aptitudinis mt. xxv. ibunt hii in supplicium eternum iusti autem in vitam eternam. multa causa absurda alia continet errores plures que dimitto propter prolixitatem et quia sufficienter tractatur a doctoribus ii° et iiii° sententiarum ¶ Fides autem katholica inter duos errores predictos tenet medium sed quod mouit nouatum ad dictum contrarium exponendum est sicut supra expositum ¶ Sed contra errorem origenis tenet fides katholica quod post vitam illam non habet locum penitentia quia amplius non peccant sed in tanto ¶ Ad argumentum primum in contrarium dicendum quod non est simile de baptismo qui imprimit caracterem in anima qui quidem indelebilis et ideo baptismus non est iterabilis penitentia autem caracterem non imprimit ideo etc. Ad 2m dicendum quod non oportet omnino eandem similitudinem esse inter figuram et figuratum et ideo sed antea corporalis non fuit reiterata cum eundem hominem pluries non propter habere quidem hoc fuit sicut quia multa fecit Christus que non sunt scripta ut habetur Joh. ultimo

Hic enim melchisedech quibusdam inpositis ad excitandum audientes hic apostolus vertitur ad suum propositum scilicet ad probandum excellentiam sacerdotii Christi et dividitur in partes quia primo ostendit excellentiam huius sacerdotii respectu sacerdotii leuitici ¶ 2o ostendit quod fideles debent huic sacerdotio reverenter subdi 2a pars incipit in medio decimi capituli ibi habentes itaque fratres fiduciam ¶ Circa primum ostendit quod primo ostendit excellentiam sacerdotii Christi respectu leuitici ex parte persone sacerdotis 2o ex parte sui officii 3o incipit in principio bus. ibi. tam autem etc. adhuc primo ostendit excellentiam sacerdotii Christi per auctoritatem divinam 2o ostendit huius sacerdotii necessitatem ibi talis enim decebat ¶ Circa primum advertendum quod apostolus probat propositum suum per auctoritatem psalmi cix iuravit dominus et non penitebit eum etc. Unde circa ostendit ad suum propositum probandum primum est illud quod in auctoritate ista ponitur tu es in ordine melchisedech 2m est illud quod dicitur ibi iuravit dominus etc. 3m est illud quod ponitur tu es sacerdos in eternum. unde dividit in tres partes in quibus tria predicta prosequitur 2a incipit ibi ceterum cum in ... 3a ibi et alii quidem plures etc. ¶ Circa primum tria facit primo declarat similitudinem ipsius melchisedech ad Christum cuius fuit figura 2o ostendit excellentiam ipsius melchisedech ibi intuemini autem ¶ 3o ex hoc concludit principale intentum scilicet excellentiam sacerdotii Christi respectu sacerdotii leuitici ibi ¶ Si ergo consummatio. Prima ad huc in d. quia primo ponit conditiones melchisedech 2o per hoc concludit similitudinem eius ad Christum sicut figure ad figuratum ibi assimilatus autem. Prima in d. quia primo ponit ipsius melchisedech multiplicem conditionem 2o ponit eius interpretationem ibi primum quidem ¶ Circa primum describendo conditionem melchisedech primo ponit eius regiam dignitatem dicens hic enim melchisedech rex salem dicunt autem hebrei quod ipse fuit sem filius noe primo genitus et erat tunc etatis ccc° xc annorum salem autem in qua ipse idem est quod ierusalem quia illam civitatem ipse sem primo edificavit et ... regnavit ut dicit ysidorus libro xv ethimologiarum alii autem dicunt quod salem ubi baptizabat Joh. ut habetur ¶ Joh. iii ¶ 2o ostendit apostolus eius dignitatem sacerdotalem dicens sacerdos dei summi et additur hic scilicet dei summi ad ostendendum quod non erat sacerdos ydolorum quia ydolatria tunc temporis vigebat per totum mundum et quia ad ipsum pertinebat offerre deo sacrificia ideo offert pro spiritualia ideo occurrit abrahe de victoria veniente et benedixit ei et hoc est

de decimis

quod subditur qui obviavit abrahe regresso
a cede regum benedixit ei et hec habetur
gen. xiiii. et quia ille qui confert spiritua-
lia debet accipere ab ipso temporalia ideo abra-
ham dedit ei decimas de preda et hoc est
quod dicitur cui et decimas omnium divisit
abraham per hoc eum ostendebat se imperfectum respectu
melchisedech quia ei dabat decimam partem
que signat perfectionem eo quod unus denarius est pars
suis sibi autem retinebat novem partes que
signant imperfectionem. Primum quidem hic consequenter
apostolus interpretatur quod dictum est de melchi-
sedech et quod nomen eius interpretatur rex
iustitie melchi enim idem est quod rex se-
dech autem idem quod iustitia. Salem vero
interpretatur pax et ideo per nomina predicta intel-
ligitur quod melchisedech regnabat in
pace et iustitia. Ista enim duo se concomitantur
sicut quod dicitur ysaie xxxii et erit opus
iustitie eius pax et hoc est quod dicitur
primum quidem qui interpretatur rex iustitie
ratione sui nominis deinde autem rex salem quod
est rex pacis quod designatur ex loco sui
regiminis. Sequitur sine patre sine matre
sine genealogia neque initium dierum neque vite
finem habens. per hoc non est intelligendum quod
melchisedech istis caruit sed quia de istis
mentionem scriptura non facit quia non loquitur
de patre eius nec matre nec de principio vite
eius vel fine. Et per hoc videtur quod dictum
hebreorum sit falsum qui dicunt eum fuisse
sem filium noe quia scriptura describit pa-
trem et matrem ipsius sem et ipsius genealo-
giam. Vel adhuc potest dici quod scriptura
de predictis non loquitur hoc nomine melchise-
dech quo arguit apostolus et hoc sufficit ad ratio-
nem figure quod frequenter describit assignatur in
pluribus. Assimilatus autem filio dei. dicit apostolus
ipsum melchisedech fuisse similem christo tamquam fuisse
figuram. primo ratione nominis quod interpretatur
rex iustitie 2o ex loco regiminis quia dicitur
rex salem id est rex pacis et ista duo perfecte con-
veniunt christo unde quod dicitur ps.o lxxi
Orietur in diebus eius iustitia et habun-
dancia pacis donec auferatur luna quod
non potest intelligi de pace temporis salo-
monis solum quia ista pax duravit ut
habetur iii Regum sed intelligitur de pace et
iustitia per christum data. Alia etiam que scripsit
de melchisedech sine patre et sine matre et cetera perfecte

christo conveniunt quia sine patre est in
natura humana et sine matre in natura
divina. Et sine principio et sine fine
dierum et sine genealogia quia christi ge-
neratio in natura divina eterna est et
enarrari non potest unde quod dicitur
ysaie liii generationem eius quis enarrabit
et ideo dicit apostolus assimilatus autem filio
dei. Sequitur melchisedech manet sacerdos
in perpetuum non quia sacerdotium melchise-
dech fuit simpliciter perpetuum sed quia scriptura
non loquitur de principio et fine sui sacer-
dotii nec de successione eius et per hoc signifi-
cavit christi sacerdotium quod est simpliciter
perpetuum. Intuemini de scriptura sicut ne
ipsius melchisedech ad christum hic consequenter
apostolus probat sacerdotium melchisedech fu-
isse excellentius quam sacerdotium leviticum
et dividitur in duas partes quia primo probat
propositum 2o removet quoddam dubium ibi
ut dictum sit. Primo facit tres rationes quibus propositum
probat per tres rationes 2a ibi et hinc qui hu-
miliabit 3a ibi et hic quidem decimas.
Prima ratio talis est. Ille qui accipit de-
cimas ab alio maior est illo quia sicut
iam dictum est. Ille qui dat decimas per
hoc ostendit se imperfectum respectu illius qui
accipit sed melchisedech accepit decimas
ab abraham ut habetur gen. xiiii. ergo
fuit maior abraham et per consequens eius
sacerdotium fuit maius quam sacerdotium levi-
ticum quia levi descendit ab abraham
et fuit minor eo. quod autem est minus
minore est minus maiore et hoc est quod
dicitur Intuemini autem id est diligenter con-
siderate quantus sit hic id est melchisedech cui
et decimas dedit de precipuis abraham pa-
triarcha id est princeps patrum et per consequens mel-
chisedech fuit maior quam levi et quam
alii patres ab abraham descendentes. Sed
videtur alicui quod istud argumentum non
valeat quia si aliquis est maior patre
suo non propter hoc sequitur quod sit ma-
ior filio sic autem arguitur in proposito
igitur etc. Dicendum quod in nova lege sa-
cerdos habet dignitatem quam non ex
dignitate prima ideo ille qui est maior
patre suo non propter hoc est maior filio
sed dignitas sacerdotii levitici procedebat

ex dignitate paterna propter hoc nullus
alterius tribus admittebatur. Videbis
sequitur argumentum. ¶ Et consequenter argu-
mentum per illud quod sequitur: et quidem
de filiis Levi etc. ¶ Ad cuius intellectum
sciendum quod levite generaliter recipie-
bant decimas a reliquo populo Israel. Sub
levitis autem illi qui erant maiores aliis
tribubus videlicet sacerdotes filii Aaron
non solum accipiebant decimas ab aliis
levi a populo sed etiam de parte levitarum
recipiebant decimas que vocabantur deci-
me in signum quod sacerdotes erant
maiores simplicibus levitis. Ergo a pari vel
Melchisedech maior fuit Abraham
a quo accepit decimas et per consequens maior
ipso Levi qui descendit ab eo et sic idem
quod prius. Et hoc est quod dicitur: Et
quidem de filiis Levi generaliter accepit
sacerdotium accipientes et per consequens erant
maiores mandatum habent decimas su-
mere a populo secundum legem et cetera. In die populi
non solum intelligitur alie tribus sed
tamen hoc simplices levite comprehenduntur id est
a fratribus suis quamquam et ipsi exie-
runt de lumbis Abrahe. Et in Melchise-
dech cuius generatio non annumeratur in eis quia
scriptura non facit mentionem de patre et
matre et de genealogia eius, ut supra
dictum est, decimas sumpsit ab Abraham
sicut maior a minore. ¶ Et hunc etc. Hic
ponitur secunda ratio que talis est: benedicens
maior est eo cui benedicat quia bene-
dicens ut dominum talem qui bene-
dictionem ab eo recipit sed Melchisedech be-
nedixit ipsum Abraham ut habetur
Genesis xiiii ergo fuit maior eo. Et in hoc
patet magna excellentia ipsius Mel-
chisedech qui benedixit eum cui facta
erat repromissio de Christo et hoc est quod
dicitur: Et hunc id est Abraham qui ha-
bebat repromissiones benedixit ipse Mel-
chisedech. Sine ulla autem contradictione
id est generaliter verum est quod minus a maiore
benedicatur maiore ex illis que sunt
non dignitate minus idem est esse mi-
nus quam melius. ¶ Et hic quidem. Hic poni-
tur tertia ratio que talis est: ille qui semper vivit
maior est eo qui moritur sed Abraham

mortuus et sacerdotes veteris legis erant
mortales, non sic autem Melchisedech ergo
maior est Abraham et sacerdotium eius ma-
ius sacerdotio levitico. Et hoc est quod di-
citur: Et hic quidem id est in statu legis Moysi mo-
rientes homines decimas accipiunt id est sacer-
dotes qui sunt mortales. Ibi autem hoc est
in ipso Melchisedech contestatur scilicet scriptura
quia vivit. Sed ista non est intelligenda sicut
intellexerunt aliqui heretici quod ipse
Melchisedech fuit immortalis sed hoc dicit
quia scriptura non facit mentionem de morte
eius sicut facit de morte Abrahe et aliorum
veteris testamenti et hoc sufficit ad rationem
figure que debet assignari de speciebus sub
simili auctoritate. Unde Melchisedech per hoc
quod de morte eius non fit mentio in scriptura
sufficienter fuit figura Christi sacerdotis novi
testamenti qui vivit in eternum. ¶ Et ut ita
removeat quandam dubitationem circa predicta quia
rationes sic processerunt ex hoc quod Abra-
ham dedit decimas ipsi Melchisedech.
¶ Et posset aliquis dicere licet Abraham
fuit decimatus non propter hoc sequitur
quod Levi decimatus fuit. Hoc removet
apostolus dicens quod uno sequitur ex Levi
et omnes qui de Abraham descenderunt
adhuc erant in lumbis Abrahe quando
dedit decimas Melchisedech unde Levi
in Abraham decimatus est et hoc est quod
dicitur: ¶ Et ut ita dictum sit, id est sequitur
ex dictis quod per Abraham ipse Levi de-
cimatus est qui etiam decimas accepit et
alii de tribu Levi acceperunt decimas a
reliquo populo Israel. Adhuc enim in lumbis
patris id est Abrahe a quo tunc accepit deci-
mas. ¶ Si autem aliquis ex dictis arguat
quod Christus decimatus fuit in Abraham
quia descendit de eo, dicendum quod non valet quia
descendit de Abraham secundum corpulentam
substantiam tamen sed non secundum rationem seminalem
unde non fuit decimatus in eo quia non
fuit conceptus ex semine viri sed virtute spiritus sancti
et hoc habet diffusius tractari in iii sententiarum
propter quod ad presens dimitto. ¶ Si ergo consumma-
tio. Hic procedit probat apostolus sacerdotium Christi
esse excellentius sacerdotio levitico ratio-
ne ipsius et hoc quod est secundum ordinem Melchis-

secundum quod dicitur c ix psalmo ubi dicitur de xpo
tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchi-
sedech ut supra dictum est primo capitulo et dimissis
id est preter secundum duas rationes et incipit ibi
Et amplius adhuc secundum manifestum ¶ Ad evi-
dentiam prime rationis notandum quod sacerdotium
non est sine lege secundum quod dicitur in glossa
propter quod et lex vetus administrata fuit
populo per sacerdotes veteris legis et similiter lex no-
va per sacerdotium xpi ideo lex et sacerdotium se consequun-
tur ita quod mutato uno et aliud mu-
tatur. Ex quo patet quod cum scriptura di-
catur psalmo cix quod sacerdotium xpi debe-
bat surgere secundum ordinem melchisedech qui
est alius ordo ab ordine levitico quod
sacerdotium leviticum fuit imperfectum aliter
non esset necessarium ymmo superfluum surgere
sacerdotium secundum ordinem alium ideo sacerdoti-
um leviticum cessat adveniente sacerdotio
xpi sicut umbra adveniente veritate
et imperfectum adveniente perfecto eodem modo
lex vetus adveniente nova quia lex et
sacerdotium pari passu currunt et hoc est quod
dicitur hic Si ergo consumatio id est perfectio per sa-
cerdotium leviticum erat ipsum non esset necessa-
rium aliud sacerdotium cuius causa subdit
propter eum sub ipso id est sacerdotio levitico legem
accepit in monte Synai ut patet Exo. xix
¶ Si ergo illud sacerdotium fuisset perfectum quid
adhuc necessarium fuit secundum ordinem melchi-
sedech alium surgere sacerdotem et non secundum
ordinem aaron sed secundum ordinem alium q. d.
non fuisset utile ideo cum hoc non ap-
pareat ex scriptura ps. c ix que dicit
surgere sacerdotium xpi secundum ordinem melchise-
dech per hoc manifeste patet quod sacerdotium levi-
ticum vel aaronicum quod idem est eva-
cuatur per sacerdotium xpi et per consequens lex ve-
tus que est sacerdotium concomitans et hoc est
quod subditur translato autem sacerdotio neces-
se est ut legis translatio fiat quod autem
sacerdotium veteris testamenti sit translatum de-
clarat ulterius apostolus per hoc quod xpus
a quo incipit sacerdotium novi testamenti
non fuit de tribu levi de qua erant sacerdo-
tes sed de tribu iuda de cuius sacerdotio loquitur
lex et hoc est quod dicit ¶ In quo enim hec
dicuntur id est in xpo de quo predicta scriptura loquitur

dicitur de alia tribu est id est de tribu iuda
de qua nullus altari presto fuit admini-
strandum ut sacerdos manifestum enim est
et cetera patet litera ¶ Et amplius hic ponit
secundam rationem que talis est necesse est surgere
alium sacerdotem ut patet per rationem predictam
ergo necesse fuit surgere aliam legem quia
sacerdotium et lex pari passu currunt
unde sicut sacerdotium illud consistebat
in quibusdam sacrificiis carnalibus sic
etiam lex promittebat bona carnalia lex
autem nova promittebat bona spiritualia
et eterna ideo lex vetus et eius sacerdotium
evacuabatur sicut quedam imperfecta et
infirma et hoc est quod dicit apostolus
Et amplius adhuc manifestum est
id est alia ratione patet propositum si secundum simili-
tudinem melchisedech exsurgit alius
sacerdos qui non secundum legem mandati carna-
lis factus est id est institutus sicut erant in-
stituti sacerdotes veteris legis sed secundum virtutem vite inso-
lubilis id est eterne quod declarat per scripturam
dicens contestatur enim ipsa scriptura
de xpo tu es sacerdos in eternum et cetera propter
quod sequitur reprobatio quidem id est eva-
cuatio fit precedentis mandati id est veteris legis
que fuit prior nova ordine temporis non
tamen ordine dignitatis quia imperfectum pre-
cedit perfectum in tempore et subdit causam
evacuationis propter infirmitatem eius et
inutilitatem dicitur enim lex vetus in-
firma quia non poterat inducere ad
beatitudinem que est finis legis divine
dicitur etiam inutilis quia non conferebat
gratiam habebat utilitatem tamen in
quantum retrahebat ab ydolatria et dis-
ponebat ad xpum sicut eius figura
et propter hoc subdit nichil enim ad perfectum
adduxit lex quia non conferebat per-
fectionem gratie et glorie sed hoc reservatur per-
fectioni legis nove que confert utrumque
et hoc est quod subditur Introductio
vero melioris spei per quam proximamus ad
deum ¶ Et quantum est ostensa excellentia
sacerdotii xpi ad sacerdotium leviticum per
illud quod ratione premissa dicit secundum ordinem

melchisedech. hic consequenter ondit quod
ibidem dicitur. Juravit dominus et distinguit
sic illud quod statuitur sub iuramento
firmius est quam illud quod statuitur sine iu-
ramento. unde et iuramentum divinum signum
est certissimum sui consilii quod est immutabile
ut dictum est capitulo vi. sacerdotium autem Christi in-
stitutum est a deo sub iuramento ut patet per
scripturam psalmo cix. Juravit dominus et non pe-
nitebit eum. tu es sacerdos in eternum etc.
Sacerdotium autem leviticum sine iuramento in-
stitutum est a deo ut patet Exodo xxviii
ubi dicitur. sic applica Aaron fratrem tuum
cum filiis suis de medio filiorum Israel ut sa-
cerdotio fungantur michi etc. ibi nullum
interponitur iuramentum divinum. ergo sacerdotium
Christi firmius et excellentius est sacerdotio le-
vitico. et hoc est quod dicitur hic. et quantum
est. hoc non sine iure iurando sacerdotes. Et
sunt. scilicet in veteri lege. hic autem i. Christus
cum iure iurando institutus est per eum. i. per
patrem qui dicit ad illum. Juravit dominus
etc. et quia sacerdos medius est inter deum
et populum referens populum in deum et beneficia dei
ad populum. ideo quanto melius est sacerdotium
Christi tanto meliora beneficia per ipsum promit-
tuntur populo. et hoc est quod subditur. In
tantum meliores testamenti. i. meliorum bonorum
et eternorum quia nomine testamenti designatur
aliquod bonum quod dicitur pro testamento. testamentum
autem novum promittit bona celestia et
eterna quod ipse est testamentum Christi. ideo
sequitur. sponsor factus est Jhesus. in veteri
autem lege non promittebatur nisi bona
carnalia que mentem hominis non quie-
tant. ¶ Et alii quidem hic consequenter
probat sacerdotium Christi excellere sacerdotium le-
viticum per hoc quod dicitur in autem.
psalmi premissa de Christo tu es sacerdos in eter-
num. et dividitur in duas. quia primo facit quod
dictum est. 2o ex hoc concludit efficaciam sacerdotii
Christi ibi. Unde et salvare. ¶ Circa primum scien-
dum quod illa que sunt corruptibilia
in eodem multiplicantur in eadem specie ut patet
in homine. Illa autem que sunt incorrupti-
bilia non sic multiplicantur sicut patet
quod est unicus sol et unica luna. In sacerdotio autem
levitico fuit pluralitas sacerdotum propter

mortem succedentes. quia eleazar successit
aaron. et phinees ipsi eleazaro. et sic de
aliis. In sacerdotio autem Christi est unicus tantum summus
sacerdos Christus. alii autem omnes non sunt nisi
ministri eius. quod dicit apostolus primo ad corin. iiii
Sic nos existimet homo ut ministros Christi
etc. ex quibus patet quod sacerdotium leviticum
fuit corruptibile et transitorium. sacerdotium vero
Christi incorruptibile et eternum. et ideo autem
excellentius est corruptibili etc. et hoc
dicitur sicut et alii quidem plures facti sunt
sacerdotes in veteri lege et causa subditur. ideo
scilicet propter hoc quod morte prohiberentur permanere
quia essent corruptibiles. hic autem i. Christus
eo quod maneat in eternum sempiternum habet sa-
cerdotium. Unde et salvare. hic concludit
efficaciam sacerdotii Christi. Christus cum eternus non
potest esse causa temporalis sed tantum eterne
eterna. et ideo Christus qui est sacerdos eternus
potest dare salutem eternam. et hoc est quod
dicitur. Unde et salvare in perpetuum potest. non
duo autem propter hoc facit. est excellentia
et pietatis habundantia. primum patet quia licet
habeat naturam humanam per quam distat a patre
est tamen unica natura divina per quam indistans
est ab eo hoc tangit cum subdit. ¶ Accedens
per semetipsum ad deum. accedere enim ad aliquem
quod non convenit nisi ei qui aliquo modo distat
ab eo. Christus autem distat a patre per huma-
nam naturam. divinam tamen et hoc non competit
ei accedere ad patrem ... quia habet
eandem naturam cum patre. ideo accedit per
semetipsum. hoc autem non potest competere
alicui pure creature. et quia in Christo est ex-
cellentia nature divine sequitur quod semper
vivit quia vita divina est eterna. et hoc
est quod dicit semper vivens. excellentia
autem pietatis tangitur cum subditur ad
interpellandum pro nobis. quia licet sit tante
excellentie ut dictum est tamen ex sua pie-
tate est advocatus noster. sicut quod dicitur Jo-
hannis advocatum habemus apud patrem
Jhesum Christum. interpellat autem pro nobis et primo
quod pro nobis assumpsit ipsam humanitatem. Secundo
in animo ipsam [illegible] desiderium de nostra
salute exprimendo. ¶ Talis enim postquam ondit
sacerdotii Christi excellentiam hic consequenter ondit
eius utilitatem ... ei necessarium est ad excellens

[illegible] ad sacerdotes ve[teris] legis

imperfectionis sacerdotii. Sacerdotium autem leviticum est imper-
fectum et ideo necessarium fuit sacerdotium Christi quod
est perfectum. Et ideo ostendit primo quod quicquid
perfectionis fuit in sacerdotio levitico totum est
excellentius in Christo. 2° quia ab eo excludit
quicquid erat ibi imperfectionis, qui non habet ne-
cessitatem. ¶ Circa primum sciendum quod in sacer-
dotibus veteris legis requirebatur sanctitas ut ha-
betur Levitici xxi: panes Dei sui offerunt,
ideo sancti erunt. Requirebatur etiam innocentia
Levitici xxi: homo de semine Aaron sacerdotis
qui habuerit maculam; custodiebat populum
meum ut non polluerent peccata. Innocentia e-
nim puritatis aliquando requirebatur etiam impollutio
Levitici xxi: homo de semine Aaron sacerdotis qui
habuerit maculam non accedat offerre etc. Item
requirebatur segregatio a commixtione Levitici
xxi: non commisceat stirpem generis sui vul-
go gentis sue. Ista autem perfectissime
fuerunt in Christo et hoc est quod dicitur in
textu: Talis enim decebat ut nobis esset pontifex sanctus,
quia ab instanti conceptionis fuit sanctus.
Sanctum enim idem est quod applicatum ad di-
vina, propter quod etiam res inanimate si ad
divinum cultum applicantur dicuntur sancte sicut
calix, altare et consimilia. Humanitas vero
Christi ab instanti fuit Deo applicata et
unitate suppositi que est maxima applicatio.
Innocens hoc etiam maxime competit Christo
qui peccatum non fecit nec inventus fuit do-
lus in ore eius ut habetur prima Petri ii. Impol-
lutus id est sine corporali deformitate. Talis
deformitas causatur vel a causa intrinseca
scilicet ex defectu virtutis formative vel ex defectu
materie per quem modum contingit in nostra
et humana natura. Neutrum habuit locum
in Christo quia corpus eius fuit formatum
virtute Spiritus Sancti que est infinita, materia de
qua corpus fuit purissimus sanguis
beate virginis. ¶ Aliquando causatur deformitas
a causa extrinseca scilicet quod aliquis propter peccatum suum
punitur in manu vel pede vel oculo quia
malo iudice aliquis perdit oculum vel pedem
vel manum, quod in Christo non habuit locum
ut patet. Segregatus a peccatoribus. Contra
hoc videtur statim de Christo quod dicitur Matthei
ix: discumbente Ihesu in domo ecce multi
publicani et peccatores venientes discumbebant
cum Ihesu et discipulis eius. ¶ Dicendum quod Christus

venit tamquam medicus peccatorum et ideo non
debuit segregari a peccatoribus quantum ad
cohabitationem et ideo legitur cum peccatoribus
comedisse et bibisse tamquam clementissimus
medicus eis condescendisse propter eorum sa-
lutem. Fuit tamen segregatus a peccatoribus
quantum ad participationem cum eis in peccato
quia talis segregatio erat virtuosa et
saluti nostre accommoda, non sic autem seg-
regatio prima. Et excelsior celis factus quo-
rum divina natura excellit omnem crea-
turam. ¶ Qui non habet necessitatem. Hic
consequenter excludit a Christo imperfectionem
que erant in sacerdotibus veteris testa-
menti. Erat enim imperfectionis quia sacerdos
veteris testamenti non solum offerebat
hostiam pro peccatis populi in die expiationis
sed etiam cum hoc offerebat vitulum
pro peccatis suis. Item imperfectionis erat quod
fiebat non tantum semel sed pluries quia
una oblatio non sufficiebat pro omnibus
peccatis propter sui imperfectionem. ¶ Christus autem unam
tantum hostiam scilicet corpus suum in cruce non
tamen pro peccatis suis sed tantum alienis ob-
tulit. Et hoc est quod dicitur hic: Qui
non habet cottidie necessitatem etc. usque ibi
Lex enim homines constituit sacer-
dotes infirmitatem habentes, id est peccatores, non solum peccan-
dum et sic peccabant aliqui sicut
alii homines. Non sic autem Christus. Propter
quod dicit: Sermo autem iurisiurandi qui
post legem est filium in eternum perfectum, id est di-
vinum. Verba loquens de sacerdotio Christi consti-
tuto in iuramento dictum est ut supra dictum est
ostendit quod filius Dei est constitutus
sacerdos non etc. quod est dignitatis. Adhuc
ad evidentiam illius verbi quod habitum
est in hoc capitulo quod minor est a meliore
benedicitur videtur quod hoc non sit uni-
versaliter. Primo quia papa consecratur ab episcopo
Hostiensi et tamen papa maioris dignitatis
existit per electionem tamquam consecratur.
Item archiepiscopus consecratur a suis suffra-
ganeis qui sunt minores. Contrarium est
auctoritas apostoli quod dicit aliud esse sine
ulla contradictione. Dicendum quod circa hoc erra-
verunt quidam heretici qui nominabantur pau-
peres de Lugduno quia cum quilibet ministri ma[li]

est quantumcumque peccatore ideo dixerunt quod
sacerdos peccator non potest benedicere iusto
cum puro layco. Sed contra quilibet iustus
cum puris laycis est sacerdos verus et
nullus alius. Sed hic error est nimis
periculosus quia si status ministri sit de
necessitate sacramenti nulla est certitudo in
sacramentis ecclesie quia nullus scit certitudinaliter
se esse in statu gracie et multo minus potest
hoc scire de alio per consequens de nullo
sciretur utrum esset baptizatus vel non
nec de quocumque sacramento esset aliqua
certitudo. Et ideo dicitur quod cum ali-
quis agit in virtute propria tunc queritur
de ipso quis vel qualis sit quia eius
bonitas vel malicia variat operacionem.
Sed qui agit solum in virtute
alterius non variat bona cum elemosina datur
a bono domino per malum servum et eodem modo
deus confert bonum et verum sacramentum per
malum ministrum. Ideo dictum apostoli verum
est scilicet quod minor a maiore benedicitur. Et quilibet
institutus minister christi maior est
quantumcumque alio iustum homo est vel peccator.
Sed adhuc una est obiectio de sacerdote
corpus christi consecrante et non videtur
quod sacerdos aliquo modo sit maior ipso. Dicitur
quod sacerdos consecrat ipsum materialiter quia ma-
ior est christus ante nichilominus deus con-
secrat corpus suum et sic patet propositum.
Quod ad argumentum dictum quod patet de episcopis
electis cum in papam sublimatur se bene-
dicit nichilominus est homo episcopus hostie in
quantum est minister dei et eodem modo archi-
episcopus suis suffraganeis etc.

Capitulum autem sequens quod dicitur
Omnis namque apostolus ostendit eminen-
ciam sacerdocii christi ... sacerdo-
cii excellentia et hoc racione persone sacerdotis,
autem idem ostendit racione officii sacerdota-
lis. Et dividitur in duas partes quia primo
ostendit hoc in generali, secundo magis in speciali
ibi incipit capitulum apostoli nonum habuit
quidem etc. Prima in duas quia primo ponit in-
tentum, secundo probat ibi cum omnis pontifex.
In prima parte ponit intentum suum circa
quod duo primum est modus dicendi, dicitur
quod intendit hic precedentia summare et
hoc est quod dicitur capitulum autem super eo quod

dicuntur capitulum cum dicatur capitulum a capite et
sicut in capite totaliter continetur quod
est in corpore non tamen formaliter et explicite ita
de capitulo capitulatis dicatur cum aliquid summa-
rie dicitur tractatum. Secundo in quo ponim-
tur sua intencio est respectu dicendorum
quia intendit dicere de dignitate huius pontificis,
cuius dignitas consistit in natura
excellencia in qua est equalis patri et
hoc est quod dicitur talem habemus pontificem
qui sedet in dextera sedis magni-
tudinis id est patris cui appropriatur magnitudo et
in potencia in divinis. Sedere enim ad dexteram
patris implicat equalitatem filii ad patrem
ut supra dictum est primo capitulo. Et quia officium
pontificis est custodire sacra ideo subditur
sanctorum minister christus cum in quantum homo
est minister sacrorum sed in quantum deus
est auctor eorum. Sacra autem sacra sunt gracia
in presenti, gloria in futuro, que non pote-
runt administrari in tabernaculo veteri le-
gis tamen prefigurari. Propter quod subditur
et tabernaculi veri quod fixit deus
et non homo. De hoc tabernaculo dicitur
psalmo xiiii Domine quis habitabit in
tabernaculo tuo aut etc. Istud tabernaculum
non est factum ab homine sicut fuit
tabernaculum moysi quod fecit bezeleel
sicut habetur in exodo. Omnis enim po-
tifex etc. hic consequenter probat et
dividitur in tres partes quia primo ostendit
quod christus est minister aliquorum sacrorum,
secundo quod non est minister sacrorum veteris testamenti ibi
Si ergo esset super terram, tertio ostendit quod est
minister meliorum sacrorum ibi Nunc autem
melius. In prima parte arguit sic omnis
pontifex est minister aliquorum sacrorum
quod patet per hoc quod constituitur ut offerat
sacrificia ad sanctificandum populum expleta dicta sa-
crificia ad satisfaciendum ut supra declaratum fuit capitulo v. Christus
autem est pontifex ut ibidem dictum fuit ergo
minister aliquorum sacrorum et hoc est
quod dicitur omnis enim pontifex etc. usque
ad Si ergo esset. Hic ostendit quod christus
non est minister sacrorum veteris testamenti alioquin non
esset necessarium summum sacerdotem quia illa pos-
sunt per alios administrari scilicet per sacerdotes le-
vitici ad quorum officium pertinet administrare
talia et hoc est quod dicitur Si ergo esset super

terrenum, i. si sacrificium pertinens ad Christi ministerium
ipse non esset sacerdos, i. eius sacerdotium non
esset necessarium cum essent qui offerrent
secundum legem munera, scilicet sacerdotes veteris testamenti. Qui ex-
emplari et umbrae deserviunt caelestium. Di-
citur enim sacrificium veteris legis in quibus de-
serviebant sacerdotes umbra caelestium inqu-
antum imperfecte ea ostendebant et illa repraesentabant,
sicut umbra corporis humani imperfecte figuram
ipsius repraesentat. Dicitur etiam exemplar
caelestium inquantum imperfecte erat quaedam modo
manuductio in cognitionem ipsorum. Et notandum
cum exemplaris est prioritas respectu exem-
plati, sed prius dicitur dupliciter. Aliquid uno mo-
do in cognitione nostra, et sic sacrificia veteris legis
dicuntur exemplaria caelestium ut dictum est.
Alio modo aliquid dicitur prius altero simpliciter
et sic est e converso quia ipsa caelestia sunt exem-
plaria eorum quae facta sunt in tabernaculo Moy-
si quod fuit factum ad exemplar caelestium.
Et hoc est quod subditur Sicut responsum
est Moysi etc. ¶ Nunc autem melius sorti-
tus. Hic consequenter ostendit quod Christus
minister est meliorum sacrorum, et dividitur in duas
quia primo ostendit propositum, secundo reddit causam
dicti, ibi Quanto meliore. In prima igitur parte
concludit propositum quod Christus sit minis-
ter meliorum quam veteris legis. Ex quo sequitur quod sicut minister
melior sacerdotum, sic et suum sacerdotium
melius est eorum. Et hoc est quod
dicitur Nunc autem melius sortitus est
ministerium et hoc fuit offerendo carnem suam
in cruce, quae fuit oblatio optima et
convenientissima saluti nostrae quia oblata
fuit ex maxima caritate et dilectione.
¶ Sed contra hoc videtur esse illud quod
est dictum, scilicet quod ministerium Christi non est
circa aliquid terrenum, caro autem Christi de
terra est ... Dicendum quod licet caro
Christi absolute sumpta sit terra non tamen
dicitur terra ut est caro Christi, primo quia
est divinitati unita, secundo quia virtute Spiritus sancti
formata. Propter hoc dicitur Io. iii. Qui
de terra est de terra loquitur, qui autem
de caelo venit super omnes est. ¶ Quanto me-
liore. Hic reddit causam dicti, videlicet
quare melius sit ministerium Christi. ¶ Circa
quod sciendum quod ministerium sacerdotis est reduc-
ere populum in deum ad ministrandum legem divinam

populo. Quia est mediator dei et popu-
li ... Quanto melioris testamenti media-
tor est tanto scilicet melius ministerium
quod autem testamentum novum melius
sit cuius administrator est Christus probat
dupliciter. Secunda probatio ponitur ibi Nam si illud.
Prima autem probatio talis est: illud testamentum
quod promittit meliora melius est. Novum
promittit meliora quam vetus testamentum, quia promittit
bona spiritualia et aeterna ut patet Matth. v.
et in multis aliis locis. Vetus autem
promittebat terrena ut patet Ysa. primo
Si audieritis bona terrae comedetis. Et
hoc est quod dicitur hic: quanto Christus
habet melius ministerium Quanto melioris
testamenti mediator est quod in me-
lioribus repromissionibus sancitum est, i. fir-
matum. Nam si illud. Hic ponit secundam
probationem ad idem et dividitur in duas quia
in primo ponit inducit probationem, secundo ex
dictis concludit principalem intentionem
ibi Dicendo novum. Circa primum dicendum sciendum
quia primo ponit rationem, secundo pro-
bat maiorem illius rationis per scripturam
ibi Vituperans. Ratio prima talis est: id
quod est perfectum et sine defectu melius est
quam imperfectum et defectuosum. Testamentum
autem novum perfectum est et sine defectu,
vetus autem imperfectum et defectuosum,
sicut multipliciter declaratum in prologo
huius operis. Propter hoc necessarium fuit
testamentum novum ad tollendum vetus testamentum imper-
fectum. Et hoc est quod dicit Nam si illud
prius culpa vacasset, i. sine defectu fuisset,
non enim potest hic accipi culpa pro peccato
quod dicitur Ro. vii. mandatum sanctum
et iustum, non utique secundi, i. testamenti
novi locus inquireretur quia non fu-
isset necessarium si primum fuisset sine defectu.
¶ Vituperans. Hic probat maiorem scilicet quod
propter imperfectionem primi testamenti necessa-
rium fuit dari secundum per auctoritatem quae ha-
betur Ier. xxxi licet aliqua sint aliquo
modo mutata quia apostolus allegat ipsam
secundum translationem lxx. Quia in illa autem
primo tangit conditionem veteris legis et secundo novi con-
dicendo ibi quod hoc est testamentum. Dicit igitur

primo sic vituperavit eum eos dicens
i. dominus improperando eis qui erant sub ve-
te. loquitur per Ieremiam illud enim quod
sequitur Ecce dies veniunt dicit dominus
et consummabo i. perficiam quia no. te. con-
tinet perfectionem ut supra declaratum est mul-
tipliciter in principio huius operis super
domum israel et super domum iuda quia
ad eos venit christus in persona propria et
quod ipsemet dicit Math. xv non sum missus
nisi ad oves que perierunt domus
israel testamentum novum non secundum testamentum
quod dedi patribus eorum quia aliqua ve-
te. sunt cassata per novum scilicet precepta ceremonialia
et iudicialia dissimiliter tamen ut supra dictum
est in principio huius operis in die qua
apprehendi manum illorum ut educerem eos
de terra egypti quia sicut puer qui non
potest ire apprehenditur manu sic filii
israel educti sunt de egypto virtute divina
quia non potuerunt per se exire sequitur
quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo quia
statim post publicationem mandatorum
ubi dimo fecerunt sibi vitulum conflatilem
ut patet exodo Et ego neglexi eos dicit
dominus quia propter peccatum vituli aliqui sunt
occisi et alii permissi sunt cadere in alia
peccata propter que perierunt in solitudine
corpora eorum et sic dicitur eos ne-
glexisse inquantum dimisit eos sic peri-
re sicut vos negligi dicitur qui perire per-
mittitur. Quia hoc est testamentum hic tamen
sit mentionem primo quantum ad eius da-
tionem quia datum est principaliter
iudeis quibus christus predicavit et hoc
est quod dicitur quia hoc est testamentum
quod disponam domui israel licet enim gen-
tiles sint admissi ad no. te. hoc tamen
factum est ut inseritur oleaster in bonam
olivam ut quod dicit apostolus Ro. xi. Se-
cundo tangitur condicio no. te. quantum ad
tempus dationis ut enim dicitur post
dies illos dicit dominus i. post cursum
ve. te. sicut perfectum est posterius tempore
quam imperfectum sicut magister dicitur
post pedagogum lex enim pedagogus
noster fuit in christo ut dicit Gal. iii Tertio
tangitur condicio no. te. quantum ad modum

dandi cum dicitur dabo leges meas
in mentes eorum scilicet fidem inspirando et in cordi-
bus eorum superscribam eas per caritatem
formando qui modus dandi est perfectus
quia est deus intus illuminando et sic datum
est lex nova corpus quod prius apparuit
eis signum quod intellexerunt scripturas
et quod misit eis spiritum suum homo autem
potest aliud docere formando exterius signum
sensibile ut voces et scripta et hoc modo da-
ta est lex vetus ut habetur exo. xx
cunctus autem populus audiebat voces et
lampades etc. dicit autem leges meas in
plurali quia licet lex nova sit una tamen ponit
in plurali propter precepta ad ipsam inspira-
ta. Quarto tangit no. te. efficaciam cum dicit
Et ero eis in deum et ipsi erunt mihi
in populum quia lex nova est lex amo-
ris que dedit filios regis alias pedis
mis et non docebit unusquisque proximum suum
etc. hoc potest intelligi dupliciter uno
modo quantum ad ecclesiam primitivam et sic illud verbum refertur ad
apostolos quia omnes instructi sunt immediate
a christo non unus ab alio excepto paulo
apostolus qui fuit posterior dicit Gal. primo Notum
vobis facio fratres evangelium quod evangelizatum
est a me quia non est secundum hominem neque
enim ab homine accepi illud neque didici
sed per revelationem ihesu christi. Alio modo potest
intelligi de cognitione patrie et tunc ref-
ertur ad omnes bonos specialiter post iudi-
cium venturum quia non angeli superiores
illuminant inferiores de hiis que pertinent ad
complenda misteria israel sed pacto in
dies cessabit tales illuminationes et hec expo-
sitio ultima videtur magis concordare
litere sed quia efficacia no. te. non solum con-
tendit ad cognitionem sed etiam ad peccatorum
purgationem ideo sequitur quia propitius ero
iniquitatibus eorum remittendo culpam et
peccatorum eorum iam non memorabor ad
puniendum in futuro. Dicendo autem novum
consequenter concludit principale intentum
dicens enim dominus per Ieremiam novum testa-
mentum christus est mediator novi ut patet per predicta sed
prius quam precedens testamentum dicatur vetus
quia novum dicat respectu veteris et hoc est
quod dicitur Dicendo autem novum detestato

xpi inveteravit prius .i. ondit quod prior
des testamentum dicit vetus quia antiqua
veterascat per se in esperam tempore continue
tile desicit in tempore ut habetur iiij°
physicorum ideo sequitur quod vetus testamentum
sit evacuatum per novum et hoc est quod
dicitur quod autem antiquatur et senescit
prope interitum est ¶ Advertendum tamen
eius quod dictum est supra in morte precedenti
¶ Queritur utrum lex nova debuit tradi aliquo
in scriptis et arguitur primo quod sic quia
scriptura deservit memorie conservande sed lex
Christi erat duratura usque ad finem mundi et in
illud Luce xxi celum et terra transibunt
verba autem mea non transibunt ergo videtur
quod Christus debuit doctrinam suam scribere ¶ Item
lex vetus fuit figura nove ut habetur
in hoc capitulo sed lex vetus fuit descripta a
deo primo ut habetur Exo. xxxiiij dabo tibi
duas tabulas lapideas et legem et mandata
que scripsi ergo lex nova debuit scribi
a Christo quia figura debet correspondere figurato
¶ Contra si Christus ad scripsisset illud potis-
sime debet esse in canone ergo etc ¶ Dicendum
quod doctrina Christi non debuit describi
ab eo primo quia excellentissimus modus
docendi debetur excellentissime doctrine
nunc autem ita est quod efficacior est
modus docendi verbo quam scripto quia scriptura
non est nisi vox mortua et ideo Christo qui
est doctor excellentissimus non convenie-
bat modus docendi per scripturam qui est im-
perfectus sed potius modus docendi per verbum
qui est perfectissimus ¶ discipulis autem suis
credentibus et aliis personis conveniebat
doctrinam Christi scribere propter quod scripserunt evan-
gelia et alios libros novi testamenti conti-
nentes doctrinam Christi propter hoc eius invenitur apud
antiquos philosophos quia antiqui inter eos
excellentissimi scilicet Pictagoras et Socrates dum
nichil scripserunt tamen eorum discipuli multa
scripserunt ¶ 2° quia non est conveniens illum
doctorem scribere cuius doctrina non potest lit-
teris comprehendi talis fuit Christus et ideo
dicit Jo. ultimo ¶ Sunt et alia multa que
fecit Ihesus que si scribantur per singula
nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scri-

bendi sunt libros ergo exponens Augustinus
dicit quod hoc non est intelligendum propter
excessum spatii molis sed altitudinis et ideo
Christus doctrinam suam scribere non debuit quia
si ea scripsisset crederetur quod non plus conti-
neret quam quod illa scriptura pretenderet
non sic autem creditur per scripturam suorum
discipulorum et maxime quia per scripturas
sed doctrina Christi non scripsisset ad plenum
ut patet per verbum Jo. prius allegatum
¶ Considerandum tamen quod licet Christus
non scripserit doctrinam suam in carta mor-
tua scripsit tamen eam in carta viva
scilicet in cordibus suorum discipulorum ut pre-
dictum est et sic erat prophetatum per Jere-
miam ut patet ibidem et iste fuit modus
conveniens scribendi hanc doctrinam que
inducit efficaciter ad vitam eternam non
debuit scribi primo in carta insensibili et
habetur in mortalitate propter quod dicit
Paulus apostolus 2a ad Corinthios iii° quod
h est epistola scripta in tabulis cordis ¶
Ad primum patet ex dictis quia scriptura dis-
cipulorum Christi sufficit ad memoriam doctrine
eius ¶ Ad 2m dicendum quod figura et
figuratum non omnino assimilantur primo quia
quod figura deficit a figurato et ideo
quia lex vetus erat imperfectior et persuppone-
bat in pluribus figuratis fuit primo descripta
in tabulis lapideis lex autem nova
tamquam perfectior fuit primo descripta non in a-
tramento sed spiritu dei vivi in tabulis cordis
ut dicit apostolus 2a ad Corinthios 3° capitulo ¶ c. ix

Habuit quidem.

Postquam apostolus ondit dignitatem
sacerdotii no. te. in generali hic
consequenter declarat hoc idem applicando ad
gis in speciali et dividitur in duas partes quia primo
declarat propositum 2° probat quoddam in suo pro-
cessu suppositum ix° capitulo x. Umbram
habens lex. prima adhuc dividitur in
tres partes quia primo tangit ea que
fuit in vetere testamento 2° ondit
eorum figuram ibi hoc significante spiritu sancto 3° ex
hoc arguit ad propositum ibi Christus autem no. te.
prima adhuc in duas quia primo tangit aliqua
fuit in ve. te. circa modum generalem 2° tangit

ea magis in speciali ubi thabernaculum cum
¶ Ad cuius euidenciam primo considerandum
quod omnia que sunt in no. et ve. testamento
ordinata sunt ad diuinum cultum ad ta-
lem uero cultum redditur homo ineptus
simpliciter per peccatum et aptus per graciam sed quia
uero per immundiciam et immundiciam corporalem
sacramenta le. no. que conferunt graciam
et auferunt peccatum reddunt hominem sic
placatum aptum ad cultum diuinum. Illa
autem que erant in ve. te. graciam non
conferebant sed quasdam tamen irregula-
ritates seu immundicias corporales
propter quas prohibebantur homines acce-
dere ad locum diuini cultus et ad certum
tempus sicut erat tactus mortui uel
aliquid immundi ex quibus reddebatur
homo ineptus ad accedendum ad locum
cultus diuini. Talia autem auferebat
pertinencia le. te. licet proprie graciam non
conferret sicut diffusius declaratum est
in principio huius operis et hoc est quod dicit
hic Habuit quidem et prius id est primum tes-
tamentum iustificaciones culture id est perti-
nencias diuini cultus impedimenta re-
mouentes predicta supra instituebat sanctum quod ideo
subdit et sanctum seculare id est emundatorium
corporalem que dicitur secularis quia
pro seculum in temporalibus consistit
et quia sanctificatio illa non erat dura-
tura nisi ad tempus ¶ Tabernaculum
enim hic consequenter secundum ponit magis
in speciali et dividitur in duas quia primo tan-
git in speciali ea que pertinent ad predictam
institucionem ubi huius breuiter exponit
¶ Ad intelligendum primo considerandum
quod tabernaculum moysi sic erat dispo-
situm prout eum erat de quibus sit
assilibus compactis auro textum vero
thabernaculi erat quedam cortina per
colonibus pendens altitudo tabernacu-
li erat x cubitorum et latitudo x lon-
gitudo vero eius xxx et erat quedam
cortina dividens longitudinem in partes
inequales quia ex una parte cortine erat
x cubiti tantum et dicebatur illa pars tha-
bernaculi sancta sanctorum et alia vero parte xx cu-
biti et dicebatur illa pars sancta absolute
vel etiam sanctum et sic distinguebantur due
partes thabernaculi sicut in ecclesiis nostris
chorus et nauis sed quasi oppositum modo
erat parte quia chorus in ecclesiis nostris est versus
orientem in tabernaculo vero moysi sancta
sanctorum erat ad occidentem ¶ Ulterius con-
siderandum quod in sancta sanctorum tria erant ar-
cha testimonii duo cherubim et propici-
atorium apostolus hic addit quartum scilicet
quod erat ibi thuribulum quod exponunt
aliqui doctores quod per hoc intelligitur
altare incensi sed hoc est contra textum exo-
di ubi dicitur quod altare incensi erat
in alia parte thabernaculi hoc etiam dicit
Josephus et Augustinus ¶ Et ideo dicendum quod per
thuribulum non intelligit aliud nisi
quod ibi erat incensum in quo summus
sacerdos intrans sancta sanctorum ponebat ince-
nsum ut nebula inde consurgens impediret
aspectum aliorum qui erant in alia parte
tabernaculi ne viderent ea que erant
intra sancta sanctorum ¶ Sed in alia parte taber-
naculi que dicebatur sancta erant tria
mensa proposicionis in latere aquilonari et can-
delabrum aureum in latere australi et al-
tare thimiamatis in medio contra occi-
dentem sancti tamen sanctorum ¶ Per hec autem si-
gnificatur duplex status unus realis et
alius misticus realis cum est istud thaber-
naculum cum illud erat ordinatum ad
cultum veri creatoris tocius mundi in quo
sunt due partes una nobis invisibilis scilicet
illud quod est ultra celum sydereum ubi est
habitacio substanciarum spiritualium et hoc fi-
gurabat prima pars thabernaculi que
dicebatur sancta sanctorum in qua erat cheru-
bin representans naturam angelicam et archa
testamenti clausa ad designandum quod secre-
torum que sunt in hoc seculo visibili con-
tinentur clause et nobis occulte in illo se-
culo superiori ¶ Sicut idonee effectum in
causa et artificiorum in artifice continentur
quod dicitur clause et hoc patet in archa con-
tenta scilicet tabulis que representant scripturam qua
dirigitur uos hominis et virga aaron quod

designatur potestas regionis per quam celi erunt
homines aut alias continua per quam designa
batur humana [illegible] preparatorium vero quod erat
quasi locus dei [illegible] inde responderat
summo sacerdoti designabat ipse deus glo
riosus sublimius presidens omnibus creatu
ris et sic patet quomodo per sanctum sanctorum
designatur celum quod est supra celum sed
deum nobis invisibilia. prima vero parte
thabernaculi que dicebatur sancta absolute
designabatur alia pars mundi scilicet
celum thabernaculi quod erat quedam cor
tina variis coloribus distincta designa
celum sidereum variis stellis ornatum. per
candelabrum in quo erat septem lucerne desig
nabatur orbes septem planetarum. propter hoc erat
positum in parte australi quia circa se
planetas remissio [illegible] semper est ad
austrum per eclipticam vero ubi erant panes
propositi designabatur alia ex quibus
constituitur [illegible] homini vita quia
ex eisdem sumus et nutrimur ut dicitur
in regione designabatur eciam illa [illegible]
[illegible] quod illi qui altari deserviunt
altari [illegible] altare de altario debet
vivere. Quod autem allegoricum propositum est
quia prima pars tabernaculi que sancta
dicebatur vetus testamentum in qua veritas divina
erat latens sub velaminibus figurarum
sicut aspectus eorum que erant intra sancta
sanctorum erat inclusus per cortinam media
inter utramque tabernaculi partem ut predictum
est prima vero pars que dicebatur sancta
sanctorum in qua erant illa que representa
bant spiritualia et divina ut dictum est signi
ficabatur novum testamentum in quo revelata est ve
ritas divina propter quod in passione
domini in qua consummatum est novum testamentum scissa
fuit illa cortina templi que prohibebat
aspectum eorum que erant intra sancta sanctorum
ut habetur Luce xxiii. Quia autem expo
sitionem [illegible] prosequitur apostolus ut patebit ex
sequentibus. Ideo hic [illegible] attendendum est
ad literam que tangit tabernaculi dis
positionem. Dicit tabernaculum enim factum est primum
tabernaculum primum scilicet dicit illa pars tab
ernaculi que dicitur sancta quia ab illa erat in
gressus templi in quo erat candelabrum dicit

candelabrum tamen [illegible] habebat septem lucernas
que hic dicitur candelabrum et mensa
et propositio panum quia xii panes erant
positi super mensam illam et [illegible]
erat ubi sed altare incensi omittit apostolus
quia [illegible] quod sequitur infra non inten
debat dicere de istis per singula sequitur
quod dicitur sancta hoc refertur ad taber
naculum primum quia sicut dictum est pars
prima tabernaculi in qua erant ista di
cebatur sancta absolute. post velamentum
autem id est post cortinam intermediam erat
[illegible] tabernaculum id est secunda pars thabernaculi
que dicitur sancta sanctorum aureum habens
thuribulum et archam testamenti circum
tectam ex omni parte auro intus et extra
ut habetur Exodi xxv. In qua urna aurea
habens manna sicut habetur Exodi xvi et
virga Aaron que fronduerat [illegible] ut
habetur Numeri xvii. et tabule testa
menti scilicet erant incluse in archa ut predictum
est super que erant cherubim glorie
id est gloriose sancta vel potius qui erant
glorie dei cui deserviunt angeli. sequitur
unde sequitur obumbrancia propiciato
rium quod representabat locum propiciato
rium divini ut dictum est. de quibus
quibus non est modo dicendum per singula
quia apostolus prosequitur ista breviter
[illegible] allegoricum tamen ut dictum est.
Hiis vero hic [illegible] apostolus describit
ministerium sacerdotum in tabernaculo moysi
[illegible] ad cuius intellectum sciendum quod
intra sancta sanctorum solus summus sacerdos intra
bat [illegible] Zacharias
parte tabernaculi que dicebatur sancta ab
solute alii sacerdotes intrabant bis in
die ad offerendum sacrificia [illegible]
[illegible] sacrificiorum [illegible] fiebat
extra tabernaculum [illegible]
holocaustorum [illegible] consummata sacrificiorum
bat in templo [illegible] incensi [illegible]
[illegible] quia sacrificia illa non erant
[illegible] accepta [illegible] devotione
offerencium que fides et devocio [illegible]
[illegible] et hoc est quod dicit. Hiis
vero ita compositis id est dispositis modo predicto
in priori quidem tabernaculo id est in parte tha

tabernaculi que dicebatur sancta i. cotidie
intrabant sacerdotes sacrificiorum of-
ficia consummantes. In secundo autem ¶ In se-
cundo i. in sancta sanctorum semel in anno
solus pontifex intrabat. Glossa dicit hic quod
pluries in anno intrabat tamen sine sangui-
ne sed hoc non invenitur scriptum in lege nisi
solum quod mortem tempore Aaron [illegible] tunc
cum Aaron et filii eius intrabant ut in-
voluerent ea que erant intra sancta sancto-
rum et disponerent Levitis, unde alias
autem non legitur intrasse aliquis sa-
cerdos preter pontificem in festo propitiationis ad
offerendum ibi coram propitiatorio de sanguine
hostie in oblatione pro peccato populi et proprio ipsius.
Et hoc est quod dicit non sine sanguine
¶ Hoc significante hic ostendit quid signa-
bant predicta, et primo quantum ad vetus testamentum, secundo
quantum ad novum ibi Christus autem assistens.
¶ Primo ergo dicit sic Hoc significante spiritu sancto
non dum propalatam esse sanctorum viam quia
sicut dictum est per hoc quod non patebat
accessus sacerdotibus ad sancta sanctorum de-
signabatur quod via veniendi ad celestia
non erat perfecta sicut est in novo testamento. Et
quia vetus testamentum adhuc habebat consisten-
tiam quia significabatur per primam partem
tabernaculi ut dictum est. Et hoc est quod
subditur adhuc priore tabernaculo i.
veteri testamento habente statum que parabola i. figura
est temporis instantis quia vetus testamentum fuit figura
novi, iuxta quam i. parabolam munera et hostie
offeruntur que non possunt iuxta conscientiam
perfectum facere quia in veteri testamento que fuit fi-
gura novi munera oblata non auferre-
bant peccatum ut predictum est, et causa sub-
ditur, semimodo solummodo in cibis et po-
tibus quod dicit quia observationes le-
gales in parte consistebant in abstinentia
a quibusdam cibis et potibus in lege
prohibitis et variis baptismatibus i. ab-
lutionibus que fiebant in emundatione
leprosi et inconsimilibus. Unde cum ista essent
quedam pure corporalia ideo non poterant
mundare conscientiam sed tamen tollebant quandam im-
munditiam corporalem vel irregularitatem propter
quod dicuntur iustitie carnis. Et hoc est
quod dicitur et iustitiis carnis usque ad

tempus correctionis imposita i. usque ad
tempus novi testamenti quod corrigit vetus, non annullando
sed in bonum reducendo, quia lex vetus fuit
bona et iusta ut habetur Ro. vii. Sed alibi
Petrus Act. xv. quod sicut puero qui datur est
sub pedagogo imponuntur aliqua onera
bona ad assuefaciendum virtutis quod tamen
mutatur adveniente etate viri, nunquam
proportionata ei imponuntur, ita per legem
Moysi fuit imposita legalia populo Iudeorum
donec perficeretur in cultu unius dei quod non
erat imperfecta, ideo per legem Christi ad perfectionem
fuit reducta propter quod Apostolus Gal. iii.
comparat legem Moysi pedagogo a quo
discretiorem tenetur quod dictum est perventus ut
plenius declaratum est. Inspiciatur huius
operis Christus autem assistens. Hic ostendit
ostendit aliud quod predictum fuit de tabernaculo
Moysi iniunctum fuit figura novi testamenti. Circa
quod Apostolus facit duo quia primo declarat
quod Apostolus fuit dicit pro quandam supposita ibi Sed
...mum, secundo probat quandam suppositam ibi Si
enim sanguis. Circa primum Apostolus ... tamen
egit primo dignitate loci quia illa pars
tabernaculi que figurabat novum testamentum vocabatur
Sancta sanctorum. Secundo dignitate ministri
quia solus summus pontifex illuc intrabat. Tertio modum intrandi quia cum sangui-
ne intrabat. Quarto tempus intrandi quia
tamen semel in anno. Quinto ad quid intrabat
scilicet ad placandum plebi deum et populo et sibi.
Sed hec omnia que sunt in novo testamento. Quia Christus
qui est summus pontifex intravit celum
quod significabatur per sancta sanctorum ut supra
dictum est et per proprium sanguinem ad placan-
dum nobis deum patrem. Et hoc est quod
dicitur Christus etc. ¶ Circa dicendum tamen quod
in hoc capitulo construendo est multum
ponderandum ut clarius et brevius procedatur. Ergo primo legimus et post exponemus secundum
suum ordinem sic. Christus hic tangitur
dignitas ministri novi testamenti quia Christus est
unica persona consistens in natura duplici
divina scilicet et humana pontifex. Hic tangit nomen
officii, quia Christus est princeps aliorum et
quod dicitur primo quantum ad officium princeps
pastor etc. assistens i. semper paratus assistere
officio suo ad intercedendum pro nobis

Divisio passionis Iudeorum

non

et ad ampliandum nos contra impugnatorem
hostis introivit in sancta i. in celum ut pre-
bit infra quod quidem celum est tabernacu-
lum amplius i. valde amplum propter
immensitatem bonorum celestium et perfectius quam
fuit tabernaculum moysi quod fuit mo-
bile portabile de loco ad locum illud
autem est immobile eternum sicut propheta
dicit ysa. xxxiii. Oculi tui videbunt
ierusalem civitatem opulentam tabernaculum quod
nequaquam transferri poterit ubi eciam loquitur
de ierusalem celesti non manufactum i. non per
hominem sicut fuit tabernaculum moysi
per manum beseleel et hoc est quod subdit
apostolus exponendo verbum predictum non huius crea-
tionis i. humane factionis tangit hic tempus
introeundi ibi semel quia totum tempus non
est nisi unus annus respectu pontificatus christi
eterni ex quo semel introivit semper est ibi
tangitur eciam modus introeundi cum dicit
neque per sanguinem hircorum aut vitulorum
sicut intrabat pontifex veteris testamenti sed per proprium
sanguinem qui pro nobis fuit effusus in
cruce tangitur eciam ad quid introivit
cum dicitur eterna redempcione inventa
quia per hoc habemus eternam redempcionem
inventam per modum convenientissimum compo-
ad inventum ... satisfaceret qui poterat
iniustum ... qui debebat iniustum
homo ¶ Si enim sanguis hic probat predictum
suppositum circa ultimum dictum scilicet quod sangu-
inis fuit efficax ad nostram redempcionem
eternam ... talem rationem sanguis
christi ex unione ad suppositum divinum habet
virtutem maiorem ... quam sanguis
hircorum et vitulorum et aqua lustracionis
ad tollendum immundiciam corporalem seu
impedimentum irregularitatis ... predictum est
veritas huius proposicionis patet quia sanguis
christi ex unione ad suppositum divinum conti-
net quodammodo infinitatem virtutis sed predicta
in veteri testamento tollebant immundiciam corporalem
contractam ex tactu alicuius immundi et divino
cultui impedientem ut patet numeri xix° ergo
multo forcius sanguis christi emundat animam
et reddit eam aptam ad salutem eternam et hoc
est quod dicitur Si enim sanguis hircorum
et taurorum hoc fiebat in festo expiacionis et
cinis vitule aspersus quod in aqua lustracionis

quia debebant immundi aspergi ponebatur
cinis vitule combuste ut dicitur numeri xix°
inquinatos sanctificat ad emundacionem car-
nis quia tantum immundiciem non poterat
quanto magis sanguis christi emundabit
conscienciam nostram ab operibus mortuis i.
peccatis qui mortificant animam morte
culpe et morte gehenne ¶ Ad serviendum
deo vivo et vero hoc dicit ad differenciam
illorum qui putabantur dii sed sunt mortui
ut ymagines ... et huius tangit autem
tria propter que sanguis christi habet effica-
ciam ... primum est quia offerens
scilicet christus cuius meritum est efficacie infi-
nite propter unionem ad divinitatem
et hoc tangitur cum dicitur semetip-
sum obtulit secundum eius ... oblatum
quod fuit sanctissimum ideo dicitur immacula-
tum tercium est modus offerendi qui processit
ex maxima caritate quod notatur cum
... cum autem ... sit ista oblacio
dicitur deo per spiritum sanctum ¶ Et ideo novi testamenti hic
consequenter exponit que pertinet ad ve-
teris et expositor ... arguit ad principale
intentum scilicet quod novum sit excellencius et
efficacius veteri et dividitur in duas quia
primo facit quod dictum est secundo probat quoddam
suppositum ... ubi ... testa-
mentum est ¶ Circa primum considerandum
quod in ... predixit quod christus per proprium
sanguinem introivit celum et sic in-
venit nostram redempcionem eternam hec
autem non poterat fieri in veteri testamento ex quo
sequitur quod ... testamentum factum est proprium christi
... dici novum quia ...
sequitur precedens dicitur novum respectu
illius et hoc est quod concludit apostolus et
ideo novi testamenti mediator est ipse scilicet
christus ... sit mediator sub-
dit ut morte intercedente i. christi morte
interveniente per quam eius testamentum est
confirmatum in redempcionem earum preva-
ricacionum que erant sub priori testamento
i. quas vetus testamentum non poterat auferre sed
per christi mortem sunt ablate repromissionem
eterne hereditatis accipiant possessionem pas-
sionis christi qui vocati sunt ad participan-
dum ipsam per veram fidem et sacramentorum

novi testamenti susceptionem et sic patet quod novum testamentum
est efficacius veteri quia mundat animam et
confert gloriam vetus autem testamentum tantum corpori
us mundabat et temporalem heredita
tem promittebat ¶ Ubi est enim testamentum
hic probat quod supposuit scilicet quod testamentum novum
sit confirmatum per mortem xpi et hoc probat
dupliciter primo modo per legem humanam 2o
per legem divinam ibi Unde nec primum
Circa primum sciendum quod leges huma
nas civiles et canonicas testamentum
non habet robur quia diu vivit testa
tor quia tunc semper potest mutari
cum sit ultima voluntas vite sue
sed in morte confirmatur ¶ Ita similiter testamentum
novum quod est ipse testamentum xpi in
sua morte fuit roboratum propter hoc
tunc dicit consummatum est ut habetur Jo.
xix. et hoc est quod dicitur hic ubi
est enim testamentum mors necesse est ut
intercedat i. interveniat testatoris etc.
patet littera ¶ Unde nec primum hic probat
idem per legem divinam in qua probatione
primo ponit novi testamenti et veteris convenientiam 2o
differentiam ibi nam est 9o ¶ Circa primum
sciendum quod vetus testamentum quod fuit figura
novi confirmatum fuit per effusionem sang
uinis ut habetur Exo. xxiiij et sic
per legem divinam patet quod testamentum novum per
effusionem sanguinis debuit confirma
ri ut confirmatum videlicet figure et
hoc est quod dicitur Unde nec primum
quidem i. testamentum vetus quod fuit
primum dedicatum est i. confirmatum
sine sanguine lecto enim omni mandato
legis universo populo hoc habetur Exo. xx
xiiij ubi dicitur quod populus rece-
pit testamentum et obligavit se ad obser
vandum et tunc moyses ad confirmationem
huius aspersit sanguine et hoc est quod
dicitur accipiens sanguinem hircorum
et vitulorum cum aqua et lana coccinea
et ysopo ¶ Sed contra hoc possit aliquis
dicere quod Exo. xxiiij non fit mencio
nisi de sanguine vitulorum // Dicendum quod
apostolus fuit instructus et ex usu et con
suetudine sciebat qualiter talia fiebant
scilicet per mixtionem sanguinis hirci et aque
ut sanguis esset clarior lana vero coc
cinea et ysopus erant ibi quasi aspersorium
ad sanguinem aspergendum et quod hoc moy
ses tacuit ideo quia non erant principalia
tamen credendum est apostolo quod fuit ita ut de
scribit nec enim omnia in Exo. sunt scripta ipsum
quoque librum scilicet legem et omnem plebem
qui legem susceperat aspersit dicens hic sang
uis testamenti i. confirmatum testamenti
quod mandavit ad vos deus etiam tabernacu
lum non quod aspersit tunc tabernaculum
quia non dum erat sed postea illud sang
uine aspersit quando illud consecravit et omnia
vasa ministerii quibus utebatur in taberna
culo moysi sanguine similiter aspersit et
omnia pene in sanguine i. per aspersionem
sanguinis et in legem mundantur dicit pene
quia aliqua mundabantur per ignem scilicet
illa que poterant ignem sustinere ut habetur
Num. xxxi. consequenter quod pro peccato non fiebat
sine effusione sanguinis et hoc est quod
dicitur et sine sanguinis effusione non fit
remissio quia alia sacrificabantur pro
peccatis quorum effundebatur sanguis in signum
quod per effusionem sanguinis xpi fiendi
erit remissio peccatorum que non poterat fieri
sanguine aliquo sed tantum sacrificium ¶ Ne
cesse est ergo ponit convenientiam novi testamenti et veteris
quantum ad confirmationem et mundationem
hic consequenter ponit differentiam quando primo
quod emundacio novi testamenti est melior 2o quod
[illegible] est perfectior ibi neque ut sepe ¶ Circa primum
prius dicit sic necesse est ergo exemplaria
quidem celestium hiis mundari i. taber
naculum veteris testamenti quod fuit exemplum [illegible] exem
plar quidem celestium ut declaratum
est viii° ca° debuit mundari talibus
hostiis que fiebant de animalibus brutis
ipsa vero celestia melioribus hostiis quam
istis scilicet debuerunt mundari videlicet mundata
sunt sanguine xpi ¶ Per celestia quoque non
intelliguntur mundari celestia ubi nulla
sit macula ¶ Dicendum quod sicut dicebatur emun
dari tabernaculum non quia haberet
in se aliquam inmundiciam sed quia tollebantur
quedam irregularitates quibus impedie
batur homines accedere ad sanctuarium ita mun
dari celestia per xpi sanguinem et sacrificium
novi testamenti [illegible] sanguine [illegible] efficacius

ingressum prohibet peccatum que impediunt ab in
gressu celestium ideo dicit hostiis ipsi
quia licet sanguis christi vna hostia tamen eius
efficacia nobis conceditur per varia no. le. sa
cramenta et per tabernaculum sanguinis christi
mundatum sit melius tabernaculo moysi
declarat dicens non enim in manu facta
sancta ihesus intrauit quale fuit taberna
culum moysi ab homine quod fuit figura
tabernaculi celestis ut predictum est ideo
subditur exemplaria verorum sed in ipsum
celum intrauit ihesus ut appareat nunc vultui
dei pro nobis sicut enim pontifex dei intra
bat sancta sanctorum ut appareret coram propicia
torio quod erat quasi sedile dei sic
christus quantum ad humanitatem intrauit
celum non adhuc quod videret faciem dei
patris de nouo quia vidit eam ab in
stanti concepcionis sed quia humanitas de
nouo translata fuit ad celum vbi facies
dei clare uidetur alius ut per hoc coram
deo patre pro nobis interpellet representando
humanitatem quam assumpsit pro nobis neque
ut sepe offerat hoc ponit quod eius emundacio
no. te. perfectior est et diuiditur in duas partes quia
primo ponit propositum / 2o adhuc adducit simi
li quemadmodum. Dicens primo quod fuit talis
iteracionem illa emundacio que non iteratur
quod semel facta sufficit perfectior est quam illa que
iteratur plures propter sui imperfectionem sed illa
emundacio que fiebat a pontifice ve. le.
in festo propiciacionis quolibet anno ite
rabatur propiciacio autem facta per christum sol
tum facta est quia eius vnica passio suf
ficit ad delecionem omnium peccatorum ergo est
perfectior et hoc est quod dicitur neque ut se
pe offerat semetipsum est christus ponti
fex quemadmodum pontifex ve. le. in
trauit in sancta per singulos annos in sangui
ne alieno quia aliter sequeretur inconue
niens scilicet quod christus pluries debuisset pati
a principio mundi sicut et sacerdos ve. le. in
trabat per singulos annos sancta sanctorum propter propicia
cionem peccati populi ysrael nunc autem ita est quod
sicut pontifex ve. le. intrabat sancta
sanctorum pro peccato ipsius tantum ita christus passus
est pro salute totius mundi qui incepit a
prima creacione sicut pluries esset ad actione
legis ideo si christi oblacio esset iterabilis

debuisset frequenter pati ab origine mundi
sicut pontifex legis quolibet anno
intrabat sancta ad actione legis et hoc est
quod dicit alioquin oportebat eum freque
ter pati ab origine mundi et quod hoc
esset inconueniens ideo subdit nunc
autem in tempore gracie semel in consumma
cione seculorum in ultima etate in qua
consumatur cursus christi ad destitucionem
peccati per hostiam suam apparuit scilicet in corpore
passibili cum offerens moriens ¶ Et quem
admodum hic adducit simile ad suum propositum
scilicet quod expiato semel peccato statutum
ex diuina sentencia quod homines semel mori
untur et postea in iudicio diuino mani
feste punientur sic christus pro salute
hominum moriens mortuus postea ap
parebit in iudicio non iudicandus sed
iudex fidelibus premium iudicium suis
fidelibus eternam salutem redditurus
et hoc est quod dicit ¶ Et quemadmo
dum statutum est hominibus semel
mori racione originalis peccati post hoc
autem iudicium in communi sic et christus
semel oblatus est in cruce non ex
conditione mortis nature quam volun
tarie assumpsit ad multorum exhau
rienda peccata quod dicit quia licet pas
sio christi se extendit ad delendum om
nia peccata quantum est ex se tamen aliqui se red
dunt indignos ideo dicit multorum
non omnium peccata. Secundo sine peccato appa
rebit et cetera quia in secundo aduentu christus
apparebit in forma gloriosa et sic
sine similitudine peccati in primo autem aduentu
apparuit in forma hominis mortalis ha
bens similitudinem peccati et cetera quod dicit apostolus
q° Ro. viii. ¶ Ad maiorem euidenciam dicendorum
in hoc capitulo queritur ¶ Utrum sanguis
christi fuit oblacio deo acceptissima
Et arguit primo quod non quia effusio
sanguinis innocentis est coram deo
abhominabilis / christus autem fuit in
nocentissimus ergo et cetera / sed contra illud quod
hec similitudine cum sacrificiis gentilium non
est deo acceptum sed oblacio sanguinis
innocentis est huiusmodi et cetera quod dicit impiis effuderunt

sanguine innocente sanguine filiorum suo
rum et filiarum suarum quas sacrificaverunt
sculptilibus chanaam etc. ¶ Contra
illud quod dicitur in textu qui tota massa sang
uinis xpi qui per spiritum sanctum semetipsum ob
tulit immaculatum deo emundat conscientiam
nostram etc. Ad primum non est hoc intelligen
dum quod solus sanguis fuit oblatus
pro nobis ymo tota humanitas eius et hoc
patet ex auctoritate eius inducta in qua
dicitur obtulit semetipsum / sit tamen
mencio in hac oblacione specialiter de sang
uine in quantum fuit separatus a carne /
tamen utraque est de oblacionis integrita
te propter quod in sacramento altaris quod
est memoriale illius oblacionis conse
cratur simul caro et sanguis tamen sub spe
ciebus diversis sicut in illa oblacione fuit sang
uis separatus a carne sic anima xpi
fuit pro nobis oblata in quantum per passio
nem fuit a corpore separata ad satisfa
ciendum pro nobis. Jo. x. animam meam po
no pro ovibus meis / et sic patet quod tota
humanitas pertinet ad xpi oblacionem seu
sacrificium quod autem hoc habeat perfecte
racionem oblacionis vel sacrificii patet quia
sacrificium in lege fuit triplici de causa primo
ad tollendum peccatum propter hoc in lege di
cebatur aliqua sacrificia pro peccato / secundo ad gra
ciam conservandam propter hoc in lege dice
bantur aliqua ~~sacrificia pro peccato~~ hostie
pacifice / 3o ad hoc quod mens hominis
perfecte deo uniretur per amorem propter hoc in
lege offerebatur holocaustum quod totum incende
batur ad honorem divinum. ¶ Ista autem
tria pervenerunt nobis a deo mediante humani
tate xpi oblata / quia per hoc peccata nostra sunt
deleta apoc. primo. Dilexit nos et lavit
nos a peccatis nostris in sanguine suo / et gracia
collata Jo. primo gracia et veritas per ihesum xpistum
facta est / et gloria collata ubi sit hominis
ad deum visio propter hoc dicitur in fine x
capitulo habemus fiduciam per sanguinem
eius in introitu sanctorum / et sic patet quod sacri
ficium xpi fuit perfectissimum quia continet
in se perfectissime omnia sacrificia sicut perfec
tio continet in se virtute et eminenter
perfectiones omnium creaturarum ¶ Ad primum dicen

quod effusio sanguinis xpi potest respici
ad duplicem personam videlicet ad ipsos effunden
tes et sic fuit deo abhominabilis et fuit
peccatum gravissimum ¶ Alio modo ad volunta
tem ipsius xpi patientis quia voluntarie se op
tulit passioni et caritate maxima et
sic fuit deo acceptissima et hoc secundo modo
habuit racionem oblacionis et sacrificii non
autem primo ¶ Ad secundum patet ex dictis quod oblacio
sanguinis innocentis in sacrificiis gentilium habet
similitudinem cum illis qui occiderunt xpistum
et hoc modo non habet racionem sacrificii
ut dictum est et ideo non est similitudo sacrificii
xpi ad sacrificia illorum etc.

Umbram enim habens lex etc. / Inquantum
precedenti probavit apostolus eminen
ciam novi testamenti / et in sua probacione dixit
quod vetus testamentum non auferebat peccata ideo illud quod
ibi supponit hic consequenter probat et dividitur
in duas partes quia primo facit quod dictum est secundo sa
cerdotem comparat novi testamenti ad sacerdotem veteris testamenti in
Omnis quidem sacerdos / primum probat dupliciter
primo racione / secundo per scripturam ibi ideo ingrediens
prima adhuc in duas quia duas raciones quas
facit secunda ibi impossibile est enim ¶ Circa
primam racionem considerandum quod differunt um
bra et ymago in hoc quod umbra est longinqua
similitudo rei ymago autem est propinqua et
expressa rei similitudo / ideo sacrificia veteris legis
habuerunt racionem umbre respectu bonorum
glorie quia non permittebat illa expresse sed
sub velamine figuralitatis tenue / sacrificium autem
novi legis habet racionem ymaginis et immediate
inducit ad bona glorie celestis hoc autem
non poterunt facere sacrificia veteris legis quod patet
ex modo offerendi ipsa quia quolibet anno iterabantur
batur quod non fieret si propria offerentes mun
darentur quia tunc tales iterato essent facti
et non est dicendum quod aliquid fieret
propter in lege divina quod non auferebatur
peccata et hoc est quod dicit umbram enim
habens lex bonorum futurorum id est bonorum
glorie que consistunt in futuro que in lege
permittebantur corporis per modum umbre
et non expresse ideo sequitur non ipsam ymaginem
rerum per singulos annos eisdem ipsis
hostiis quas offerunt indesinenter sicut dicitur
veteris legis nunquam potest lex veteris perficere accedentes per
fectos facere in mundicie anime et dignos gloria

Alioquin cessassent offerri post primam eorum oblationem ideo quod nullam haberent ultra conscientiam peccati cultores semel mundati ideo concludit quod fiebant illa sacrificia ad commemorationem recordationem iniquitatum peccatorum quia talia offerentes ostendebant se habere peccati conscientiam et hoc est quod dicitur sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Ablationem autem peccatorum impossibilitatem fuisse dicit per sacrificia illa. ¶ Sed dicitur quod ratio apostoli non valeat quia posset dici quod illa sacrificia mundabant a peccatis preteritis non autem a peccatis futuris et quia iterabant peccata post ideo sacrificia mundabant a peccatis preteritis non autem a futuris et ideo erat iteranda non frustra ut apostolus arguit sed ad deletionem peccati itum perpetrati ¶ Dicendum quod apostolus communiter loquendo concludit hoc dum dicit enim quod lex tamen habeat umbram celestium non autem ita est quod peccatum opponitur celestibus quod concludit a bonis et ideo aliud quod emundat peccatum oportet quod sit celeste et spirituale et illud quod est tale habet efficaciam perpetuam et ideo non est iterabile sicut est dicendum de oblatione Christi in cruce cuius deitatis ad virtute et ideo non iteratur quia semel facta sufficit ad delendum omnia peccata commissa et committenda ¶ Sed adhuc dicitur quod sacrificium altaris cottidie offertur in ecclesia quomodo ergo. Dicendum quod ibi non est sacrificium iteratum sed unius sacrificii semel oblati cottidiana commemoratio propter hoc dicitur Luc. xxii. Hoc facite in meam commemorationem quod non offertur quod ipse Christus obtulit ¶ Impossibile enim hic ponit secundam rationem ad idem quia principale sacrificium quod fiebat in lege fiebat in die propitiationis de hyrco et vitulo sed illud non poterat auferre peccatum cum esset quedam purificatio corporalium quod non attingit ad animam ergo multo minus alia legis sacrificia poterant auferre peccata huius rationis minorem dicens

Impossibile est enim sanguine taurorum et hyrcorum auferri peccata ¶ Et ante totam hoc arguitur de sacramentis nove legis que consistunt in quibusdam rebus corporalibus tamen et non mundant animam ¶ Dicendum quod non est simile quia in ipsis divina virtus operatur et ideo operantur per modum instrumenti non sic autem erat in sacramentis veteris legis ut plenius dictum in fine huius capituli. Ingrediens ideo hic probat

propter scripturam psalmi xxxix. que loquitur de adventu Christi propter insufficientiam sacrificiorum veteris legis supplendam propter sacrificium Christi quod erat talem videndum illud quod auferret peccatum oportet quod sit deo acceptum sacrificium veteris legis non erat deo acceptum ut patet per scripturam psalmi inducta ergo etc. et hoc est quod dicit Ideo ingrediens mundum propheta Christi assumptorum dicit quia illa scriptura loquitur in persona Christi hostiam in hoc tangit sacrificia que fiebant in animalibus occisis et oblationem id est sacrificia de inanimatis noluisti id est non acceptasti et sunt verba filii ad patrem et interponit sacrificium sibi acceptum quod de corpore Christi fuit dicens Corpus autem aptasti michi id est corpus passibile aptum immolationi et quia fuit formatum et aptatum sola virtute dei absque semine virili. holocaustomata que totaliter incendebantur pro peccato id est sacrificia que pro peccato offerebantur quarum una pars in cibum debebat altera erat sacerdotis et sic apostolus tetigit omnia genera sacrificiorum veteris legis ostendens quod non fuit deo accepta quia dicitur de libris subditur non tibi placuerunt Tunc scriptum dicitur in persona Christi quod sacrificium nove legis sic acceptum est propter Christum tunc dixi ecce venio per carnis assumptionem In capite libri scriptum est de me ut faciam voluntatem tuam deus Liber iste est novi predestinationis cuius huius dicitur illud quod in diuina predestinatione principaliter continetur hoc autem est misterium incarnationis Christi per quod ad beatitudinem pertinget omnes electi ¶ Superius dicens etc. Istud quod sequitur est verbum apostoli exponentis auctoritatem predictam et concludens sacrificiorum veteris legis per sacrificium Christi ut patet littera precedenti unde concludit auferri primum scilicet legis sacrificium ut secundum statuat id est confirmet sacrificium Christi acceptum deo patri In qua voluntate sanctificati sumus etc. quia propter hoc quod Christus implevit voluntatem patris sanctificationem offerendo nos sanctificavit ¶ Et omnis quidem sacerdos hic ostendit sacerdotii novi testamenti et veteris ad invicem differentiam id est quod primo facit quod dicit

est. 3º declarat propositum ubi contestatur auctoritatem. Ad evidentiam primo considerandum quod in lege erat duplex sacrificium solempne. Unum erat in die expiationis quod semel fiebat per summum sacerdotem et scriptum est. Aliud erat iuge sacrificium quod representabat eternitatem christi et eius divinitate et ideo dicebatur iuge quia cottidie offerebatur agnus mane et vespere et illud sacrificium non solum offerebatur per summum sacerdotem sed etiam per alios inferiores sacerdotes et de isto sacrificio loquitur hic dicens et omnis quidem sacerdos scilicet veteris legis presto est cottidie ministrans quia cottidie offerebat iuge sacrificium et easdem sepe offerens hostias easdem scilicet in specie non in numero que numquam possunt auferre peccata ut patet per predicta et magis patebit infra. Hic autem id est christus unam pro peccatis offerens hostiam que sufficit ad delendam omnem culpam commissam et committendam. In sempiternum sedet in dextera dei patris ut dictum est et in hoc patet differentia ipsius ad sacerdotes veteris legis quos oportebat continue stare ut ministrarent. Hic in unica oblatione quia peccata sedit in dextera id est in potentioribus dei patris ubi dicitur de cetero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius et hoc complebit in finali iudicio sicut expositum est supra primo capitulo. Unica enim oblatione consummavit id est ad perfectionem adduxit in sempiternum sanctificatos quia hostia christi habet virtutem eternam sanctificandi et propter hoc illa peccata non habent amplius necessitatem iterandi sicut habebant sacerdotes veteris testamenti. Contestatur autem hic adducit ad probandum idem auctoritatem Jeremie xxxi. que supra exposita est viii capitulo et in fine illius ponitur et peccatorum et iniquitatum eorum non recordabor amplius quia ad talem remissionem se extendit efficacia oblationis christi que est oblatio nove legis ideo per hoc patet quod christus non habet necessitatem iterate ut iterum ad plures offerendum et hoc est quod subditur ubi autem horum remissio est scilicet peccatorum iam non oblatio pro peccato quia superflua esset. Mt. ix. non est opus valentibus medicus certa patet comparatio nunc autem

habentes itaque fratres. Superius apostolus ostendit excellentiam christi sacerdotis hic consequenter ostendit quod debemus ei reverentiam et obedientiam et dividitur in tres partes quia primo ponit apostolus allectiva ad huius subiectionem 2º ostendit subiectionis modum et ordinem ibi Accedamus cum vero corde 3º subdit causam subiectionis modum et ordinem eius ibi Voluntarie enim.

Circa primum considerandum quod duo sunt que debent nos allicere ad hoc quod sacerdoti christo subdamur humiliter et devote. Primum est huius sacerdotis efficacia quia proprie introducimur ad celestia et hoc est quod dicitur habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum id est celestium in sanguine christi qui est oblatio huius sacerdotis quam initiavit viam nobis novam quia nullus ante christum ascendit in celum et viventem scilicet hec via viventis efficacie quia ducit ad vitam eternam qualiter autem christus inchoavit viam istam ostendit quia per velamen id est carnem suam quia caro christi oblata in cruce erat velamen nature divine. 2um autem quod debet nos movere subiectioni pro de est potentia huius sacerdotis quia christus non solum habet potestatem super unam gentem sicut sacerdos legalis super gentem iudeorum sed potestatem habet super totam ecclesiam militantem et triumphantem et hoc est quod tangitur et habentes summum sacerdotem magnum super domum dei. Accedamus hic consequenter ostendit modum subiciendi nos sacerdoti christi quia talis modus est primo per veram fidem et hoc tangitur cum dicitur accedamus cum vero corde absque simulatione in plenitudine fidei quia non sufficit credere aliquos articulos sed oportet credere omnes credendos certa. 2º per susceptionem baptismi christi in quo profitetur se homo servum christi et illud tangitur ibi aspersi corda a conscientia mala et abluti corpus aqua munda quia baptismus non solum lavit exterius corpus sicut faciebant ablutiones veteris legis sed etiam lavat animam interius. 3º subiciamur christo per firmam spem et hoc est quod dicitur teneamus spei nostre confessionem indeclinabilem id est quod non declinemus in prosperis vel in adversis et subdit causam huius spei. Fidelis enim est qui repromisit scilicet deus qui non potest mentiri ideo spes nostra debet ei firmiter inniti.

¶ 10° debemus xpo subici pacientie ligamine. ante
caritas principaliter subiciat deo tamen mani-
festat per dilectionem proximi i(oh)a(nn)is 4 quia dicit Joh.
4° Qui non diligit fratrem suum quem videt
quomodo potest diligere. Ideo apostolus loquens de ca-
ritate per quam debemus xpo subici tangit
dilectionem proximi per quam manifestatur dilectio dei
d(icens). Et consideremus invicem i. solliciti simus
quilibet de proximo in provocationem caritatis
et bonorum operum quantum ad provocationem in bo-
no non deserentes collectionem nostram i. cetum
fidelium in pressura tribulationis et hoc tan-
git subleuacionem [illegible] quia deserentes
eos in talibus non sunt veri xpiani de quibus
subditur sicut est consuetudinis quibusdam
i. fictis xpianis deserentes proximos in pres-
sura tribulationis sed consolantes. Et propterea
debetis esse et tanto magis quanto videritis
appropinquantem diem s. equitatis vel iudicium
cuius ratio est quia cum perficit naturam motus
ante naturalis fortior est in fine [illegible] debet
esse de motu caritatis [illegible] ¶ Voluntarie
enim hic consequenter ponit ipsius subiectio-
nis rationem et dividitur in 2. quia primo ratio-
nem determinat, 2° declaratam rationem
inducit, ibi Irritam i. d. Quia primo inducit ratio-
nem vere subiectionis ampliorem 2° rationem
defectionis divini iudicii i. terribilis [illegible]
¶ Circa primum sciendum quod glosa hic dis-
tinguit inter illum qui peccat nolens et vo-
luntarie quia ille qui ex passione consen-
tit peccato peccat nolens, ille autem qui ex malicia
et habitu inclinante voluntate consentit
peccato peccat voluntarie, et propter hoc iste non
penitet quia [illegible] per habitus
delectabiles. Primus autem penitet transeunte
passione [illegible] dicit non dicit
nisi penitentibus ideo subtrahitur volun-
tarie peccantibus quia non penitet ut dictum
est et hoc est quod dicitur Voluntarie
enim peccantibus nobis etc. aliter potest exponi
licet et magis ut videtur secundum intentionem
apostoli. ¶ Ad cuius intellectum est considerandum
quod secundum sententiam Augustini et aliorum doctorum
tempore [illegible] lapse liberum arbitrium non potest
diu vitare peccatum mortale ante reparationem per
gratiam, post vero reparatum est potest vitare
omne peccatum mortale. Et ideo magis volun-

cadit in peccatum reparatus per gratiam quam non
reparatus, propter quod non reparatis adhi-
betur efficacius remedium ad tollendum
peccatum s. baptismus quia aufert omnem
culpam et penam. Sed si post reparationem baptis-
malem aliquis cadit in peccatum iam
non adhibetur sibi tale remedium quia
non est iterabile sacramentum et hoc est
quod dicitur Voluntarie enim peccantibus
nobis post acceptam notitiam veritatis
i. post baptismum qui est fidei sacramentum
¶ Iam non relinquitur pro peccatis hostia i. mors
xpi nobis iteranda secundum totum effectum
sicut fit per baptismum qui debet tibi eo
quod in ipso configuramur totaliter mor-
ti xpi secundum quod dicitur Ro. vi. Consepulti
sumus cum illo per baptismum in mortem etc.
¶ Terribilis autem hic consequenter ponit
adhuc ad hanc rationem ex districtione divini
iudicii quod est valde terribile transgressoribus
contradicentibus legem xpi et hoc est quod
dicit Terribilis autem quedam expectatio
iudicii propter sententie irregularitatem
et propter pene acerbitatem que tangitur
ibi ignis emulatio quia ignis [illegible]
[illegible] ex zelo divine iustitie infligen-
di que consumptura est adversarios
eos eternaliter cruciando. Deinde similitudine
proposita de lege Moysi contra transgressores
ponunt morte ut patet ex Deuteronomio [illegible]
et multo maius puniendi transgressores
legis xpi que quanto sanctior est ipsa
eam magis observare. Et hoc est quod
dicit Irritam quis faciens etc. [illegible]
magis illi qui filium dei conculcaverit
mandata eius contemnendo et sanguinem
novi testamenti pollutum duxit in quo
sanctificatus est quod faciunt illi qui post
baptismum redeunt ad vomitum et
spiritum gratie contumeliam fecerit ipsum abicien-
do. Aliter potest exponi de illis qui dice-
bant observationem legalium esse necessa-
riam ad salutem post baptismum et sic
quodammodo conculcabant dei filium dicentes
ipsum impotentem ad salvandum nos per proprium
sanguinem eius quasi minus pollutum ducebat

quo ipse non sufficiebat ad emundacionem
peccatorum et propterea propheticus sentiebant eo tunc
hoc genere non te[rmi]nauit quod ante predicti
merentur primum ideo probat per scripturam
dicente michi personam dei michi vindictam
ergo retribuam et cetera quia et si iudices
vindicent hoc non conuenit eis nisi in
quantum sunt dei ministri et quia vindicta
deo reseruatur qui est fortissimus ad
infligendum et iustissimus et iustissi
mus ita quod non potest iniusticia flecti
ideo concludit horrendum est incidere
in manus dei viuentis ¶ Sed contra hoc
arguitur quia dauid preelegit incidere
in manus dei quam in manus hominum Dicendum
quod melius est incidere peccantem
in manus dei ante iudicium finale qui
est pater misericordiarum et sic elegit dauid
sed horrendum est incidere post iudici
um uel in iudicio quando aget ut deus
vltionum ¶ Rememoramini pristinos dies
ad hoc dicit ipse priores dies hic
inducit ad hoc priores dies ... lectores
ad modum boni medici qui post secare
vlcera apponit vnguentum mitigacionis
et quia ad bene agendum maxime pro
uocat commemoracio de bene gestis ideo
primo eorum bona commemorat secundo hortatur
ad implendum quod restat ibi nolite ita
que. Primo igitur pro se sic dicit rememora
mini autem pristinos dies id est primam conuersati
onem laudabilem vestram tempore vestre
conuersionis ad fidem ¶ In quibus illuminati
per fidem et baptismum magnum certamen
passionum sustinuistis et hoc dupliciter vno
modo in propria persona oppressiones et afflicciones
sustinendo et hoc est quod dicit et in altero
quidem id est vno modo certamen sustinuistis
obprobriis et tribulacionibus spectaculum fa
cti alio modo in quantum amici eorum talia susti
nuerunt et sic ipsi per compassionem afflicti
sunt et hoc est quod dicitur in altero
autem socii taliter conuersancium effecti quod
specificat magis in speciali dicens nam et vin
ctis compassi estis et rapinam bonorum vestro
rum cum gaudio suscepistis et quare tale non
sit ipse se apperiendo set tamen ipse primum parat

tollerancia sicut medicina amara propter sa
nitatem ideo sequitur cognoscentes vos
habere meliorem et manentem substanciam id est
diuicias celi quod sunt meliores quia saciant
appetitum et manentes quia non possunt auferri
¶ Nolite itaque hic consequenter hortatur ad imple
dum quod restat et dividitur in duo quia primo
facit quod dictum est secundo inducit ad hoc
auctoritatem scripture ibi Adhuc enim Primo
ergo hortatur eos quia ex bonis precedentibus
debent moueri ad perseuerandum in bono ne
amittat bonum preteritum et hoc est quod dicit
¶ Nolite itaque amittere confidenciam vestram
id est fiduciam per perseueranciam quod magnam habet
remuneracionem quia qui perseuerauerit vsque in
finem saluus erit ¶ Matthei xxiiii Modus autem
perseuerandi tangitur cum subditur paciencia
enim nobis necessaria est respectu malorum
illatorum et respectu bonorum dilatorum ut facien
tes voluntatem dei id est eius mandata
reportetis repromissiones id est rem promissam que
est beatitudo eterna ¶ Adhuc enim hic ad pro
positum adducit auctoritatem scripture in
principio habetur aggei secundo et similis abba
cuk secundo que coniungat apostolus ut ondat
eos vno spiritu fuisse locutos loquitur
autem aggeus de aduentu christi in iudi
cium apostolus accepit dictum eius in sensu mis
tico de aduentu eius in iudicium et sic venit
christus dupliciter vno modo generaliter respectu
omnium et licet a tempore aggei vsque ad generale
iudicium sit tempus magnum tamen dicit
modicum respectu eternitatis ¶ Alio modo venit christus
ad iudicium particulare et hoc est in morte
cuiuslibet hominis quia qualis in morte in
uenitur talis in iudicio putabitur et vsque
ad talem christi aduentum est tempus simpliciter
modicum quia breues dies hominis sunt
et hoc est quod dicitur sic hic Adhuc enim
modicum aliquantulum id est valde breue qui
venturus est in finali iudicio ad iudi
candum veniet et non tardabit quia quemlibet
recipiet hominem in morte que de proximo
imminet et eum quem in iudicio putabit et
quia soli iusti remunerabuntur ideo sequitur
iustus autem meus ex fide viuit per fidem
enim anima primo viuit deo et ideo per ...

dicitur unde sicut corpus vivit per illud
quod primo unitur anime et sicut
corpus separatum ab anima moritur mor
te nature sic anima per separationem peccati a
deo quod se subtraxit se a deo per culpam
non placebit anime mee i. voluntati
mee quia accidit contra deum ¶ Dicendum
tamen quod apostolus allegat hic auctoritatem
abacuc 2° translationem lxx. Ieronimus autem
transtulit sic non erit anima eius recta in
eo et est eadem sententia quia voluntas
divina est regula recta humanorum actuum
igitur qui se subtrahit ab illa cum sit
regula recta per se faciens sibi animam non
rectam ¶ Tunc concludit intentum dicens
nos autem non sumus filii subtractionis
i. subtractio predicta non debet dici in
nobis quia dicitur aliquis filius quod
dicatur in ipso sicut dicitur filius ali
quis mortis eo quod dignum mortis dicitur
in ipso. In perditionem anime quia ad subtrac
tionem predictam sequitur mors anime
sed fidei supple filii sumus vocati per fidem
et spem caritate fides formata debet dici
ri in nobis ad quam sequitur anime salus

qo In acquisitionem anime ¶ Ad maiorem autem
cognitionem que dicta sunt in principio capituli ¶ Queri
tur utrum sacramenta veteris legis
iustificarent ¶ Et arguitur primo quod
sic per illud quod habetur levitici viii° cum
sanctificasset eos moyses i. aaron et filios eius
de quorum ordinatione loquitur ex quo patet
quod sacramentum ordinis in ve. le. sanctifica
bat suscipientes iustificabat quia idem est sancti
ficare et iustificare ¶ Item secundum doctores
sacros circumcisio conferebatur gratia quia
mundabat ab originali culpa circumcisio
autem erat sacramentum ve. le. ergo sacramentum
ve. le. conferebat gratiam et per consequens iusti
ficabat ¶ Contrarium dicitur ad hebreos x impossibile
est enim sanguine taurorum aut hirco
rum auferri peccata et loquitur de iustificatione
ipse dicit de qua est hic questio est per
gratiam gratum facientem que aufert
culpam et facit dignum vita eterna talis
autem iustitia est a solo deo sicut a causa
principali agente cum illud sit gratum
gloria dubitat utrum sacramento si aliquid aliud

ad iustificationem operatur hoc est tamen per modum
instrumenti instrumentum vero duplex est unum
coniunctum aliud separatum sicut in artibus
patet manus enim artificis est instru
mentum eius coniunctum malleum vero
vel sicut quedam anime organa sine
instrumentis corporalis autem vel dolabra
est eius instrumentum separatum et patet
quod huius duplicis instrumenti et instru
mentum separatum non applicabatur ad
opus nisi per realem motum instru
menti coniuncti humanitas christi se habet
ad divinitatem sicut instrumentum coniunctum
ipsi hoc docet ipsum originem dicitur
ideo comparatur ad iustificationem per modum
instrumenti coniuncti sacramenta autem non
possunt ad hoc comparari nisi per modum
instrumenti separati inquantum recipiunt
virtutem a passione christi ubi eius huma
nitas ad nostram iustificationem applicata est et
dicitur ¶ Io. 1° ¶ Ecce agnus dei ecce qui
tollit peccata mundi quia plenius agni
immolationem fecit deus merito nostro ex
cepto autem huius veritatis non potest com
petere sacramentis ve. le. sed novo sacra
mento no. le. cuius ratio est quia talis
receptio est per realem motum instru
menti coniuncti ut dictum est nichil autem
potest movere realiter nisi sit in actu
ideo sacramenta ve. le. que precesserunt
incarnationem et passionem christi non pote
rant aliquid virtute comprehendi ista
talis ad iustificationem sed sacramenta
no. le. que sumunt eorum talem virtutem
recipiunt ideo sunt instrumenta iusti
ficationis humane ¶ Considerandum tamen quod
licet nisi possit aliquid movere per
modum efficientis et per realem motum
nisi sit in actu ut dictum est potest
tamen movere per modum finis et per appre
hensionem sicut finitas apprehensa
sui ipsius desiderium antequam sit in esse
sui et hoc modo passio christi sine merito in
circumcidens iustificabat patres ve. te. in
quantum erat ab eis credita et desiderata
quia per fidem mediatoris salvati sunt sa
cramenta autem ve. le. erant quedam protestationes

fidei ipsorum et ideo significabant tantum
fidem per quam homines salvabantur
sed non continebant aliquam virtutem ut iste
sicut continent sacramenta nove legis. unde
accipiatur iustificatio large prout importat
innocentiam exteriorum impedimentorum
que contrahebantur in veteri lege scilicet
contactu mortui animalis vel aliis im-
mundis per quod reddebatur homo ineptus
tus ad accedendum locum cultus divini
sicut sacramenta veteris legis iustificabant
que tales immunditias amovebant
propter quod apostolus vocat ceremonias legis
iustitias carnis ut supra dictum est de sa-
cramentis veteris legis. ita intelligendum est
de oblationibus et sacrificiis illius temporis
propter quod dicitur supra quod sacrificia ve-
teris erant accepta deo ex parte devotionis
offerentium tantum sed ex parte ipsa sacri-
ficia autem nove legis sunt ex se ipsis deo
accepta. ¶ Ad primum ergo dicendum quod illa sa-
crificia non erant nisi quedam exterior appli-
catio ad divinum cultum que non conferebant
gratiam licet fides ipsorum applicatio-
nem afferret. ¶ Ad secundum dicendum quod circumcisio
conferebat gratiam non per propriam virtutem
sed per fidem cuius erat signum sicut quod
dicit apostolus capitulo iiii° ad Romanos quod Abraham
accepit signum circumcisionis signaculum iusti-
tie fidei sacramenta autem nove legis con-
ferunt gratiam ex opere operato. ¶ Ad tertium quod
ablutiones sacrificia veteris legis non aufe-
rebant peccata sed fides et devotio offerentium
et hoc patet in lege veteri. quomodo legitur in ob-
latione cum hostiam pro peccato immo-
latione sua deprecabitur et orabit
pro eo sacerdos pro eo et dimittetur ei quasi diceret quod
peccatum dimittebatur non propter ipsum sacrifi-
cium sed propter fidem ipsorum offerentium vel

Est autem
fides etc. ¶ Quoniam apostolus mo-
nuit fideles subici Christo et ostendit
quod talis subiectio est per fidem. Ideo in-
cipit hic commendare ipsam fidem ut
ea que sunt fidei libentius amplectantur
et dividitur in tres partes quia primo describit
ipsam fidem, secundo ponit diversa exempla

primum illi In hac enim testimonium tertio ad
ea que sunt fidei hortatur plebem in
principio xii capituli ideoque etc. Primo ergo primo
ponit diffinitionem fidei dicens fides est substan-
tia etc. ¶ Ad cuius intellectum sciendum quod
habitus cognoscitur per actus et per obiecta.
fides autem est habitus quidam in specie
unde debet diffiniri per proprium actum in
comparatione ad proprium obiectum. actus autem
fidei est credere qui est actus intellectus ex
parte voluntatis imperio quod nullus
credit nisi volens etc. ut dicit Augustinus
solum habet ordinem ad obiectum super
super 2o. unde actus fidei quod est crede-
re non solum habet ordinem ad obiectum intellectus quod est
verum sed etiam ad obiectum voluntatis quod est
finis seu bonum. habitudo igitur actus fi-
dei ad obiectum voluntatis designatur in diffi-
nitione apostoli cum dicitur fides est substantia
rerum sperandarum res enim sperande continent
ipsam beatitudinem cum sit status omnium
bonorum aggregatione perfectus ut dicit Boetius
primo de consolatione. dicitur autem fides
substantia rerum sperandarum in quantum est
quedam inchoatio future beatitudinis quia
fides est prima pars in fieri sicut et ipsa
rebus prima pars dicitur quedam substa-
ntia et maxime quando virtualiter aliquid
continet alia sicut est in proposito et hoc
cum speramus beatificari quia videbimus
clare illud cui per fidem nunc inhereremus
in enigmate. habitudo enim actus fidei ad
obiectum intellectus designatur cum dicit argumen-
tum non apparentium quod obiectum fidei est
veritas non visa cui firmiter adheret fides
non ex rei evidentia sed ex auctoritate divina
et sic patet diffinitio predicta quia data est per ha-
bitudinem actus fidei ad obiectum intellectus
et voluntatis. ¶ Si quis autem velit predictam
in forma diffinitionis reducere potest sic
dicere fides est habitus mentis quo inchoa-
tur vita eterna in nobis faciens intellec-
tum assentire non apparentibus. ¶ Considerandum
vero circa quod predicta apostoli predicta distinguitur
fides ab omnibus aliis que pertinent
ad intellectum per hoc enim quod dicit argumentum
in sua adhesione distinguit fides ab opinione

Diffinitio fidei

Nota diffinitionem fidei

suspitione et dubitatione in quibus non est firma adhesio intellectus. Per hoc autem quod dicitur non apparentium distinguitur fides a scientia et intellectu per que fit ad apparens. Per hoc autem quod dicitur sperandarum substantia rerum distinguitur virtus fidei a fide communiter sumpta que non ordinatur ad beatitudinem sperata. Et per hoc etiam apparet quod predicta diffinitio fidei sit bona quia facit diffinitum differre ab omnibus aliis. ¶ In hac enim posita fidei diffinitione hic consequenter ponit apostolus exempla a fide et primo facit hoc in generali 2° in speciali ibi fide intelligimus. Dupliciter ergo prima parte dicit quod patres senes etc. habuerunt testimonium bonitatis a deo propter meritum sue fidei. Unde Gen. xv. dicitur de Abraham credidit Abraham deo et reputatum est ei ad iustitiam. Et hoc est quod dicit apostolus in hac enim scilicet fide testimonium consecuti sunt senes i. antiqui patres. ¶ Fide intelligimus. Hic consequenter ponit exempla fidelium in speciali et dividitur in tres quia primo ponit exempla de hiis qui crediderunt et docuerunt. 2° de hiis que ex fide fecerunt ibi fide Abel. 3° de hiis que propter fidem passi sunt ibi alii distenti sunt. ¶ Circa primum considerandum quod doctrina veteris legis duplex fuit. Una manifesta scilicet de unitate dei et creatione mundi. Alia occulta sub velamine figurarum scilicet de incarnatione. Ubi quia scribebant omnibus hebreis ad fidem conversis ideo primam tamen que omnibus erat tangit dicens fide intelligimus aptata esse secula verbo dei quod dicit sicut antiqui crediderunt omnia esse producta et disposita per verbum dei ut habetur Gen. i° dixit deus fiat et factum est ita et nos credimus producta enim creaturarum et ordinatio ex uno quo de hoc loquitur scriptura ut ipsa talis creatura antequam fiat producta est actus fidei quia non potest demonstrari licet productio mundi absolute scripta possit probari ut ex invisibilibus visibilia fierent communis acceptio philosophorum fuit ex nichilo nichil fieri et ideo e contrario ponit latitatem formarum in materia ante effluxum forum [illegible]

ad actum intelliguntur. Plato autem posuit formas et [illegible] esse separatas a materia a quibus procedunt visibilia. Sed autem ponunt ydeas in mente divina que sunt invisibiles forme et ibi procedunt ab ipsis omnia visibilia sicut artificiata visibilia ab exemplari invisibili quod est in mente artificis. Boetius 3° de consolatione tu cuncta superno ducis ab exemplo pulcherrimum pulcherrimus ipse mundum mente gerens simili que in ymagine formans. Et hoc est quod dicit apostolus ut ex invisibilibus etc. ¶ Fide plurima. Hic consequenter ostendit quid patres ex fide fecerunt et dividitur in tres partes quia primo ostendit de patribus qui fuerunt ante diluvium. 2° de illis qui fuerunt post diluvium tamen ante legem datam ibi fide qui vocatur Abraham. 3° de hiis qui fuerunt sub lege data ibi fide Moyses. Ante diluvium tres patres specialiter commendantur de fide scilicet Abel Enoch et Noe. Et secundum hoc primum dividit in tres partes et in exempla que ponit de hiis tribus. 2a incipit ibi fide Enoch. 3a ibi fide Noe. ¶ Circa primum considerandum quod ex magnitudine fidei Abel processit quod de melioribus primiciis deo obtulit ut habetur Gen. iiii°. Et hoc est quod dicitur hic fide plurimam i. meliorem hostiam Abel quam Cayn optulit deo per quam consecutus est esse iustus quia fides per dilectionem operans iustificat testimonium perhibente muneribus eius deo quia ignis descendit de celo super hostias eius in signum acceptionis divine ut et Gen. iiii° respexit deus ad Abel et ad munera eius translatio Theodosii sic habet inflammavit deus super Abel et super munera eius et per illam defunctus adhuc loquitur in quantum factum suum movet nos ad fidem et devotionem. Potest etiam hic referri ad illud quod dicitur Gen. iiii ¶ Vox sanguinis Abel fratris tui clamat adhuc de terra i. ostendit innocentes fideles morte digna vindicta

Fide enoch hic ponit exemplum de filio enoch
et dividitur in duas partes quia primo proponit in
tentum et secundo probat ibi ante translationem dicit
ergo quod fides enoch patet per hoc quod a peccato
ribus fuit segregatus et in paradysum
translatus est et hoc est quod dicitur fide
id est merito fidei enoch translatus est ne
videret mortem aliorum scilicet in diluvio vel etiam
suam quia non est mortuus morietur tamen
in fine mundi quia omnes sunt debitores
mortis ex transgressione primi parentis et non in
veniebatur [struck] quia transtu
lit illum deus in paradysum terrestrem ubi
conservatur vita eius usque ad finem mundi
ratio huius est quia de te ordinavit ad
passionem non te sed non ante te compisse
promittit vita eterna ideo ut in ve te
daretur spes vite eterne mors enoch di
lata est tempore legis nature mors helie
hic tempore legis date ut habetur 4° Re 2°
totum ante ve te dormivit passio duo te
pora. Ante translationem hic consequenter probat
quod enoch translatus fuit propter meritum
fidei et facit talem rationem nullus potest
placere deo sine fide sed ante translationem e
noch placuit deo ut habetur gen 5° et non
tulit eum deus et hoc est quod dicit
hic ante translationem patet ex predictis
Credere enim probat consequenter quod nullus
placeat deo nisi per fidem quia ad hoc quod
aliquis placeat deo oportet quod accedat
ad ipsum iste autem accessus est per fidem ergo
etc. Ultimum considerandum quod omni
motu vel accessu mobile rationabile duo
intendit scilicet terminum motus et causam quare
movetur in accessu autem ad deum que
est per fidem terminus est ipse deus et ideo ad
hoc dicit credere enim oportet accedentem ad
deum quia est unus solus deus et ideo propter
hoc dicitur Joh 17 qui est misit me
ad vos. Causa autem quare homo per
fidem movetur in deum est spes remunera
tionis eterne et ideo ad hoc dicit et in
quirentibus se remunerator sit. Ista enim duo
credere scilicet dei unitatem et eius remunerationem
eternam fuit necessarium ad salutem semper apud
omnes nec plus requirebatur ad salutem
gentilium qui nullam legem acceperunt ante

nisi legem nature. Sed contra hoc videtur
esse dictum augustini libro de correctione et
gratia ubi dicitur sic illa fides sana est
qua credimus nullum hominem sive ma
iorem sive parve etatis liberari a contagio
mortis et obligatione peccati nisi per media
torem dei et hominum ihesum christum ergo credere
misterium incarnationis fuit necessarium
ad salutem omnibus etiam gentilibus. Dicendum
quod misterium incarnationis potest credi
dupliciter uno modo explicite et sic tenebantur
credere illi quibus facta est de hoc revelatio
sicut iudei in ve. te. tamen sapientes scrip
turas sacras tenebantur magis cognoscere et
credere quam alii et adhuc in no. te. magis te
netur ad hoc prelatus in quantum persone expli
cati est misterium christi. Alio modo potest
credi misterium incarnationis implicite
et ad hoc solum tenebantur gentiles qui non
erant obligati ad legem moysi talis autem
fides implicita de misterio incarnationis
continetur in duobus primis preceptis quia
qui credit unum deum remuneratorem ipsum in
ratum ipsum credit ipsum habere providenciam
de salute hominum licet autem modum huius
providencie explicite non cognoscat modum
autem per quem deus providit saluti hominum est
per incarnationis misterium et ideo patet quod
fides incarnationis implicite continetur
in predicta credulitate gentilium. Videtur enim
aliquid quod deum esse non sit creditum quia
a philosophis est demonstratum. Dicendum quod multitudo
hominum non capit tales demonstrationes sed
pauci et ideo licet non sit credibile simpliciter
quia non est credibile omnibus est tamen
credibile pluribus. Apostolus autem loquitur
de fide in genere respiciat caritate hominum
Fide noe hic ponit exemplum de fide sive
noe de quo dicit quod ex fide videlicet fecit primum
est quod de futuris contingentibus credidit
de eis ostendit preparato habuit responsum per
revelationem adeo quod mundus periret dilu
vio in futurum et ideo ad hoc dicit fide
noe responso accepto de hiis que adhuc non
videbantur. Primum est quod credens adimpleri
dictum dei timuit et hoc est quod subdit metuens

3m est quod ad mandatum dei implendum fecit
archam, et hoc est quod dicitur aptavit ar-
cham i. aptam fecit ad habitationem suam et al-
liorum animalium secundum preceptum domini ut habetur Gen.
vi°. 4m est quod parcentibus aliis salvavit
cum domo sua familiam, et hoc est quod di-
citur In salutem domus sue. 5m tangit
cum subditur per quam dampnavit mundum
i. mundanos dampnabiles ostendit, per-
fidem suam in qua tanto plus cum suis sal-
vatus est, et consequenter ostendit quid co-
secutus est ex premiis que per fidem fecit cum
dicitur Et iusticie que per fidem est heres est insti-
tutus quia in diluvio totus mundus
periit reliquus, ideo iusticia in ipso et filiis
eius tantum remansit. Fide qui vocatur
hic consequenter ponit exempla fidei in patribus
qui fuerunt post diluvium et ante legem
datam, et dividitur in quatuor partes quia primo
ponit exemplum de abraham, 2° de ysaac
ibi Fide et de futuris, 3° de iacob ibi Fide iacob,
4° de ioseph ibi Fide ioseph. Isti autem 4or
specialiter fuerunt patres iudeorum, tres autem
precedentes fuerunt patres tam iudeorum quam
gentilium. Prima dividitur in duas partes quia
primo ostenditur fides abrahe quantum ad
humanam conversationem, 2° quantum ad divinam
obedientiam ibi Fide obtulit. Prima adhuc
in tres quia primo ostenditur quid abraham
ex fide fecit quantum ad habitationem, 2° quantum
ad generationem ibi Fide et ipsa sara, 3°
quantum ad dispositionem suam ibi iuxta fidem
defuncti. Circa primum considerandum quod magn-
itudo fidei abrahe ex hoc patet quod statim
ad verbum domini ivit ad terram alienam
sibi a deo promissam ut habetur Gen. xii° et
per totam vitam suam habitavit in illa ut pe-
regrinus et advena, quia ut dicitur Act. vii
dominus non dedit ei in ea hereditatem nec pas-
sum pedis, et tamen semper firmiter credidit
divinam promissionem implendam, et hoc est quod
dicitur Fide qui vocatur abraham obedi-
vit in locum exire quem accepturus erat
in hereditatem, et exiit nesciens quo
iret, quia illam terram alias non viderat.
Fide demoratus est in terra repromissionis tamquam
in aliena, quod in illa mansit ut ad-

vena patet quia non mansit ibi in domo
firma sed in casulis et tabernaculis que
sunt mansiones mobiles, et hoc est quod
dicitur In casulis habitando cum ysaac
et Jacob coheredibus repromissionis eiusdem
quia ipsis promissa est terra sicut ipsi abra-
he ut patet Gen. xxvi° et xxviii°. Quod autem
Abraham habitavit cum ysaac patet
quia ipsum genuit et nutrivit. Quod ha-
bitavit cum Jacob nepote suo probatur
sic quia abraham vixit clxxv° annis
ut habetur Gen. xxv° et c° anno vite
sue genuit ysaac ut habetur Gen. xxi°,
ysaac autem erat sexagenarius quando natus
fuit Jacob ut habetur Gen. xxv° et sic
patet quod abraham vixit cum Jacob
xv annis. Ultimus reddit causam quare sic
habitabat ut advena quia nichil re-
putabat aliud quam esse super terram sed ex-
spectabat mansionem celestem, et hoc est
quod dicitur Expectabat enim sic abraha
cum heredibus suis civitatem mansionem cum
celestis que dicitur civitas i. civium uni-
tas propter plenitudinem patris habentem
fundamenta civitatis, hoc dicit propter eius
immobilitatem et quod habetur ysaie xx-
xiii oculi tui videbunt urbem civitatem
opulentam tabernaculum quod nequaquam trans-
ferri poterit, cuius artifex et conditor
deus, nomine aliquo accepit et quod
scribitur ezechielis ultimo nomen civitatis
dominus ibidem sicut iam diu nominatur.
Fide et ipsa sara hic consequenter
ostenditur fides abrahe quantum ad genera-
tionem fuit enim quoad duo sara difficilis propter
duo, primo quia erat sterilis ut habetur
Gen. xvi, 2° quia erat extra tempus,
sic defecerant enim sare fieri muliebria
ut habetur Gen. xviii, et tamen abraha
in divina promissione firmiter credidit ex
ea filium habere, ex quo patet magnitudo
fidei sue, et hoc est quod dicitur Fide
et abrahe ipsa sara sterilis virtutem
in conceptione seminis accepit
Fides miraculose etiam preter tempus etatis
~~etatis~~ enim fuit ibi duplex miraculum

quos fidelem credidit esse. Abraham enim
qui repromiserat quod illud antecesit fan(?)
propter fidem abrahe, et non propter fidem zare
probatur esse, quia sara audiens nuncium
de suo conceptu non credidit sed magis frivo-
lum reputavit, ideo sicut de re friuola
risum emisit, propter quod angelus eam re-
prehendit ut patet gen xviij. Quod autem
abraham audito conceptu sare futuro
risit non fuit ex diffidencia sed ex gaudio
procedente ex divina promissione, ideo non fuit
reprehensus sicut sara, et ideo sequitur
propter quod ab uno scilicet abraham et hic emor-
tuo quia hic erat vetulus et ad gene-
randum fere inceptus dico ante sare ex-
postea genuit filios de cethura ut ha-
betur gen xxv. quia aliquando contingit
quod ille qui propter senectute fuus est
quasi ineptus ad generandum generat tamen
propter bonam mulieris aptitudinem ad con-
cipiendum, orti sunt tamquam sidera celi in
multitudine et sicut arena que est
ad oram maris innumerabiles de abraham
enim orti sunt multi boni et mali, et propter hoc
comparantur multitudini stellarum quantum
ad bonos, multitudini arene quantum ad
malos. ¶ Iuxta fidem hic consequenter ostendit
quod abraham cum ysaac et iacob per
fidem fecit, quod isti ita laudabiliter con-
versati sunt usque ad mortem in bona fide
permanserunt, et hoc est quod dicitur iuxta
fidem quasi habentes fidem sacram defunc-
ti sunt omnes isti non acceptis promissio-
nibus ex quo patet firmitas fidei eorum, sed
contra hoc videtur illud quod scribit gen
xxxiij. Cum erat abraham tempore hoc-
dicitur possedit terram. Dicendum quod sic
debet intelligi possedit scilicet possidendi pro-
missione accepit, non tamen ac-
tu possedit, quia non habuit in ea pas-
sum pedis ut dicitur act vij, propter hoc
sequitur sed a longe eas inspicientes et
salutantes confitentes quia peregrini et hospi-
tes sunt super terram loquitur ad similitu-
dinem nautarum qui existentes in mari a lo-
nge videntes portum gaudent et salutant sic
prie bo te. Videntes a longe inspiciam

misterium christi gaudebat, propter quod dicitur
Io. viij°. abraham pater vester exultavit
ut videret diem meum etc. et quia longe
erant a tempore christi ideo confitebantur se
advene esse et peregrini, propter quod abraham
dixit gen xxxiij advena et peregrinus sum
apud vos etc. Iacob dixit gen xlvij. di-
es peregrinationis mee etc. et per hoc ostendebant
celestem gloriam tamquam suam patriam propria
inquirere, et hoc est quod dicitur qui enim
hec dicunt significant se patriam inquirere. ¶ Et
quia posset aliquis dicere quod propter hoc con-
fitebatur se peregrinos, quia exierant de
caldea vel de mesopotamia quas terras
reputabant patriam suam, ideo hic concludit
apostolus dicens et siquidem ipsius meminis-
sent de qua exierant habebant utique tem-
pus revertendi quia non tantum dista-
bant a mesopotamia vel caldea unde
exierant quando de facili possent redire
illuc, ideo non loquebantur de illa patria
quia de precepto domini exierant, propter quod
abraham dixit servo suo gen xxiiij. Ca-
ve ne quando filium meum reducas illuc, et
licet iacob ad mesopotamiam iverit hoc non
fuit ad manendum, sed ad tempus propter o-
dium fratris fugiendum, et ad querendum uxo-
rem, ideo concludit apostolus quod non lo-
quebantur de patria terrestri sed celesti et
nunc autem meliorem appetunt scilicet celestem
et quia in terra advene et peregrini reputabant se
de patria celesti moribus et actu fidei, ideo
deus voluit nominari deus eorum ex amore
et fide speciali, et hoc est quod subditur
ideo non confunditur deus vocari deus
eorum hoc habetur exo. iij°. ubi deus loquens
moysi dixit ego sum deus abraham
deus ysaac et deus Iacob, sicut enim de-
nominatur rex a sua civitate principali
quam sui regni se extendit ad alias sicut
in hispania dicitur rex ulixi, rex babilo-
nis vel huiusmodi, sic deus a patribus voluit
denominari, quia ubi ipsi se ostendebant
se esse de civitate celesti ut dictum est, con-
sequenter paravit enim illis civitatem scilicet celeste
¶ Fide obtulit hic ostenditur quod abra-
ham ex fide fecit quantum ad obedientiam

divina/ deus eum promiserat ei multiplicare
semen per ysaac Ge. xxi et xxii/ et tamen ad precep-
tum domini voluit eum immolare/ ex quo patet
magnitudo fidei abrahe/ quia firmiter cre-
didit promissione dei implendam de multipli-
catione sui seminis per ysaac/ et ipso ymolato
non restabat alius modus nisi per resusci-
tacionem eius/ ex quo patet quod abraham cre-
didit resurreccionem mortuorum/ in qua con-
sistit unus de maioribus articulis fidei/
et non solum credidit resurreccionem genera-
lem futuram in fine mundi/ sed eciam hoc specialem
resurreccionem filii sui ad implecionem divine
promissionis/ et hoc est quod dicitur fide optu-
lit abraham ysaac i. offerre voluit sed
divinitus impeditus fuit/ cum temptaretur
temptat enim dyabolus hominem et deus/
sed dissimiliter quia dyabolus temptat
ut decipiat hominem ut cognoscat deus
ut cognoscere faciat et sic temptavit
abraham ut fides eius et obediencia notifi-
catur nobis ad exemplum imitacionis
/ et unigenitum hoc dicitur filium quia ha-
bebat unum alium filium sed solum pluraliter
recepturum quo susceperat promissiones id est
promissum fuerat abrahe quod semen eius non
vocaretur per ysaac tantum/ et ideo erat unigenitum
quantum ad istam condicionem/ vel aliter dicitur
unigenitus ratione matris quia non habuit ali-
um filium arbitrans i. iudicans et firmiter
credens quia et a mortuis suscitare po-
tens est deus et ideo oblacio ysaac fuit
figura mortis et oblacionis christi/ sicut
hereus[^1] enim aries hesit inter spinas cornibus ymo-
latus est/ ysaac liberato/ sic humanitas
christi adhesit cruci occisa est divinitate in-
passibili existente/ et hoc est quod dicitur unde eum
in parabolam accepit scilicet abraham oblacionem
filii sui figuram passionis christi intelligens
fide et de futuris hic ponit exemplum de
fide ysaac/ qui ex fide futurorum benedixit filiis
suis/ et hoc est quod dicitur fide et de fu-
turis benedixit ysaac Iacob et esau hoc
habetur Gen. xxvii ubi dicitur quod in be-
nedictione sua preposuit Iacob ipsi esau
dicens dominus tuus constitutus illi/ et ysaac
vidit in spiritu hanc benediccionem fore effica-
ciam in futuro quia non habuit effectum
in personis duorum fratrum quia esau nunquam

servivit Iacob sed habuit effectum in
duobus populis descendentibus ab ipsis quia ydu-
mei servierunt filiis israel tempore david
ut habetur ii Re. viii ¶ fide iacob hic
ponit exemplum de fide ipsius Iacob qui
benedicendo filios Ioseph/ preposuit preposuit
effraym qui erat minor ipsi manasse seniori
pluri quia prenunciacionem habuit digni-
tate regiam ad effraym transire/ et hoc im-
pletum est parabola ut habetur iii Re. xii
et huius implecionis iacob habuit firmam
fidem/ et hoc quod dicitur fide iacob
moriens singulos filios Ioseph benedixit
habuit eciam fidem de sepultura re-
surreccione christi fienda in terra promissionis
propter quod ad iuravit Ioseph ut ferret
illuc corpus suum defunctum/ post cuius iura-
mentum gracias agens adoravit deum
conversus ad caput lecti sui translacionem Iero-
nimi ut patet Gen. xlvii translacio vero habet
sicut hic allegatur et adoravit fastigium
virge eius et utraque est bona quia adora-
vit versus caput lecti quod erat contra
occidentem ex qua parte adoravit iudei et
quia erat senex habebat baculum pro-
pter suam senilitatem innitebatur adorando deum
unde non est intelligendum quod adora-
vit summitatem virge vel baculi sed oravit
deum innixus super baculum ¶ Aliter expo-
nitur de baculo Ioseph qui portabat
sceptrum in signum potestatis sibi date super
egyptum et hoc sceptrum accepit Iacob/
quando Ioseph cepit iurare et postquam
iuraverat iterum reddidit sceptrum ipsi Ioseph
adoravit deum innixus summitate illius
sceptri ¶ aliter potest exponi magis pro-
prie quod adoravit sceptrum Ioseph
non ipse sed absolute sed magis erat signum
in figura potestatis christi sicut nos ado-
ramus crucem magis tamen est signum cru-
cis christi ¶ fide Ioseph hic ponit exemplum
de fide Ioseph/ qui moriens ex fide fecit
memoriam de exitu filiorum israel de egipto
ut habetur Gen. ultimo/ et hoc est quod
dicitur fide Ioseph moriens de profectione
filiorum israel memoratus est/ habuit eciam
fidem de sepultura et resurreccione christi
in terra promissionis complenda/ et ideo mandavit

[^1]: hereus — marginal note

nuptum ossa sua ut esset particeps illius re-
surrectionis quia christo resurgente multi sancti
patres resurrexerunt ut habetur Mt xxvii et
hoc est quod dicitur et de ossibus suis man-
davit. ¶ Sed queritur quare non precepit
statim post mortem suam illuc portari. Dicendum
quod ad hoc duplex ratio assignatur.
Una est quia fratres sui habebant tantam
potestatem sicut ipse, ideo non poterant facere
de ipso sicut fecerat de patre suo. Secunda est quia
previdebat filios Israel multa du-
ra passuros in terra Egypti, ideo ad conso-
lationem eorum voluit ibidem ad tempus
sepeliri vel potius reponi ut ibidem. Dicendum
quia per hoc habebant spem exeundi cum ossibus
Joseph. Unde et Moyses educens filios Israel
de Egypto tulit secum ossa Joseph ut habetur
Ex xiii. ¶ Fide Moyses. Hic consequenter
ponit exempla patrum qui fuerunt tempore
legis que sub Moyse data est ut dicitur
Jo. primo lex per Moysen data est. Hoc autem tempus
distinguitur in tres. Primum fuit tempus
ante exitum de Egypto, secundum in exitu, tertium post
exitum. Primo ergo ponit exempla de hoc quod
factum est ante exitum, secundo de hoc quod in
exitu ubi fide reliquit Egyptum, tertio de hoc
quod factum est post exitum in terra promissionis.
Circa primum ad hoc declarandum duo facit.
Primo ostenditur quod factum sit ex fide in nativitate
Moysi, secundo quid ipse fecit ubi fide Moyses gran-
dis. ¶ Circa primum sciendum quod filii Israel ex
prophetia Joseph firmiter credebant liberari de
afflictione Egypti, parentes de populo suo cum
dei adiutorio, ideo parentes Moysi viden-
tes ipsum elegantem puerum preter solitum mo-
dum iudicaverunt virtute dei esse in illo ad
liberationem populi, et per hanc fidem servaverunt ipsum
contra regis edictum exponentes se periculo
propter periculum et hoc est quod dicitur fide Moy-
ses natus occultatus est mensibus tribus
a parentibus suis ex fide eius parentum factum est
sed non ex fide Moysi qui non habebat iudi-
cium rationis, et causa subditur eo quod vi-
dissent elegantem infantem i. aptum ad
liberandum populum a deo et hoc eis innotuit
et non timuerunt regis edictum qui prece-
perat omnes masculos proici in flumine ut

habetur Ex i. ¶ Sed hoc videtur falsum quia
dicitur Ex ii quod parentes Moysi timo-
re regis posuerunt eum in flumine et sic
exposuerunt eum morti. Dicendum quod non
fecerunt hoc ad ipsum interficiendum sicut
preceperat rex, sed quia non poterant ipsum
amplius celare timebant probabiliter
ne inveniretur ab eis, ideo in tali casu
[illegible] iudicaverunt ipsum exponere divine
custodie in fiscella bituminata credentes
fide certam quod deus servaret eum
ubi deficiebat humana prudentia que
in talibus non deficit. ¶ Fide Moyses. Hic
consequenter ostenditur quid ex fide Moyses
fecit, quia adoptatus a filia Pharao-
nis ut habetur Ex ii. et adultus factus
visitavit filios Israel et videns virum
Egyptium percutientem unum de filiis Israel in-
terfecit eum et sic per hoc factum negavit
se esse filium filie Pharaonis et hoc processit
ex magnitudine fidei eius quia de filiis
Israel credebat Christum nasciturum, et hoc est
quod dicitur Fide i. per fidem Moyses gran-
dis effectus i. adultus negavit se esse
filium filie Pharaonis. Consequenter de eius
subiungit duo difficillima ad sustinendum
que elegit sustinere ex fide. Primum est quod
magis voluit affligi temporaliter cum dei
cultoribus quam iocundari cum ydola-
tris et hoc est quod dicitur magis eligens
affligi cum populo dei i. cum filiis Israel qui
colebant deum quam temporalis peccati habere
iocunditatem i. prosperitatem Egyptiorum.
Secundum est quod elegit paupertatem sustinere
magis quam divitias Egyptiorum cum peccato
possidere et hoc est quod dicitur maiores
divitias estimans improperium Christi i. paup-
pertatem vituperatam propter fidem Christi venturi sus-
tinere thesauro Egyptiorum i. quam thesau-
rum possidere et subditur causa quia Moy-
ses tamen durum pariter sustinebat sed
aspiciebat enim oculis cordis in remunera-
tionem future beatitudinis sicut mercenarius pro
eo libenter patitur non propter se sed habendo
oculum ad premium future. ¶ Fide reliquit.
Hic consequenter ostenditur quid factum est ex fide in
exitu de Egypto et dividitur in tres partes

quia primo ostenditur quod per fidem fecerit in ipso
eius exitus / 2o quid in suo exitu ubi
fide celebravit / 3o quid factum est in exitu
de egypto ingrediendo terram promissionis
ubi fide murum Jericho. ¶ Circa primum scien-
dum quod Moyses bis exivit egyptum / primo
exivit causa egyptiaci / et de isto exitu non
loquitur hic / quia ex timore regis tunc
exivit ut habetur Exo. ii / 2o exivit de
egypto ducendo secum omnes filios Israel /
et de isto exitu loquitur hic / quia tunc
non timuit regem persequentem eos / ut ha-
betur Exo. xiv / quia tunc dixit filiis
Israel nolite timere etc / et hoc est quod
dicitur fide reliquid egyptum non veritus
animositatem regis et reddit causam
quare non timuit dicens invisibilem
enim sustinuit i. deum qui invisibilis est
fiducialiter exspectavit tamquam videns
ipsum auxilium eius invisibiliter afferen-
tem propter quod dixit populo state et vi-
dete magnalia dei que facturus est hodie
Exo. xiv / et hoc totum processit ex fide
que est de non visis. ¶ Fide celebravit
hic consequenter ostendit quid factum est ex-
de modo exeundi / et dividitur in duas partes
quia primo ostenditur quid factum sit in dis-
positione exeundi / 2o quid in actu exe-
undi ubi fide mare. ¶ Circa primum conside-
randum quod dispositio filiorum Israel in
exeundo de egypto fuit agni paschalis
immolacio cum sanguinis linitione super-
liminaria et postes domorum filiorum Israel / ne
interficerentur ab angelo qui percutiebat
primogenita egyptiorum ut habetur
Exo. xii / et hoc est quod dicitur fide ce-
lebravit pascha i. immolacionem agni pas-
chalis que fuit signum immolationis christi
morte / secundum quod dicitur prima Cor.
v. pascha nostrum immolatus est christus per
eius mortem et sanguinis effusionem sumus
liberati a captivitate dyaboli / sicut filii Israel
per immolacionem agni paschalis et effusionem
sanguinis eius in postibus et superliminaribus
domorum sunt liberati ab angelo percuten-
te primogenita egyptiorum / et hoc est quod
dicit ne qui vastabat primogenita tangeret
eos. ¶ Fide transierunt hic tangit modus
exeundi ubi ex fide contigerunt duo

miracula unum fuit quod mare sicco
pede transierunt / et hoc est quod dicitur
fide transierunt mare rubrum tamquam per
aridam terram / 2m fuit quia aqua erat
pro muro eis a dextris et sinistris ut habetur
Exo. xiv. hoc etiam patet per hoc quod egyp-
tii eos persequentes submersi sunt et hoc est
quod dicitur quod experti egyptii devorati sunt
talia autem contingunt ex fide quia opera-
tio miraculorum attribuitur fidei secundum quod
dicitur Matt. xvii. si habueritis fidem sicut
granum sinapis dicetis monti huic trans-
i hinc et transibit et nichil impossibile erit
vobis. ¶ Fide muri hic ostendit quid
factum sit post exitum de egypto ingrediendo
terram promissionis / et dividitur in
duas partes quia primo ostendit quid fac-
tum sit per populum Israel 2o quid factum sit
per Raab ubi fide Raab. ¶ Circa primum
sciendum quod in ruina civitatis Jericho
aliquid fuit ex parte populi scilicet circuitus civitatis
vii diebus ut habetur Josue vi / quia ex
mandato dei hoc fecerunt hebrei credentes
firmiter promissioni dei in populo de miraculose
captione civitatis aliquid fuit ex parte
dei videlicet quod muri Jericho divina virtute
subito corruerunt in circuitu vii dierum
per hoc autem prefiguratum fuit quod impedi-
menta cadunt per continuam predicationem
cum perpetuitatis perceptionem figurat
unde dicitur 2 ad Cor. x. arma mi-
licie nostre non sunt carnalia sed potentia deo
ad destructionem munitionum. ¶ Fide Ra-
ab hic ostenditur quid factum sit ex fide unius
Raab que ex conditione miraculorum
factorum in transitu filiorum Israel per mare
rubrum et in aliis miraculis que eis acci-
derunt credidit futuram civitatem Jericho
tradendam divina virtute in manus populi
Israel / et ideo nuncios Israel ex caritate suscepit et
servavit / ex qua meruit liberari a mor-
te cum sua consanguinitate ut habetur
Josue vi / et hoc est quod dicitur fide
Raab meretrix sic quo cognominata est non
periit cum incredulis i. cum aliis civibus
Jericho qui credebant contra possessores terre

domum ipsius exceperat exploratores cum
pace quia eos salvavit ut dictum est. Quod autem
ista Raab dicatur aliquando quod ad literam erat
meretrix, videtur exploratores melius potue-
runt ingredi domum eius de necessitate quia
tales mulieres indifferenter omnes recipiunt
et ipsi in necessitate positi poterant licite
ad eam ingredi non propter luxuriam exercen-
dam sed ad vitam propriam conservandam. Ipsa
enim minus poterat suspicari in receptione
eorum quam altera de civitate cum ipsa in-
differenter omnes reciperet, et salutem explora-
torum non debebat ponere in mortem
altius. Ideo intraverunt domum ipsius quamvis
esset meretrix. Sed hoc non videtur probabi-
le quia tales meretrices parum habent de
fidelitate. Ideo non videtur probabile quod
exploratores filiorum Israel qui erant homines
prudentes confiderent in tali muliere de con-
servatione vite proprie. Ideo dicunt alii quod
tunc non erat meretrix sed ante fuerat, propter
quod tale nomen sibi remanserat. Sed hoc
non videtur verum quia tales meretrices quam-
vis peniteant reputantur tamen, id est quasi ple-
be persone viles. Ideo si fuisset meretrix
non fuisset iuncta in matrimonio cum Salmone
qui erat nobilior in toto populo Israel cum esset
princeps nobilioris tribus, scilicet tribus Iude, quia
nobiles Iudei abhominabantur talibus perso-
nis in matrimonio iungi. Et ideo melius
videtur quod non erat meretrix nec fuerat
sed tamen tale nomen habebat. Multi enim
cognominantur aliquo cognomine cuius proprie-
tatem numquam habuerunt in re, sicut pauper
aliquis aliquando cognominatur rex vel comes
vel aliquo huiusmodi. Et aliter potest dici me-
lius ut credo, ad cuius intellectum sciendum
quod Iosue ii ubi tangitur de Raab, dicitur hebraice
et ibi adiuncta sonat sic quod dicta est
prostituta, propterea quia meretrix est in prostituta
ad offerendum corpus suum, ideo hoc nomen
translatum est ad significandum meretricem. Et similiter
mulier hospitalis prostituta ad recipientes tran-
seundo ad hospitium suum, translatum est idem nomen
ad significandum hospitalitatem. Unde in Iosue
ii^o ubi translatio nostra habet ingressi sunt do-
mum mulieris meretricis, translatio chaldaica habet

domum mulieris hospitalarie. Quia talis
fuit Raab, propter quod exploratores de-
clinaverunt ad domum suam ad hospitandum. Quod dicit de
maturitate ad Iohannem que dicit super
iii^{tum} quod ponitur in genesi salubri-
ter sicut mulier reprehensibilis solum
diffusius super mulierem, sicut viventium dica-
tur. De hoc quod hic dicit Iohannes non
propter Raab meretricem sed quia fuerat alie-
nigena et ydolatris nata, sicut etiam
dicit de ipsa Ruth iii^o, que cum fuit mulier
magne virtutis et fame ut dicitur Ruth
iii^o: Scit omnis populus qui habitat intra
urbis mee portas mulierem te esse virtutis.
Et quid dicam. Hic ponit exempla de
fide post exitum de Egypto intra pro-
missionis iam obtenta ducens. Et quid
adhuc dicam, quasi dicat multa possunt poni
exempla de fide prius ad que enarranda non
sufficit tempus vite mee, et hoc est
quod dicit: Deficiet enim me tempus enar-
rantem, id est numquam possem enarrare per sin-
gula. De Gedeon qui ardens promisso Dei
cum trecentis hominibus confidens pugna-
vit contra exercitum maximum populi Ma-
dian ut habetur Iudicum vi^o. Barach qui
credens prophetie Delbore ivit cum populo decem
milium ad pugnandum contra Sisaram. Iudi-
cum iiii^o. Iepte qui confidens ivit ad pug-
nandum contra filios Amon. Iudicum
xi. Unde ibidem dicitur: Factus est ergo
super Iepte spiritus Domini. Quod autem postea
filia sua indiscrete immolata accidit ut
dicit Augustinus, credendum est quod ipse
penituerit, quia ponitur hic in cathalogo.
Frater Hebreorum dicit quod non occidit
eam sed servavit eam Deo propter obser-
vantiam virginitatis sue toto illius
temporis, sicut planius dixi Iudicum
xi. Samson non dictum est. De Gedeone qui
fecit ephot contra preceptum Dei ut habetur
Iudicum viii, scilicet quod penituit ante mortem
et sic dicitur. Aliter potest
dici probabiliter, scilicet quod non fecit contra pre-
ceptum Domini in illo ephot sicut planius
dixi Iudicum viii. David qui confidens ad hoc minus

pugnavit cominus contra goliath / et daniel
qui propter fidelitatem suam optinuit prophe-
tiam et visionem regis et multa alia
Et aliis prophetis supra nominatis (?)
qui per fidem vicerunt regna in quo tan-
gitur actus fortitudinis / operati sunt ius-
titiam in quo tangitur actus iusticie vir-
tutis. Isti enim sunt actus principales inter
actus virtutum moralium quibus conservatur
omne bonum ut dicitur v° ethicorum / et quia vir-
tutes sunt connexe ideo per actus istos in-
telliguntur actus aliarum virtutum / adepti sunt
repromissiones ¶ Contra hoc videtur illud quod
infra dictum est c. xi (?) iuxta fidem defuncti
sunt non adeptis promissionibus. Dicendum
quod triplex promissio facta est antiquis
una fuit promissio de (?) et hanc non ac-
ceperunt abraham ysaac et iacob in se
et de hoc loquitur apostolus supra cum dicit
non adeptis promissionibus res acceperunt (?)
tamen eam in successoribus suis / alia
est promissio spiritualis qua promittitur eterna
vita. Istam autem nullus accepit vel ha-
buit ante christi adventum ¶ Alia promissio est
singularis qua promissum est cuilibet
aliquod bonum particulare sicut david fuit
promissum regnum / ezechie sanitas / et sic de
aliis. Istas promissiones consecuti sunt
et de istis loquitur hic / obturaverunt ora
leonum hoc habet intelligi de daniele ut
patet daniel vi° et de david ut patet primo
Regum xvii / et de sampsone Iudicum xiiii (?) in
hoc ostenditur victoria (?) de animalibus
brutis / extinxerunt impetum ignis hoc
patet in tribus pueris positis in camino danielis
iii° et de moyse et aaron Numeri xvi et xvii (?)
et in hoc ostenditur victoria de rebus in-
animatis / effugaverunt aciem gladii i. aciem
hostium habentium gladios acutos hoc
frequenter patet de Josue gedeon et david
ut patet in libris Josue et iudicum et Regum / con-
valuerunt de infirmitate hoc specialiter patet
de ezechia ysaie xxxviii qui miraculo-
se per fidem sanatus est / et de pluribus aliis
hoc credendum est / quod loquitur in plu-
fortes facti sunt in bello castra verterunt ex-
terorum i. alienigenarum hoc patet de multis specialiter

de ¶ Josue david et machabeis / accepe-
runt mulieres de resurrectione mortu-
os suos / aliqui hic male exponentes
dixerunt quod mulieres acceperunt
viros suos resuscitatos dicentes quod
matrimonium non solvitur per mortem ideo
tenebantur illos reaccipere / patet est contra
apostolum Ro. vii° ubi loquitur de muliere
coniugata si mortuus fuerit vir eius so-
luta est a lege viri ¶ Ideo sciendum quod
aliqua sunt sacramenta que imprimunt carac-
terem et ista non reiterantur sicut resus-
citatus non debet iterum baptizari quia
caracter perpetuo manet in anima que in-
corruptibilis est / aliqua sunt sacramenta
que non imprimunt caracterem et ista reiterantur
ut patet de penitencia quia si interrumpatur per peccatum
mortale necesse est ipsum reiterari / matri-
monium autem non imprimit caracterem
ideo si solvitur per mortem viri mulier
non debet eum admittere si resuscitatur
nisi iterum matrimonium contrahat
¶ Ideo sic debet exponi mulieres i. matres (?)
acceperunt de resurrectione mortuos su-
os i. filios suos resuscitatos per fidem eorum
prophetarum / sicut patet de muliere sarepta-
na que ab helia recepit filium suum resusci-
tatum iii Regum xvii / et de muliere suna-
mite que filium suum resuscitatum rece-
pit ab helizeo iiii Regum iiii° ¶ Alii autem
distenti sunt quid sancti patres per fidem fece-
runt / hic consequenter ostenditur quid per fidem
sustinuerunt / et dividitur in duas partes
quia primo ostenditur quid passi sunt
per fidem / secundo quales promissiones fuerunt
eis dilate / ibi et hii omnes / prima ad-
huc in duo quia primo tangit mala
ab aliis illata / secundo mala voluntarie
assumpta / ibi circuierunt in melotis
dicit ergo quod propter fidem unius veri
dei ¶ Alii distenti sunt i. in tormentis
extensi sicut patet primo mach. et 2° de
septem fratribus et de ipsis ad ultimum matre (?)
suscepta (?) 2° mach. vi non suscipientes re-
demptionem i. liberationem oblatam pecunie (?)
ut meliorem invenirent resurrectionem

p. in futura gloria alii ludibria experti sic
patet de sampsone iudicum xvi et de tho
bia thobie ii° et de Iob xxix et ubi at
patent de michea propheta qui passus est
sedechias in Reg. ultimo et de propheta filio
unius ipsius et de prophetis filiorum ipsius qui fla
gellati fuerunt ab exactoribus pharaonis
exo. v°. Insuper vincula et carceres hoc patet
de Jeremia xxxvii et xxxviii et de michea in
Reg. ultimo. Lapidati sunt hoc patet de naboth
in Reg. xxi et de zacharia filio ioiade ii
paral. 2° Secti sunt hoc patet de ysaia
qui ex precepto regis manasse sectus
fuit cum serra eo quod reprehendebat eius
facinora et de vii fratribus machabeis qui
secti sunt in modulos et aliis corporis particulis
ut patet ii° machab. vii. Temptati sunt
ut ad ydolatriam inclinarentur sicut
patet de machabeo et filiis eius primo ma
chab. 2° et de eleazaro 2° mach. vi° et de sep
tem fratribus ibidem vii. In occisione gla
dii mortui sunt quia multi nolentes
consentire ydolatrie gladio sunt passi
ut patet 2° mach. v et vi. cap°. ¶ Circuierunt
in melotis hic consequenter ostendit quid pas
si sunt propter fidem in malis voluntarie
assumptis et reducuntur ad tria scilicet ad ex
teriorem cultum et ad hoc dicit circuierunt in
melotis. melotes est vestis facta de pelle
capri que insuta est et consuta cum ta
li habitu Iohannes ad aliquid describitur he
lyas iii Reg. i° et Io. bap° mat. 3° / 2° re
ducuntur ad pressure statum et ipsum ad hoc
dicit egentes quod specialiter patet in helya qui
in necessitate pastus a corvis est / et
a muliere vidua in Reg. xvii. Angustiati
hoc patet de helya fugiente yezabel in Reg.
xix et de david fugiente saul primo Reg.
xix et ibidem usque ad finem primi libri et
absolon ii Reg. xv. Afflicti labore corpo
ri sicut patet de helya qui obdormi
vit lassus sub iunipero iii Reg. xix
quibus dignus non erat mundus propter
hoc enim quod fugiebant a societate aliorum
patet quod homines mundani non erant
digni societate aliorum propter culpam mun
dialem 3° reducuntur ad locum et ipsum

ad hoc dicit in solitudinibus errantes in mon
tibus et speluncis et in cavernis terre
spelunca est fossa facta parte tamen non per
naturam vel ex aliquo casu sicut ex
cursu aque vel huius talia autem lo
ca habitabant patres ~~habitabant patres~~ an
tiqui ut essent in loco apto divine conte
plationi propter quod philosophus [politicorum] ~~popul.~~ postquam
probaverit hominem esse animal civile sub
iunxit quod ille qui refugit convictum vita
cum homine vel est bestia vel melior homine
quia si homo refugiat homines ex malitia sua
non potens cum aliis cohabitare propter
defectum suum in moribus cadit a digni
tate humana in vitam bestialem / si autem
refugiat civitatem hominum ut liberius
vacet divine contemplationi excedit com
munem statum hominum et est quidam deus inter
homines secundum philosophum ¶ Et hii omnes hic con
sequenter ostendit quod requirunt promissiones
sunt eis dilate dicens et hii omnes testimonio
fidei probati ut patet per predicta exempla non
acceperunt repromissionem glorie eterne / et sub
dit causam dicens deo pro nobis melius aliquid
providente ut non consumarentur id est ad per
fectum glorie ducerentur sine nobis ex
hoc enim quod patres veteris testamenti
in limbo existentes simul venerunt ad glo
riam proprio cum aliquibus ad nostra tem[pora]
pertinentibus fuit maius gaudium utrique.
¶ Notandum quod ex hoc loco aliqui acce
perunt occasionem erroris dicentes quod nullus
intrabit gloriam nisi post finale iudicium /
sed hoc est contra apostolum dicentem 2° ad cor
v° scimus enim quoniam si terrestris domus nostra
huius habitationis dissolvatur quod edifi
cationem ex deo habemus domum non ma
nufactam sed eternam in celis ex quo patet quod
anima a corpore separata statim recipitur
in gloriam nisi propter debitum alicuius pene
temporalis retardetur / propter quod consumacio
glorie de qua loquitur hic apostolus pertinet
tempori ad finem et sic non habuerunt
cum patribus veteris testamenti sine nobis quia non
fuerunt cum anima non [illegible] / sed sit respectu
ad solam corporis que non datur [illegible]

nisi post universalem resurrectionem licet
aliquibus data sit ante quasi speciali privile-
gio, et hoc non prius se te non consummaba-
tur in gloria sine nobis quia sancti ve- te-
ris testamenti simul accipient gloriam corporis etc.
Ideoque et

Postquam apostolus commendavit fidem
per membra viventis capitis, quo-
sunt multa exempla fidei, hic hortatur
ad ostendendum fidem per opera exterius, que
tenetur in corde interius. Et dividitur
in duo quia primo ostendit qualiter se debe-
ret habere circa mala, 2o qualiter circa bo-
na capitulo xiii° caritas fraternitatis. Circa
primum sciendum quod duplex est malum
scilicet culpe et pene. Ideo primo ostendit quali-
ter se debent habere circa mala ~~culpe vitanda~~
pene toleranda, 2o qualiter circa mala cul-
pe vitanda, ibi propter quod remissas. Primum
in tres quia primo inducit ad tolerandum
malum pene exemplo antiquorum, 2o exemplo Christi
ibi aspicientes, 3o auctoritate scripture ibi
et obliti estis. Circa primum sciendum quod
sancti dicuntur testes dei quia factis et verbo glo-
rificatur deus per eos, unde quod dicitur Ysaie
xliii vere vos testes mei estis dicit dominus.
Congregatio etiam sanctorum dicitur nubes
propter vite sublimitatem et cupiditatis refrigerium,
propter quod dicitur Ysaie l(x). qui sunt isti qui
ut nubes volant, propter quod apostolus de
sanctis patribus per quos utitur nos montibus
ad tolerantiam malorum ut patet per predicta. Dicit
sic ideo quod et nos tantam habentes ta-
tam nubem impositam testium id est congregationem sanctorum
exemplo suo nos exhortantium deponen-
tes omne pondus quantum ad peccati spe-
ciem et circumstantias nos peccatum circumstans ad
actiones patiendi per patientiam curramus
non solum mala illata patiendo, sed etiam
voluntarie assumendo ad propositum nobis
certamen, hoc certamen est in statu fidei de
quo scribitur Eccli iiii° usque ad mortem certa
pro iustitia. Aspicientes. Hic inducit ad idem
exemplum Christi quod debet nos magis
movere ad patiendum quia ipse agnus innocens
pro nobis passus est. Dicit igitur aspicientes
oculo cordis attendentes confidendo in auc-
torem fidei et consummatorem Ihesum. Dicitur enim auc-
tor fidei inquantum deus infundendo. Dicitur
etiam auctor fidei inquantum homo ipsam
fidem predicando. Dicitur etiam consummator
ipsius fidem premiabiliter confirmando ipsi
premium reddendo. Qui proposito sibi gaudio
sustinuit crucem, gaudebat enim inspiciendo
pro tunc propter impletionem voluntatis pa-
terne et perfectam redemptionem et proprii cor-
poris propinqua glorificatione. Confusione
contempta quia mortem maxime con-
fusibilem voluntarie sustinuit. Confusio
autem apparet ex quatuor. Primo ex loco quia in
civitate celebri, 2o ex tempore quia passus
in festo paschali quando omnes de terra con-
veniebant in Ierusalem, 3o ratione societatis quia
inter latrones passus est, 4o ratione precedentis
honoris opposita cum in ipso se portavit maxima
ignominia videtur ut dicitur primo clari-
tudo ex honore qui ei exhibitus fuit
in Ierusalem in die palmarum. Maior fuit confusio
passionis quam [illegible], et quia qui se
humiliat exaltabitur ideo sequitur atque
in dextera sedis dei sedet. Et quia consideratio
huius passionis non solum valet ad pa-
tientiam in adversis sed etiam ad perseverantiam
que plus dicit, quia respicit diuturnitatem
mali et dilationem boni promissi, ideo sub-
dit Recogitate enim eum qui talem a pecca-
toribus sustinuit adversus semetipsum contra-
dictionem id est in verbis contumeliosis, quod dicitur
Mt xi ecce homo vorax et potator
vini etc. Et iterum Mt xxvii. Vath qui de-
struis templum dei etc. Subdit autem
ad quid valet ista consideratio dicens
ut non fatigemini animis vestris deficientes, propter
quod dicit Gregorius si passio Christi ad memo-
riam revocetur nichil tam durum est
quod non equo animo toleretur, et hinc
reddit causam dicens Nondum enim usque
ad sanguinem id est usque ad sanguinis effu-
sionem restitistis adversus peccatum repug-
nantes. Et obliti. Hic tertio indu-
cit ad tolerandum malum pene per auc-
toritatem scripture et dividitur in tres quia
primo ponit auctoritatem, 2o exponit ipsam ibi
in disciplina, 3o ex ipsis arguit quia non de-
bentur obliviscendi ibi quis quod disciplinam
Dicit primo arguit quod videbantur obliti

quartum Vetere meque erant multi dites
et obliti estis consolationis i. dei consolantis
et est emphatica locucio que vobis tanquam
filiis loquitur de prov. iij. mutatur tamen
aliquantulum verba sed est eadem sententia fili
mi noli negligere disciplinam domini negli
gens dicitur qui non eligere (videre) illam
disciplinam domini quia eam tanquam bonam
non elegit sed magis ut malam refugit
neque fatigeris pro impaciencia dum ab eo
argueris et subdit causam dicens quem enim
diligit dominus castigat retrahendo a prava
actione flagellat autem omnem filium quem
recipit per flagella enim homo retrahitur
a prava actione et a prava fide ¶ In disciplina
hic consequenter ponit sensum predicte auctoritatis In
ipsa enim dixerat noli negligere discipli
nam / et cum neque fatigeris et hoc sequitur pa
ciencia et perseverancia in flagellis ideo dicit
in disciplina perseverate et tanquam filiis vobis
se offert deus quando vos corripit / quod osten
dit consequenter per simile in humanis dicens
quis enim filius quem non corripit pater
quasi diceret nullus / loquitur de filio bono et dilecto
¶ Quod si extra disciplinam hic arguit
a contrario / et dividitur in tres quia primo
arguit inducens ducendo (2º ponit comparationem
mediocrem ibi Deinde patres (3º utilitatem
quam ostendit ibi Omnis autem disci
plina / In prima parte facit talem racionem
omnes veri filii dei / sancti sunt participes dis
cipline et per tolleranciam flagellorum quod
si absque estis absoluti non estis veri
filii dei sed adulterini / isti sunt filii meri
et diaboli / et hoc est quod dicitur quod si
extra disciplinam estis etc ¶ Deinde
patres hic arguit ad idem per exemplum
comparacionis / circa quod sciendum quod duplex
est differencia inter patrem carnalem et
patrem spiritualem qui est ipse deus / prima
est quia pater carnalis non generat animam
sed deus eam infundit / et ideo pater naturalis /
dicitur pater carnalis / deus autem dicitur
pater spirituum et per consequens verius sed eciam prius
quia ille dicitur verius pater qui dat
formam / et ideo disciplina dei tanquam patris
verissimi / est magis tolleranda et per hoc ob
prestatur spiritualis vita / et hoc est quod dicitur Deinde

patres quidem carnis nostre habuimus eru
ditores quia pater debet filio docu
mentum / et reverenciam / et venerabantur
eos attemptanda enim disciplina / Non
multo magis obtemperabimus patri spirituum et
vivemus quasi diceret sic debemus esse / Secunda differencia
deum / et patrem carnalem est quia pater car
nalis instruit filium et castigat ad aliquod
tempus / scilicet ad hoc usque compendium in hac
vita / quia brevis est / erudit eciam secundum re
gulam voluntatis sue que falli potest /
deus autem erudit filios suos ad eternam
vitam recipiendam / instruit eciam per regulam
voluntatis sue que infallibilis est / et
ideo eius disciplina est maiore suscipienda
et attemptanda / et hoc est quod dicitur
hic / et illi quidem i. patres carnales In
tempore paucorum dierum i. presentis vite et
voluntate sua que falli potest erudie
bant nos et nos eos disciplinas recipimus
hic autem scilicet deus ad id quod utile est
scilicet ad vitam beatam quia nichil melius erun
dit nos recipiendo sanctificacionem eius i.
spiritualem sanctitatem que ducit ad vitam
beatam ¶ Omnis autem disciplina hic arguit
ad propositum ex utilitate / unde ¶ ad cuius
intellectum considerandum quod malum
pene quedam medicina est / medicina at
licet sit amara et horribilis sumpta tamen ab
soluta ad sumendum / tamen quod consideracione
finis i. future sanitatis sit acceptabilis /
ita debet esse de pena in presenti consi
deracione fructus finis / et hoc est quod dicitur
omnis autem disciplina in presenti quidem videtur
non esse gaudii sed meroris et bene dicit videtur
quia non sic est secundum rei veritatem / licet
sic videatur carnalibus hominibus qui
non considerant nisi vitam carnalem ideo se
quitur Postea autem i. in futuro fructum placatissimum
reddet i. beatitudine que quietat totaliter
animum per satietatem paciem reddet nostre
appetitum et hoc additur quia prius fuerat homo sitiens
dum mictur ad thymum vestrum reposita est
michi corona iusticie Propter quod remissas
hic quem ondit apostolus qualiter se debet
habere ad mala culpe vitanda / et dividitur
in duas partes / quia primo ponit sua monita
2º monicionis racionem ibi non enim accessistis

prima adhuc in duo quia primo monet ho
minem peccantem 2o non peccantem ibi pa
cem sequimini. primo igitur monet ipsum pec
cantem vitare peccatum omissionis quod
consistit in duobus. primo modo respectu boni
operandi. secundum ad hoc dicit propter quod
remissas manus erigite ad bonum operan
dum. manus enim est organum organorum
ut dicitur 3o de anima. unde manus remis
sas surgit qualiter agam. 2o consistit in debi
bilitate respectu mali tollerandi quia surgit
prostratione genua quia super genua in
nititur totum pondus et contrarium adhuc
dicitur soluta erigite genua id est fortificate vos
ad laborem debitum sustinendum. tertio hominem
etiam apostolus vitare peccatum commissionis quoad
gressus facite rectos pedibus vestris. rectum enim
est cuius medium non exit ab extremis. ob
liquum autem quod exit aliquis. unde opus rec
tum est quod non exit a limitibus rec
tionis. obliquum autem quod exit aliquis.
et sicut tibia que exit regulam proprie gres
sus claudicat. sic operans exiens
limites rationis recte claudicat in moribus
et errat. ideo sequitur ut non quis clau
dicans erret magis autem sanetur. hoc
autem contingit quando actus ad ordinem
rationis reducitur quia sicut infirmitas cor
poris consistit in inordinatione actuum
et affectuum. ¶ Pacem sequimini hic consequenter mo
net hominem innocentem ut sollicite ca
veat ne in peccatum incidat et dividitur in duo
quia primo monet vitare peccata spiritualia, 2o
carnalia ibi ne quis fornicator. ¶ Circa
primum sciendum quod peccata spiritualia cor
rumpunt pacem ad proximum et testimonium
ad deum. ideo dicit pacem sequimini cum om
nibus peccatum in se [illegible] et sanctimoniam
[illegible] peccata que sunt contra di
vinam reverentiam. sine qua scilicet pace et sancti
monia nemo videbit deum scilicet celesti glo
ria. propter hoc dicitur de pace Matthei v^o beati pa
cifici quia filii dei vocabuntur. et de sancti
monia Apocalipsis xxi non intrabit in illam
coinquinatum. et quia sine pace et sanctimonia
nullus habet gratiam in spiritu ideo sequitur
contemplantes ne quis desit gratie dei. gratia
enim dei nulli deest quia deus paratus
est dare sed homo sicut desit ipsi gratie subtra

nō

hens se ab ipsa per contrarium pacis et sanctimo
nie. et quia non solum vitandum est discor
dia sed causa eius scilicet odium ideo sequitur ne qua
radix amaritudinis sursum germinans
impediat id est contemplantes ne aliqua radix
odii et rancoris in corde germinet sur
sum in ore que impediat pacem et per illam
inquinentur multi quia ad turbationem
pacis sequitur inquinatio multitudinis.
¶ Ne quis fornicator hic consequenter vitare
peccata monet carnalia que sunt duo potis
sime scilicet luxuria et gula que sequuntur
in delectatione carnali. ideo dicit ne quis for
nicator id est contemplantes diligenter ne
quis vestrum sit luxuriosus aut profanus
id est procul a fano. iste est gulosus qui
de ventre suo facit deum et de coquina
templum. et quia ex gula aliquando incidit
homo in maiora peccata ideo sequitur ut
Esau qui propter unam escam vendidit
primitiva sua. hoc habetur Genesis xxv. ¶ Sciendum
autem primogeniture tunc temporis ha
bebant maximum sacerdotium propter quod primo
geniti habebant vestes speciales quibus in
duebantur diebus festivis in sacrificiorum
oblatione et maiorem benedictionem et maiorem bene
dictionis receptionem. sicut ibidem dicitur
de vestibus Esau valde bonis quas re
becca servabat. et ideo Esau gula cecidit
in symoniam vendendo spirituale. Iacob autem
non proprie emit sed redemit vexationem suam
sciens enim quod ius primogeniture suum
erat quia de hoc autem certus fuerit
que hic [illegible] habuerat ut
dicitur Genesis xxv. et sic Esau in multo fuit re
probatus. unde sequitur scitote enim quod et
postea cupiens hereditare benedictionem re
probatus est. Ysaac enim in admiratione
extasis factus est ut habetur Genesis xxvii
per revelationem habuit quod a deo factum erat
de translatione benedictionis ad Iacob ideo
ipsam non revocavit sed magis confirmavit
et Esau ipsi Iacob subiugavit ut ibidem
patet. unde sequitur non enim invenit pe
nitentie locum ad consequendum ius primo
geniture quamvis cum lacrimis inquisisset
eam lacrime enim iste non procedebant ex do
lore culpe commisse sed solum propter

campi temporale ideo non erat vera
penitencia. Non enim accessistis. Supra
ad intelligendum malum culpe apostolus
posuit suam monicionem, hic consequenter po-
nit monicionis racionem. Racio autem
sumitur ex comparacione no. et ve. te. et ideo
illa comparacio primo ponitur, 2° ex illo ad
propositum arguitur: Videte ne recusetis.
Prima adhuc in duas, quia primo ponit ea
que pertinet ad no. te. sed accessistis. Circa
primum sciendum quod lex fuit pedagogus
ut habetur Gal. iii°. ideo fuit conve-
niens parvulis et imperfectis qui a pedago-
go terroribus inducuntur ad opera virtutis
ideo secundum hoc quod dicit hic apostolus ut
habetur Exo. xix° et xx, lex vetus data
fuit in terroribus, ideo apostolus primo descri-
bit illa que fuerunt terribilia populo legem
recipienti, 2° ostendit quid fuit terribile
ipsi legis latori scilicet moysi: et moyses
dixit. ¶ Circa primum apostolus ponit circa
terribilia: aliqua enim erant terribilia vi-
sui scilicet ignis qui videbatur in monte
et caligo tenebrosa ex nubis densitate
ut habetur Exo. xix. et hoc est quod dicit
non enim accessistis ad tractabilem et
accensibilem ignem et turbinem et caligi-
nem. ignis enim qui videbatur in monte erat
corporalis et per hoc accessibilis tractabilis per tac-
tum cognoscibilis, erat enim in loco determi-
nato et per consequens accessibilis, tamen ad ipsum
non accedunt suscipientes no. te. sicut
accesserunt recipientes veteris, non tamen im-
mediate ad ignem sed quia brevi spacio dista-
bant ita quod vocem loquentis de medio ig-
nis intelligebant. Aliqua etiam erant
ei terribilia auditui scilicet procella venti que
audiebatur in aere, et sonus tube, et vox
angeli loquentis in persona dei, et quantum ad
hoc dicit et procellam et tube sonum et vo-
cem verborum, angeli loquentis, quam qui au-
dierunt excusaverunt se ne eis fieret verbum. hoc
habetur Exo. xx ubi dicitur quod
filii israel terrore concussi dixerunt moysi
loquere tu nobis et audiemus, non loquatur
nobis dominus ne forte moriamur. et causa
huius subditur non enim portabant quod dicebatur
i. non poterant sustinere pre timore. Aliqua
etiam fuerunt ibi terribilia ex comminacionis

etiam quia ibi fuit datum quod si homo
vel bestia tangeret terram constitutum interficie-
tur, ut habetur Exo. xix°, et apostolus dicit
hic tamen respondit de bestia dicens et bestia
si tetigerit montem lapidabitur. ideo
concludit ex predictis ita terribile erat quod
videbatur. ¶ Sciendum quod omnia illis
contingebant in figura ut dicit prima
ad Cor. x. et ideo ista terribilia in datione
legis aliquid designabat, quia ignis
severitate significabat divine iusticie ad
puniendum legis transgressores, unde dicitur
Deut. 4°. deus tuus ignis consumens est,
turbo austeritate penarum que erant in lege,
caligo velamen legis quia omnia erant
sub figurarum velamine, procella terrorem
comminacionum que erant in ve. le., sonus
tube congruitate predicacionis, vox verborum
multitudinem preceptorum quantum ad occasionem
periculum transgressionis. ¶ Moyses dixit.
hic agit de terrore legis latoris scilicet
moysi, per quod ostenditur quod lex illa fuit terri-
bilis non solum hominibus imperfectis sed
etiam perfectis, quia ostendebat culpam et non
dabat graciam, propter hoc dicitur Actu.
xv. hoc est onus quod nec nos nec patres
nostri portare potuimus, timor autem moysi
non habetur Exo. xx. ubi agitur de datione
legis, sed Exo. iii in visione rubi et hoc
est quod dicitur hic moyses dixit
i. facto ostendit exterritus sum et tremebundus
quia ex timore faciem suam abscondit
ut ibi dicitur. ¶ Sed accessistis. hic
ponit apostolus condiciones no. te. in quo
tria nobis promittitur, primum est species glorie
que gloria consistit in duobus scilicet in plena cognitione
ad intellectum, et quantum ad hoc dicit sed ac-
cessistis ad syon montem i. vos qui estis
vocati per fidem katholicam accessistis
mente per spem ad altitudinem speculacionis
divine, syon enim specula interpretatur, consistit
etiam gloria in fruicione perfecta quantum ad
effectum quia ibi quietatur affectus, et quantum
ad hoc dicit et civitatem dei viventis ierusalem
celestem, ierusalem enim interpretatur visio pacis,
consistit etiam gloria in societatis iocunda quantum
ad decoris complementum, et quantum ad hoc dicit

et multorum milium angelorum frequentiam / scilicet quod nobis promittitur in no. te. consortio ecclesie in apostolis fundata et hoc est magnum bonum scilicet esse participem talium / et ecclesiam ad hoc dicit et ecclesiam primitivorum i. apostolorum qui fuerunt primi fructus ecclesie et primi fundatores eius post Christum / qui conscripti sunt in celis i. in libro vite / 3m quod nobis promittitur in novo testamento est familiaritas dei trinitatis / et quantum ad hoc dicit et ad iudicem omnium deum i. patrem cui proprium est iudicare quia si filius iudicat hoc habet a patre ut dicit Ioh. v° pater omne iudicium dedit filio / aliquando magna necessitas per solem spiritum iustorum perfectorum in quo tangitur familiaritas spiritus sancti qui facit iustos perfectos / familiaritas autem filii erga nos tangitur cum subditur / et ad te. no. mediatorem Ihesum qui per effusionem sui sanguinis consumavit no. te. ut dictum est supra ix° / ad hanc autem effusionem accedimus per baptismum in quo nobis communicatur efficacia passionis Christi de [illegible] / et ideo ad hoc dicit et sanguinis aspersionem melius loquentem quam Abel quia sanguis Abel loquitur vindictam ut habetur Gen. 4° / sanguis Christi loquitur veniam quia in effusione sui sanguinis oravit pro transgressoribus sicut fuerat predictum Ysaie liii. et pro transgressoribus oravit

¶ Videte ne recusetis propter conditionem novi et ve. te. hic consequenter apostolus arguit ad propositum / et dividitur in tres partes quia primo intentionem suam premittit / 2° ad propositum arguit ibi si enim illi / 3° intentum concludit ibi itaque regnum / in prima parte dicit sic / videte ne recusetis loquentem / dixerat enim quod sanguis Christi melius loquitur quam Abel / ideo inducit apostolus inducit ad obediendum huic locutioni / loquitur enim nobis primo commemorando beneficium sue passionis [illegible] recordare [illegible] / 2° loquitur exhortando ad exemplum imitationis i. pe. ii° Christus pro nobis passus est nobis relinquens exemplum

¶ Si enim hic arguit propositum scilicet quod primo [illegible] Christi sit obediendum et dividitur in duas partes quia primo arguit / 2° quoddam suppositum argumento probat ibi nunc autem ¶ Circa primum facit talem rationem magis obediendum est voci illius qui movet celum quam voci illius qui movet terram / angelus enim qui loquebatur in monte Synai movebat terram quia Exo. xix. dicitur quod mons tremebat / Christus autem movet terram et celum / ergo magis est ei obediendum / et hoc est quod dicit si enim illi non effugerunt recusantes eum qui super terram loquebatur quasi diceret inobedientes angelo loquenti in monte Synai fuerunt graviter puniti ut patet Exo. et [illegible] multo magis nos qui de celis loquentem nobis avertimus quasi diceret nos qui sumus Christum secuti ad [illegible] merito puniemur si fuerimus inobedientes cuius vox movit terram tunc i. vox angeli loquentis in monte Synai ut dictum est scilicet vox Christi movet terram et celum

¶ Aliter exponitur de Christo cuius vox movit terram i. vox Christi quia angelus loquebatur in monte Synai in persona Christi et propterea in persona dei quia Christus deus est sicut liber [illegible] dicitur liber regis ¶ Nunc autem hic probat quod moveat celum quod erat suppositum et probat hoc per auctoritatem Aggei 2° et probat loquitur ibi propheta de primo Christi adventu ut manifeste patet tunc enim Christus movit celum cum stellam novam apparere fecit vel potius cum humilitate eius aperte [illegible] celum patuit et hoc est quod dicit nunc autem repromisit i. per tempus no. te. quod licet propheta Aggei fuit tempore ve. te. erit tamen dictum pro tempore novi in quo Christus movit terram in sua passione et celum in sua ascensione / et hoc est quod dicit adhuc semel ego movebo non solum terram sed etiam celum et hoc dicit semel quia ultra non clauditur celum ad[illegible] sicut ante claudebatur [illegible] quod [illegible] sui [illegible] non introducebat ad celestia et hoc est quod dicitur quod autem adhuc semel dicit declarat mobilium translationem tamquam factorum i. mutationem legalium que erant ad tempus instituta ut maneant ea que sunt immobilia i. lex nova que est [illegible]

usque ad finem mundi. Per hoc etiam intelligitur gloria celestis que est simpliciter immobilis, ad quam lex nova in morte introducit. ¶ Itaque regnum. Hic apostolus concludit conclusionem principaliter intentam, multiplicatur enim dicta ratio. Est ergo predicta quod Christus in novo testamento promittit bona immutabilia eterna, nos autem sumus participes novi testamenti, ideo hec bona habere possumus si volumus, quia Christus non deficit promissa solum nisi deficiamus in actu nostro. Et hoc est quod dicit: Itaque regnum immobile suscipientes, et subdit per quod possumus suscipere dicens: Habemus gratiam, id est habere debemus, possumus quia gratia et veritas per Ihesum facta est, Io. primo. Per quam serviamus placentes deo cum metu et reverencia. Et subdit causam: Etenim deus noster ignis consumens est respectu reproborum, sed est ignis purgans respectu electorum. Dicitur autem hic ignis dei quia ignis ipsum agit ut in similitudinem divine iusticie purgans electos et puniens reprobos, sicut enim in eodem igne aurum rutilat et palea fumat, sic eodem igne electi purgantur et eternaliter puniuntur reprobi sicut [illegible] x° dyal. se xiij ca.

Caritas fraternitatis. Superius apostolus hortatus est eos quibus scribebat ad mala precavenda, hic consequenter hortatur eos ad bona operanda, et dividitur in duas, quia primo hortatur eos ad bonum, 2° confert eis sue orationis suffragium, ibi Deus autem pacis. Prima in tres, quia primo hortatur eos ad bonum operandum quantum ad proximos, 2° circa se ipsos ibi Honorabile connubium, 3° circa prelatos ibi Mementote prepositorum. ¶ Circa primum considerandum quod nullum opus est meritorium sine caritate ut habetur prima ad Corinthios xiii, ideo dicit Caritas fraternitatis maneat in nobis. Si autem sit vera debet ostendi in opere, et ideo consequenter tangit tria in quibus debet ostendi caritas vera. Primum est respectu ad hospitalitatem, quantum ad hoc dicit Et hospitalitatem nolite oblivisci, et subdit causam dicens Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Hoc patet de Abraham et Loth Genesis xviii et xix, angelos enim apparentes in specie hominum receperunt hospitio credentes primo eos esse homines sed in fine senserunt eos esse angelos

impensum dei complentes. Circa 2m in quo debet caritas ostendi est compassio oppressorum, quantum ad hoc dicitur Mementote vinctorum tamquam simul vincti, i. laborate pro illorum redempcione et liberacione tamquam pro vestra. 3m in quo debet caritas ostendi est subvencio pauperum et infirmorum, quantum ad hoc dicit Et laborancium tamquam et ipsi in corpore morantes, experiencia docente quod in vestro corpore debemus nos ad subvencionem aliorum moveri, unde dicitur Eccli. xxxi: Intellige que sunt proximi tui ex te ipso. ¶ Honorabile connubium. Hic hortatur eos apostolus ad bonum quantum ad se ipsos, et hoc in duobus: primo in vitacione luxurie, 2° in vitacione avaricie ibi Sint mores sine avaricia. ¶ Circa primum sciendum quod luxuria quantum ad qualitatem bonum respicit prolis coniugale, et hoc est quod dicit Honorabile connubium in omnibus; quantum ad bonum multitudine et thorus immaculatus. Per hoc excluditur error dicencium quod actus matrimonialis semper est cum peccato. Per hoc autem quod subditur Fornicatores enim et adulteros iudicabit deus, i. condempnabit, excluditur error dicencium quod fornicatio simplex non est peccatum mortale, quia nullus condempnatur a deo nisi pro mortali peccato. ¶ Sint mores. Hic hortatur eos ad vitacionem avaricie que est radix omnium malorum: Sint mores sine avaricia, contenti presentibus. Avarus enim dicitur quasi eris avidus, quia est nimis sollicitus de cumulandis temporalibus, et subdit causam quare homo non debet fieri dives: Ipse enim dixit, scilicet dominus Iosue primo, Non te deseram neque derelinquam, qui tibi necessaria ministrabo, et ideo hec debet in nobis confidenciam generare et hoc est quod dicitur Ita ut confidenter dicamus: Dominus michi adiutor est, non timebo quid faciat michi homo. ¶ Mementote. Hic ostendit qualiter debet operari bonum ad prelatos, et dividitur in duas, quia primo ostendit qualiter se debent habere ad prelatos mortuos, 2° ad vivos ibi Obedite prepositis. Prima in duas, quia primo ostendit qualiter se debet habere ad bonos, 2° quantum ad malos ibi Doctrinis variis. ¶ Circa primum sciendum quod dicit Mementote prepositorum vestrorum, i. apostolorum et aliorum Christi discipulorum

qui nobis locuti sunt verbum dei et quia non solum
considerada est eorum doctrina sed etiam vite
exempla ideo sequitur quorum intuentes exi-
tum conversacionis imitamini fidem / et si dicas
non est sicut dixisti de nobis quia ipsi ser-
mocinati sunt principaliter nos ante nos / dicendum
quod ymmo quia ipse cristus est sedem
divinitatem / eternitas autem assistit omni tempore
et hoc est quod dicit ipsius iesus heri id est in tempore
preterito et hodie id est in presenti tempore et in secula
id est in futuro / et non solum hec ultima veri-
est ratione divinitatis sed etiam aliquo racione
humanitatis quia licet sit in celo tamen est princi-
paliter nobiscum in altaris sacramento propter quod
dicit mathei ultimo Ecce nobiscum sum omnibus
diebus usque ad consumacionem seculi / doctri-
nis variis hic consequenter ostendit qualiter se
debent habere ad prelatos malos scilicet fugiendo eorum
malam doctrinam / et dividitur in duas quia primo os-
tendit suam monicionem / secundo monicionis racionem
ibi habemus altare / dicens primo parte dicit
sic doctrinis variis et peregrinis nolite abdu-
ci id est contra veritatem dicit doctrine varie
dicuntur errores et heresis / quia sicut a puncto
ad punctum non est nisi una linea recta
multe autem tortuose / sic veritas fidei est
una sed heresis alias diversas sunt multe
/ dicuntur autem doctrine peregrine quia faciunt
hominem alienum a patria sed celesti gloria elon-
gare ¶ Contra autem istos errores dat
remedium dicens optimum est gracia stabili-
re cor quia est sicut anchora firmam tenens
animam immobilem et stabilem sed
autem non faciebat observancias legalium
que gracia non conferebat propter quod dicitur
non escis que non profuerunt ambulantibus
in eis scilicet per hoc nota observatorum legalium qui
ibi prohibebatur usus aliquorum ciborum / Hec
autem observancia legalium fuit mortua
novissimis diebus i. in diebus novi testamenti qui dicuntur novissimi eo quod non succedet aliud testamentum propter quod dicitur Jo. in epistola filioli novissima hora est et ad Heb. i. novissime diebus istis locutus est nobis in filio etc. Effundam de spiritu meo super omnem carnem quod exponit rabbi Salomon super Joelem super omnem carnem i. super omnem hominem cuius cor erit tenerum ad modum carnis i. non obstinatum in peccatis et ad hoc inducit auctoritatem Ezechielis 36 auferam cor lapideum de carne vestra et dabo vobis spiritum novum cor tenerum dicit etiam idem doctor hoc implendum esse tempore messie et in hoc dicit verum sed errat de futuro quod completo est impletum tempore apostolorum erat enim predocendum et disposita ad spiritus receptionem ut patet per predicta potest et aliter exponi super omnem carnem i. super Judeos et gentiles indifferenter sicut habetur Joel 2 ca. propter quod dicit Ro. x. non est distinctio Judei et greci etiam idem dominus omnium dives in omnes qui invocant illum habundanter dando eis spiritum sanctum. Et prophetabunt filii vestri et filie vestre i. indifferenter dabitur spiritus sanctus personis utriusque sexus unde tam apostoli fuerunt inunctis in die penthecostes ut patet per predicta quod receperunt spiritum sanctum cum eis dicatur etiam Act. xxi quod Philippo erant quatuor filie virgines prophetantes de viris Act. etiam xiii dicitur etiam in ecclesia qui erat in Antiochie prophete et doctores etc. Juvenes vestri etc. i. hominibus cuiuslibet etatis dabitur spiritus prophetie sompnia sompniabunt i. revelationes divinas in sompniis habebunt ad quas percipiendas anima tunc est disposita propter quietationem sensuum exteriorum sicut plenius dixi in principio libri Dan. Sed et quidem super servos meos et ancillas spiritualiter in spiritualia cum etiam omnibus baptizatis per impositionem manuum apostolorum dabatur spiritus sanctus in signo visibili ut patet Actuum x. et pluribus aliis locis et adhuc datur invisibiliter omnibus baptizatis

nisi obex ponatur. Et dabo hic ponitur secundo diminuationes signorum de die iudicii precedentium cum dicitur et dabo prodigia in celo sursum et signa in terra deorsum secundum quod dicitur Luce xxi erunt signa in sole et luna et stellis et in terris pressura gentium etc. Sanguinem nam pressura armorum precedet adventum Christi in quo fundetur sanguis innocentium. Ignem scilicet conflagrationis precedentis adventum iudicis. Sol convertetur in tenebras non secundum se sed secundum apparentiam quia nubibus densis abscondetur eius lumen. Et luna in sanguinem scilicet secundum apparentiam sicut rubea videtur quando eclipsim patitur. Antequam veniat dies domini i. dies finalis iudicii magnus quia omnes ibi comparebunt et manifestus nam occulta cordis omnium tunc manifesta erunt. Et erit non in die iudicii sed ante prophete enim loquentes de uno tempore frequenter transeunt ad aliud. Quicumque invocaverit nomen domini fideliter et perseveranter salvus erit salute eterna. Ro. x. Corde enim creditur ad iustitiam ore autem confessio fit ad salutem. Viri israelite hic consequenter Petrus declarat propositum suum per auctoritatem divinam et dividitur in duas partes secundum duplicem auctoritatem scripture ibi non ... prima adhuc quia primo auctoritas inducitur secundo ad propositum applicatur ibi viri fratres in tertia concluditur ibi dextera prima adhuc in duas quia primo intentum proponitur secundo auctoritas inducitur ibi David enim. Circa primum sciendum quod Petrus alternatim audientium dicit Viri israelite ad quos missi fuerunt prophete. Audite verba hec que non sunt de evidentia sed magis auctoritate audienda cum sint prophetarum oracula. Consequenter ponit Christi mortem et resurrectionem dicens Jesum nazarenum virum approbatum a deo in vobis i. coram vobis virtutibus i. operibus virtuosis et prodigiis i. miraculis maioribus ut in resurrectione mortuorum et signis i. minoribus ut in sanitatibus conferendis qui facit deus per totam ... ecclesiam

pessimum i. personam xpi inquantum eius humanitas erat organum diuinitati quem tum sicut manus suo non est artifex organum in medio uir sicut satis est dicet sic est euidens quod non potestis negare hunc diffinito consilio in presentia dei traditum pro mundi salute ex maxima caritate Iudas tamen eum tradidit ex cupiditate et malignitate quarum auctor non est deus per manus iniquorum affligentes interemistis i. per manus militum pylati qui gentiles erant et ydolatre quem deus suscitauit solutis doloribus infernorum ad ipsum eo quod eum non leserunt et pro tamen ad ipsos sed quod inde absoluit ipsius eius non sentiret ibi penam ipsis habebant tamen penam dampni inquantum retardabatur a uisione et fruitione dei quod erat mentis afflictiuum secundum illud prouerbium spes que differtur affligit animam Iuxta quod impossibile erat eum teneri i. detineri non enim potuit aliquis contraxerit sed ad tunc penam destruxerit venerat David enim hic consequenter inducit auctoritatem dauid ad propositum que habetur psalmo xv et intelligitur de xpo ad litteram sicut ibidem fuit ostensum ideo in persona eius dicitur prouidebam dominum coram me semper nam anima xpi ab instanti creationis habuit totaliter diuine fruitionis visionis. quoniam a dextris est michi ne commouear exponit enim quod humanitas xpi erat organum diuinitatis unitum ut dictum est non potuit moueri ad aliquid non secundum voluntatem diuinitatis propter quod nullus motus inordinatus potuit insurgere in xpo ex iniuriis sibi illatis aut ex quibuscumque aliis et quia hic erat causa delectationis spiritualis ideo subditur propter hoc delectatum est cor meum intus et exultauit lingua mea prorumpens exterius in laudem diuinam sicut dicitur luce x i. ipsa hora exultauit ihesus in spiritu sancto etc. Insuper et caro mea i. anima separata requiescet in spe i. certa resurrectionis expectatione. quoniam non derelinques animam meam a corpore separata i. in inferno i. in superiori limbo i.

quo fuit per xxxix horas tamen scilicet ab hora ix ferie sexte in qua fuit separata a corpore usque ad diluculum diei dominice in quo secundum communiorem opinionem fuit corpori reunita ideo subditur neque dabis i. permittes sanctum tuum i. coniunctum mecum sanctificatum videre corruptionem i. putrefactionem vel incinerationem si tamen accipiatur corruptio pro morte sic fuit ibi corruptio quia corpus xpi fuit vere mortuum per separationem anime a corpore utrumque tamen remansit diuinitati unitum scilicet anima existens in limbo et corpus iacens in sepulchro. Notas michi fecisti vias vite per accelerationem resurrectionis mee. Replebis me iocunditate quia resurrexit a corpore glorioso quod fuit prius passibile et mortale et sic habuit materiam iocunditatis ex corporis sui glorificatione. Cum facie tua i. cum clara visione essentie diuine quam habuit anima xpi ab instanti creationis sue ideo dicitur cum facie tua i. cum visione faciei tue iam prius habita. Viri fratres hic consequenter dicta auctoritas ad propositum applicatur ostendendo quod non loquitur de persona dauid sed in persona xpi conditur viri fratres i. spirituales sicut apostoli loquebant audenter ad nos tamquam viri maiores de patriarcha dauid quia defunctus est et sepultus ut patet iii Reg. ii. et sepulcrum eius est apud nos in quo iacuit per tanta tempora corpus eius quod putrefactionem passum est et incinerationem propter quod dicta auctoritas intelligi non potest de ipso ideo consequenter ostenditur quod intelligendum est de xpo cum dicitur propheta igitur cum esset etc. et sciret quia iureiurando iurauerat etc. ut habetur psalmo cxxxi. Iurauit dominus dauid ueritatem etc. quod principaliter intelligitur de xpo descendente a dauid secundum carnem ut dictum fuit ibidem ideo subditur prouidens locutus est de resurrectione xpi inquantum predicta in xpo impleta ut patet ex dictis ideo subiungit neque derelictus

est etc. Et patet littera. Dextera hic conclu-
ditur intentum de collatione Spiritus Sancti
Acto. Circa quod sciendum quod hec
collatio non erat implenda ante Christi as-
censione ut dicitur Jo. vii. Nondum enim erat
Jhesus glorificatus. Ideo concludit: Dextera
igitur Dei, id est eius potentia, exaltatus
ad celestia et promissione Spiritus Sancti accep-
ta, quia sedet a dextris Dei patris sicut
erat sibi promissum per Psalmistam: Sede a dex-
tris meis etc. Effudit hunc spiritum quem
vos videtis in linguis igneis et audi-
tis in variis linguis. Erant enim hec signa
sensibilia ad designandum spiritum sanctum habitan-
tem in cordibus eorum. Sciendum autem
quod sicut miracula fiebant a tota trinitate
sicut a causa principali et ab humanitate
Christi sicut a causa instrumentali, simili-
ter ut dictum est supra intelligendum est
de hac infusione Spiritus Sancti. Non enim David
ponitur scilicet auctoritas ad propositum que per David
[illegible] qui per David ad litteram intelligitur de
Christo ubi ut videtur diffusius declaratum
dicit igitur: Non enim David ascendit
ad celos cum fuit sepultus in monumento
ut nichil predictum est. Dixit autem
ipse de Christo: Dixit Dominus scilicet pater domino
meo, id est filio eius incarnato. Per hoc
enim probatur divinitas Christi, quia Christum
quia si esset homo purus David non
vocaret eum dominum cum esset filius
eius. Talis tamen non Dei sed tamen adopti-
vus sicut David et alii sancti. Sede a
dextris meis, id est ad equalitatem patris secundum
divinitatem et in potioribus bonis secundum
humanitatem. Donec ponam etc. Per hoc non
est intelligendum quod Christus debeat
aliquando dimittere sessionem ad patris
dexteram quia donec aliquando tenetur
finite scilicet quando post tantum cum
coniungitur ut dicitur: Sede hic donec
veniam; aliquando vero infinite ut cum
dicitur: iste non penituit donec vixit,
id est numquam, quia post mortem penitere
non potuit. Et hoc modo tenetur hic. Sede

a dextris meis donec ponam inimicos
tuos scabellum etc., id est tibi totaliter sub-
iectos. Sed cum accipiat Christus secundum di-
vinam naturam omnia sunt ei subiecta
ab eterno secundum [illegible] distinctionem non tamen
quantum ad operationem sed solum in tempore
in quo habent esse. Non vero considerantur
quantum ad naturam humanam sed omnia
sunt subiecta in eius conceptione et a principio in eius
resurrectione. Quantum ad operationem vero
omnia ei erunt subiecta in fine mundi qui
in omnibus operabitur secundum voluntatem bo-
nos premiando et malos puniendo et sicut
scabellum teritur pedibus et sub eis
ponitur ita mali conterentur in penis
supponentur Christo secundum humanitatem qui
per pedes designatur. Propter quod conclu-
dit: Certissime ergo sciat omnis domus
Israel absque hesitatione aliqua quia et
dominum eum Christum fecit Deus, id est tota
trinitas, hunc Jhesum, humanitatem eius vi-
vendo verbo et ad patris dexteram exalta-
do, quem vos crucifixistis per ignoranciam
quidem quantum ad populum sed per
invidiam et maliciam quantum ad principes
sacerdotum. His auditis. Postquam posuit
Petri predicationem hic consequenter ponit au-
ditorum conversionem et secundo ibi:
Erant autem. Circa primum dicitur: His
auditis compuncti sunt corde de Christi mor-
te et dixerunt etc. Petrus vero: Penitentiam
agite. Petrus predicta declarando aliter prone-
untur aliquis spiritui sancto et baptizetur
unusquisque vestrum in nomine Jhesu Christi. In
hac enim forma baptizaverunt in primitiva
ecclesia apostoli Spiritus Sancti ut nomen Christi quod
erat apud iudeos contemptum et odiosum
amabile redderetur et honoratum quod forma
vero erat ad formam a Christo instituta
Matthei ultimo: baptizantes eos in nomine patris et filii
et spiritus sancti. Baptizati in nomine Christi intelligitur
tota trinitas. Christus enim quatenus unctus dicitur
latine et sic in nomine Christi intelligitur pater
unguens et filius unctus et spiritus unctio que e

spus sctus In remissione peccatorum v'o in
qua baptismus delet omnia peccata quantum
ad penam et culpam et accipietis donum spus
sancti quod tunc dabatur baptizatis in
signo visibili et impositionem manuum ma
nuum apostolorum ut habetur infra post capitulo et
xi^o vobis enim est repromissio patri per Joele
prophetam ut dicitur supra cetera patent usque
ibi Salvamini a generatione ista prava salve
Judayca que prunctiori parte remansit in iusti
delitate obstinata et apponite sunt animarum
fidelium in die illa scilicet penthecostes ut prius
dictum est circiter tria milia in signum huius
baptizationis fiebat antiquitus bap
tismus generalis in penthecoste ¶ Erant
autem hic consequenter ponitur conformium
conversatio cum dicitur erant autem perse
verantes in doctrina apostolorum quod ad fidem
et mores et communicatione fractionis panis id est
quia cottidie communicabant id est quod comedebant
cibos suos et quia habebant sed habebat
autem omnem animam id est omni homini denominando
totum a parte digniori timor id est propter pre
dicationem petri id est propter miracula que per apostolos
fiebant ideo subditur multa quoque
et omnes qui credebant in xpm erant
pariter in signum caritatis et habebant
omnia quia in signum caritatis et propter hoc
omnis religio habent quod ordini in quaevis
non licet habere proprium possessiones quod
in agros et vineas et substantias in peccora et
castella vendebant de precio quod omnibus
providetur id est secundum indigentiam cottidie
die quoque perdurantes in templo ubi erat locus
orationis quo ad omnes predicationis quo
ad apostolos et frangentes id est domos panem
in reditu suo de templo sumebant
cibum cum exultatione mentis in deum
et simplicitate cordis in sine plicatione dolo
sitatis et simulationis collaudantes deum
de beneficiis acceptis et habentes gratiam ad omnem
plebem ut sit de quolibet eorum posset
dici quod de beato sebastiano legitur vere
erat ut quod deus tanta perfuderat gratia
ab omnibus amaretur Dominus augebat
ad minimum per apostolos eorum qui salvi fiebant

precepcionem eorum fidei katholice cotti
die et non solum in die penthecostes sed etiam
in aliis diebus sequentibus in unum id est
unione caritatis dilectione et in capitulo iii

Petrus autem

hic consequenter describitur pre
dicatio petri ad unitos miraculo
et dividitur in tres partes quia primo ponitur
operatio miraculi 2° predicatio petri ibi
videns autem petrus Tercio operatio
zeli iiii^o capitulo circa primum notandum hora cum
dicatur petrus autem et iohannes ascen
debant in templum id est ad iudeos quod
erat ordinis locus ad horam orationis no
nam tribus enim horis in die orabant
iudei unde dicitur dan vi^o quod daniel tribus
temporibus in die orabat deum scilicet
mane hora nona et vespere et quidam
vir qui erat claudus in utero matris
sue quoniam mirabilium fuit evidentius
quod si fuisset claudus ex aliquo accidenti
claudicabatur quia non solum erat clau
dus sed etiam sic contractus quod non poterat
incedere quod ponebant cottidie ad templum
ad portam templi que dicitur speciosa
ita ut dicunt aliqui est illa porta
quam edificaverunt ioachim non est verum nam
illa fuit combusta per caldeos et per illos
potuit tamen alia in eodem loco reedi
ficari ad similitudinem prioris et retinuit
nomen antiquum ut peteret elemosinam sicut
consuetum est talibus qui non possunt
lucrari victum suum cetera patent usque ibi
Respice in nos id est considera nos pauperes
nihil tibi dare valentes ut dicunt
aliqui videtur esse mutuatus dicere
sed salvo meliori iudicio videtur aliter
quod petrus sic dixisset quem re
deberi aliquid ab eis sibi non dedisse
ex magis contrarium et cum subdit
at ille intendebat in eos sic sperans
ad accipiendum ab eis ideo dixit quod
petrus et Johannes qui erant valde
miserentes respexerunt eum clementibus
oculis cogitantes sibi melius dare
quam petebat ideo dixit ei petrus respice

in nos no[n] in ma[m] propter quod subditur
Argentu[m] et auru[m] no[n] est michi memor
illius precepti nolite possidere aurum
et argentu[m] et c[etera] ut dicit glo[sa] quod autem
habeo hoc tibi do quod cu[m] plenius
possimus quod[am] modo per nos ipsos pos
simus d[e] et[iam] sanitate ante illam poterat
petrus dare virtute domini sui et omnia
ihesu christi ideo no[n] subdit in nomine ihesu christi
i[d est] virtute eius surge et ambula nemo
enim alius poterat protinus co[n]solidate
sunt bases eius i[d est] crura et tibie quibus
innititur corpus ponderis et plante
i[d est] pedes usque ad ultima[m] perfectione[m] et
exiliens stetit et ambulabat in quo
ostenditur perfecta sanatio et in instanti qua[m]
solus deus potest facere et intravit cu[m]
illis in templum ut redderet gracias
deo de tanto beneficio et c[etera] patet usque
ibi ad porticu[m] qui appellatur salomonis
porticu[m] enim illa que fecit salomon in tem
plo fuit per caldeos co[m]busta sed post red
ditu[m] captivitatis babilonice in eodem
loco fuit alia redificata retinens no
men antiquum ¶ Videns autem hoc co[nsequenter]
propter ponitur exhortacio petri in qua
primo arguit iudeorum iniquitatem
secundo eos inducit ad utilitatem ibi et nunc
fratres ¶ Circa primum d[icit] viri ysraelite quid
miramini et c[etera] q[uasi] nostra virtute aut pietate
fecimus ad faciendum enim aliquod bonum
requiritur facultas et bona voluntas
que per nomine[n] et pietate[m] designatur q[uasi] d[icat]
petrus si fecissemus hoc nostra potestate
et bonitate bene esset ad mirandum
sed sic no[n] est propter quod subditur deus
abraham et deus ysaac et deus Jacob
utitur hoc modo loquendi quia ipius erat
apud iudeos in assercionibus veritatis
ut patet exodi tercio et c[etera] Deus patru[m]
nostrorum qui est omnipotens glorificavit
filiu[m] suum resuscitando et ad suam dexteram
collocando quem vos quidem tradidistis
pylato ad interficiendu[m] h[oc] enim fecerunt
principes in quibus erat totus populus

virtualit[er] et negastis ante faciem
pylati dicendo no[n] habemus rege[m] nisi
cesarem Jo[hannis] 19 iudicante illo s[cilicet] pylato
dimitti debere ihesum sicut innocentem
ut habetur ibidem Vos autem sanctum et
iustum negastis et dicit sanctum et iustum
absolute quia sanctus et iustus e[st] an
tonomatice unde dicitur sanctus sanctorum
dan[ielis] 9 et petistis viru[m] homicida[m]
s[cilicet] barrabam qui propter sedicionem quamdam
factam in civitate et homicidium missus
erat in carcere luce 23 Auctorem
vero vite corporalis et spiritualis quia christo
competit secundum eius divinitate[m] interfecistis s[cilicet]
in humanitate assumpta quem deus
suscitavit per propriam omnipotenciam cuius
nos testes sumus duo vel tres ad suf
ficienciam sed multo plures ad superhabun
danciam et in fide nominis eius hunc quem
vos videtis nunc sanum et incolumem
et nostis autem fuisse claudum et impote[n]
tem co[n]firmavit in sanitate nomen eius
i[d est] invocacio nominis christi et fides et c[etera] Nam
invocacio sine fide efficax no[n] esset ¶ Et
nunc fratres hic co[n]sequenter petrus inducit
eos ad utilitate[m] primo vocando eos fratres
re allegacione ibi moyses et c[etera] Circa primum
dicit et nunc fratres dulciter eos alloquitur
est ut albu[m] eius magis recipiatur Scio
quod per ignoranciam fecistis sicut et principes
vestri Alia tamen fuit ignorancia hic et
ibi Nam principes qui erant litterati p[er]
scripturas quas perlegerant de christo et per
opera cognoverunt primo de ihesu nazareno
quod ipse erat promissus in lege et prophetis
promissus sicut dicitur fuit plenius supra
illud Mathei 21 agricole autem videntes
hic est heres sed quia incepit predicare
contra eorum viciosam publice co[n]ceperunt co[n]
tra eum invidiam et odium et sic in eis
fuit submersa vera noticia quia corrup
cio affectionis corrumpit iudicium rationis
et c[etera] argumentum sic maliciose deceperunt
populu[m] simplicem inducentes eum ad pe
tendum christi mortem Mathei 27 principes

ante presidem et seniores persuaserunt
populis ut peterent Barrabam, ihesum vero per-
derent. Et sic patet quod ignorancia prin-
cipum fuit multo gravior quam popularium.
Deus autem qui prenunciavit per os omnium pro-
phetarum etc. Dicit autem os in singulari
ad designandum quod omnes prophete sicut uno
spiritu locuti de passione christi omnes scilicet
vel mistice predixerunt implevit sic. Nam
malis actibus hominum utitur ad bonum
sicut enim alicuius ingenium ~~actibus~~ hominum
utitur ad bonum actus. Penitemini igitur
et convertimini ad christum ut deleantur
vestra peccata per baptismum ut cum venerint
tempora refrigerii i. ultimi iudicii tunc
enim a refrigerium beatitudinis transferetur
electa a conspectu domini i. secundum ordinacionem
eius. Et miserit eum qui predicatus est
nobis ihesum christum ad iudicium sed in forma
humanitatis glorificata. Quem oportet quidem celum
suscipere i. usque in celis ad dexteram patris
sedere ut dictum est primo capitulo. Usque in tem-
pora restitucionis omnium i. communis iudicii
in quo omnia reducentur ad statum ordina-
tissimum divine iusticie. Que locutus est per
os sanctorum suorum i. ab antiquo a seculo
de novo. Moyses hic consequenter adducit
inducit testimonia prophetarum. Et primo
in speciali dicens Moyses quidem dixit
deuteronomii quia prophetam suscitabit vobis dominus
deus vester quod sicut ibidem dictum fuit
intelligitur principaliter de christo qui dicitur
propheta magnus luce 7. Et descendit de
iudeis secundum carnem ad te i. tamquam magnum
iudicem i. legislatorem novi testamenti sicut moyses
veteris. Omnis anima i. omnis homo ponitur
enim hic pars pro toto que non audie-
rit prophetam illum legem evangelicam
ab renunciando exterminabitur de plebe i. de
sanctorum societate. Et omnes prophete a sa-
muele etc. Samuele enim incepit regnum in
israhel et iuda ut patet primo Reg. x. temporibus
[illegible] regni et deinceps fuerunt prophete qui
clarius locuti sunt de misterio christi ut si-
[illegible] [illegible] prophetarum
unde et de vobis dicit [illegible] qui videtur magis
evangelista quam propheta tempore. Vos autem estis
filii prophetarum i. nati in stirpe eorum. Et
testamenti i. promissionis quod dispo-
suit deus ad patres nostros dicens
ad abraham Gen. xii. Et in semine tuo bene-
dicentur omnes familie terre quod impletum
est in christo ab abraham descendente ut
patet per omnes partes orbis in quibus sunt
aliqui christiani et adhuc magis imple-
bitur circa finem mundi quando omnes con-
vertentur ad fidem christi. Vobis primum
deus suscitans i. manifestans filium
suum quia inter iudeos fuit natus et conversa-
tus misit eum benedicentem vobis i.
proprius enim israel predicavit iudeis et multa
beneficia contulit mortuos suscitando
leprosos sanando cecos illuminando et huius-
modi ut dicitur supra etc. Addit enim re-
quiritur actus liberi arbitrii unde dicit
unumquemque qui converterit se a nequi-
ciis [illegible]

Loquentibus autem
illis etc. Posita predicacione
hic consequenter ponitur persecucio
zeli etc. Quod primo ponitur duplex zelus
etc. utrumque perversus. Ubi sciendum est autem
[illegible] quod zelus aliquando
accipitur pro invidia, aliquando vero pro singulari
amicicia. Primus autem zelus ponitur
cum dicitur Loquentibus autem illis ad
populum supervenerunt sacerdotes etc. moti
i. iudicia contra christum et saducei dolen-
tes etc. Isti specialiter opponuntur dolentes
quia negabant resurrectionem mortuorum
ut habetur infra xxiii. Et posuerunt
eos in custodiam i. carcerem usque in crasti-
num eo quod iam tempus erat hora diei
[illegible] Secundo ponitur [illegible]
boni zeli multi autem eorum qui audierunt
verbum scilicet petri predicacionem crediderunt in
christum sicut est [illegible] quinque milia
cum precedentibus [illegible]
[illegible] petri et [illegible] hoc fuit [illegible]
milia quod videtur [illegible] alios [illegible]
[illegible] milia [illegible]
[illegible] Factum est autem hic [illegible]

ponitur utrumque zeli peccato et primo mali 2° boni ibi dimissi autem etc. primum primo ponitur apostolorum interrogacio 2° petri in[ter]pro[gati]o ibi tunc petrus. Tercio super predictis collo[cutio] ibi videntes autem etc. primum dicit Facto est autem hic eos i[n] crastinum ut congregarentur etc. multi enim et magni fuerunt convocati ut coram hoc apostoli magis terrerentur et nobis suis caperentur. Ideo subditur statuentes in medio interrogabant quod dicitur pro[pter] tribus ad eos scilicet primo scilicet eandem in qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos quasi diceret manifeste patet quod hoc fecistis artibus magicis unde est iste curatus fuerit arte demonicis ut maleficiis principes. Tunc repletus hic eos propter ponitur petri responsio dicens principes populi et seniores audite id est diligenter veritate attendite. Si nos hodie diiudicamur id est ad iudicium trahimur ut malefactores et accipit hic scilicet pro quid sit protrahebatur in beneficio hominis infirmi id est pro beneficio curacionis eius notum sit omnibus etc. quia in nomine ihesu christi nazareni quem vos crucifixistis principes scilicet per vos et hoc per inuidia et nequiciam vestram quem deus suscitavit a mortuis corporaliter oppressum quod in hoc id est eiusdem virtute iste astat coram vobis sanus vere et non ficticie. Deo propter inducit scriptura ad propositum quia dicitur psalmo cxvii hic est lapis etc. quod de christo intelligitur ad literam sicut dicunt declarant doctores hebreorum et latinorum quod enim lapis primus dicatur in scriptura in veteris testamenti patet etc. 2° autem qui preesset scriptura sanctus est magnus et implevit universam terram quod ad literam exponitur de christo a doctoribus hebreis et latinis reprobatus a vobis edificantibus id est a vobis prelatibus et legis doctoribus ad quorum officium spectabat edificare populum in fide et moribus qui factus est in caput anguli coniungens iudeos et gentiles tamquam duos parietes in unam ecclesiam propter quod dicit Iohannes Ioh. x. alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili et illas oportet me adducere et fiet unum ouile et unus pastor. Et non est in alio aliqua id est per aliquem per[sonam] aliam salus quia ipse solus est mediator dei et hominum. Neque enim aliud nomen est sub celo etc. id est res signata per nomen salvatoris non est data alteri homini soli enim christo datum est quod sit deus et homo. Videntes autem hic consequenter ponitur super petri responsione sacerdotum collocucio et primo ponitur collationis actus 2° effectus ibi. Et nolentes etc. dicit videntes autem petri constanciam et Iohannis quia in nullo sumpserebant nec verebantur comperto quod homines essent sine litteris et ydiote id est quia sic acquisita et tam allegabant scripturam ut visum est et ydiote id est simplices et ideo indiscrete admirabantur eo quod ignorabant tamen scilicet spiritum qui docet omnia Ioh. xiiii° et cognoscebant eos quia cum christo fuerant qui frequenter predicaverat in templo et apostoli erant cum eo. Hominem quoque videntes sanatum cum eis stantem curatum nichil poterant contradicere quia dicere non poterant quod aliud esset homo ab illo claudo predicto nec quod non esset curatus vere et perfecte quia utrumque satis apparebat manifeste. Iusserunt autem eos foras de consilio secedere ut in eorum absencia possent melius conferre quod faciemus hominibus istis quasi diceret non possumus eos condempnare ne curacione eos dicere aliqua et subditur causam quia quidem notum signum id est miraculum factum per eos et sic nec fraudes vel detinendo eos contrariabimus contra populum contra nos. Si queratur quare non crediderunt cognoscentes signum tam manifestum videntes. Dicendum quod excecavit illos malicia eorum propter quod illud satis attribuebant virtuti demonum sicut et facta christi Matthei xii in beelzebub principe demoniorum eiicit demones. Sed ne amplius diuulgetur in populum comminemur eis proponendo sub pena mortis ne ultra loquantur in nomine hoc scilicet ihesu nazareni ulli hominum iudeo vel gentili. Et vocantes hic consequenter ponitur

collocavit effectus xpi est prohibitio ex parte
sacerdotum cum dicitur Et minati sunt
etc. et comminabiliter ipso apostolo prohibitum
Si iustum est in conspectu dei nos potius
audire quam deum iudicate q. d. non possumus h(ic)
cum nullam autem habeas prescripti-
onis ab eo ideo concludunt Non enim pos-
sumus scilicet quin audimus scilicet xpi mira-
cula eius resurrectionem ascensionem et
claritatem et audivimus ipsum venturum
ad iudicium etc. ab angelis ut patet supra
capitulo primo et non loqui maxime cum pre-
cepit nobis hoc testificari supra primo capitulo.
Illud ultimum Adhuc minantes dimise-
runt eos subditur cum non invenientes
quid punirent eos propter plebem ex quo patet
quod ipsi fecerunt aliquid punitione digno
timore tamen quia omnes clarificabant
illud quod factum fuerat constantes hoc factum
esse divina virtute subditur enim annorum
enim amplius quam xl erat homo etc. et sic erat
notus omnibus fuisse claudus per longum
tempus confessio eadem veritatis erat
efficax in eo ratione etatis ex quibus appa-
rebat factum illud esse divine virtutis Di-
missi autem porta persecutione zelo boni
ex parte credentium et hoc quantum ad duo
scilicet quantum ad devotionem orationis et sta-
tim dispositionem que ponitur ibi multi-
tudinis Autem Circa primum dicitur dimis-
si autem etc. usque ibi unanimiter
levaverunt vocem corde et ore depre-
cantes deum suam fundant primo super
dei potentiam dicentes Domine tu qui fecisti
celum etc. secundo super eius gratiam cum dicitur
qui spiritu sancto etc. dixisti de xpo psalmo 2 qui in-
telligitur ad litteram de xpo secundum sanctos doc-
tores antiquos hebreorum ut ibidem
fuit declaratum Quare fremuerunt
gentes id est gentiles et populi id est iudei qui
pluribus tribubus divisi utique concurre-
runt ad mortem xpi pylatus cum
et milites ex parte sua cria(?) fuerunt gentilis
Iudei meditati sunt inania dicitur
autem inanis meditatio quia non habet
propositum sed magis oppositum isti autem
crediderunt extinguere xpi nomen

per eius mortem per quam fuit magis ex-
altatum et glorificatum eo quod
ad eam secuta est eius resurrectio
ascensio spiritus sancti missio apostolorum
constans predicatio propter quod in vigilia
sua morte dixit Nunc clarificatus
est filius hominis et subditur et deus
clarificabit eum in semetipso et continuo
clarificabit eum. Astiterunt reges terre
scilicet herodes et pontius pylatus ut
postea exponitur et dicuntur reges
id est regentes nam herodes erat tetrarcha
galilee et pylatus procurator iudee
illuc missus a cesare ut habetur luce
3°. Et principes scilicet iudeorum conve-
nerunt in unum adversus dominum id est deum
patrem et adversus xpum eius ab eo
missum in mundum propter quod quod
fiebat contra filium missum fiebat con-
tra patrem mittentem et sic exponi-
tur dicitur convenerunt vere etc. et
patet ex dictis littera usque ibi facere iniqua
voluntate ex parte eorum que manus
tua id est potentia tua et consilium tuum id est or-
dinatio tua decreverunt fieri ex maxima
pietate tamen ex parte dei et maxima
caritate et obedientia ex parte hominis xpi
Et nunc domine respice in minas eorum
ut ipsis non terreamur et da servis tuis
cum fiducia loqui verbum tuum et subditur
modus cum dicitur in eo quod manum tuam
extendas ad sanitates etc. quod fuit illis
datum confirmativum [illegible] ultimo Illi
autem profecti predicaverunt ubique domino
cooperante et sermonem confirmante sequentibus
signis Et cum orassent motus est lo-
cus etc. per istum motum subiectibus(?) com-
significata fuit exauditio petitionis
eorum scilicet quod glorificatio nominis xpi
per terrenas potestates non impediretur
et quod finaliter terrene potestates iugo
xpi subicerentur quod patet adimpletum
quia tempore persecutionis erat maxime
iugo colla multi principes maxime
a tempore constantini. Et repleti sunt
omnes spiritu sancto [illegible] caritatis et

gratie. Multitudinis hic consequenter
describitur credentium conversatio sancta et
primo generaliter secundo specialiter ibi Jose
ph autem. Circa primum dicitur multitu
dinis autem credentium erat cor unum et
anima una nam coniuncti erant ad
invicem caritate maxima nec quisquam
eorum qui possidebat aliquid suum esse di
cebat sibi vel sue familie appropriando
Ex hac congregatione habuit ortum
omnis religio et virtute magna id est signis
et prodigiis divina virtute factis reddebat
apostoli testimonium dominis miraculis con
firmatum gratia magna erat in omnibus
illis scilicet gratia dei ad ipsos et omnium populorum
ad invicem ideo subditur neque enim quisquam
egens inter illos consequenter subditur causa est
quot enim possessores agrorum etc. usque
ibi. Joseph autem. Hic consequenter ponitur
exemplum in speciali de ista conversatione
speciali et dividitur in duas partes
in parte principalem et accidentalem que
incipit in principio capituli quinti. Circa primum
dicitur Joseph autem qui cognominatus
est Barnabas. Iste secundum Johannem in libro de il
lustrium virorum fuit ille qui cum paulo
vocatus fuit ad apostolatum ut habetur
infra xiii. et fuit alius ab illo Joseph qui
cum mathia accepit sortes super
numerum cui ut dicitur in hystoria scolastica
et hic videtur quod ille cognominatus
est Barsabas ille vero Barnabas et
quia ille fuit filius alphei et frater de
galilea oriundus iste autem id est de cypro
natus dicitur etiam quod levites de
qua tribu non videtur fuisse alpheus
cum haberet agrum vendidit enim hoc
cum levite non haberent agros in iudea
tamen poterat hic alia parte extans puta
antiochi vel alicuius tyranni fuerunt
ad inspectum agri civitatis vel agros
licite poterat hic eos vendere et at
tulit pretium integrum nichil sibi re
tinendo et posuit ad pedes apostolorum ut in
pendetur caritati sua dispositionem
cum etc. Capitulum quintum capitulum

Vir autem quidam hic est pars inci
dentalis in qua ordine Joseph
qui totum pretium fideliter contulit
ponitur exemplum de Ananias qui per oppositum fecit
nisi se partes magis elucescunt et omnia
id est prius. quia primo ponitur culpa secundo pena
ibi audiens autem. Circa primum dicitur
vir autem quidam etc. usque ibi
cur temptavit sathanas cor tuum
mentiri te spiritui sancto prius fecerat enim deo
animo de proprietate illa vivere sine proprio et
sic mentitus fuit deo pecunie sibi apponen
do mentitus etiam fuerat hominibus dicens
quod erat totum aliud pretium sicut patet
quibusdam exponentibus sic intelligunt dicentes
quod pretium tanto precio agrum vendiderat
que erat consignata sibi ut premissum est
et hoc probabile videtur quia ipsa et
vir prius convenerit in modum loquendi
de ista venditione et dedit consequenter
precio agri retinuit enim sibi partem quod con
tra eorum voluntate est contra caritatem defraudare
Nonne manens tibi manebat scilicet
ante votum et venditum in tua erat
potestate quod de tuo poteris agrum ven
dere vel retinere de precio tua volunta
te facere nec aliquis coegit te votum fa
cere et voluntatem istam in tuo corde
posuisti in corde hanc rem id est dampnum
domini volebat enim dominus pecuniam habere
proprias quas sicut et alii de ala[?] me
dietate vivere laicus in occulto non
es mentitus hominibus solum sed et
deo ut patet ex predictis. Audiens autem
hic consequenter ponitur pena ipsius viri
cum dicitur cecidit subito ad pedes
eius contra transgressiones enim alicuius legis seu
ordinationis graviter sunt in principio
puniende ut lex firmetur et alii terreantur
et hoc modo nadab et abiu filii aaron
offerentes ignem alienum percussi fuerunt
ideo in die sue consecrationis levitici x.
recolligens ligna in sabbato lapidatus
numeri xv. ideo subditur et factus est timor
magnus et retrahens alios a consimilibus
hoc cum dicitur hoc per anticipacionem quia pauci

adhuc sciebant hoc quod precium uxor
postea vincte seu penitus ignorante
Surgentes autem iuvenes amoverunt
eum etc. Ex hoc dicunt aliqui quod
ananias audiens verbum petri penituit
et mors illa sibi pro expiacione culpe fuit
nam petrus previdit quod religiosi no-
viores peccatum facerent circa sepulturam
caritati et sic non permisisset ananiam
sepeliri nisi penituisset cum esset ordina-
tor ecclesie sed quamvis sit de veritate hoc non
videtur multum valere quia non di-
citur hic quod fuit sepultus scilicet in loco
sacro et occulto si enim portatum fuisset
ad cimiterium non probabile videtur quod
uxor sua scivisset. Alii autem sepeliri
possunt peccatum. ¶ Factum est autem hic
consequenter ponitur pena uxoris. Et ait
illi petrus ibi Si tanti agrum vendidistis
i. pro tanto precio uel pro maiori recepisset
petrus summam precii quam vir eius posue-
rat in contatu qui dixit etiam i. certe
tanti precii. Quid utique convenit vobis
temptare spiritum domini hic eius fraudacio
dicitur dei temptatio quia quamvis que-
sierit occultaliter experiencia de dei no-
ticia illam fraudem graviter puniendo
eo temptacio cum est coniunctum dari
pene de aliquo. Ecce pedes eorum qui se-
pelierunt virum tuum iam restat de eius
sepultura restat de puniendo scilicet
pena certa patent usque ibi. Et factus est
timor magnus in universa ecclesia i. in
congregacione credencium in corpore retra-
hens quilibet de cogitacione ista trans-
gressione et omnes qui audierunt hec
Nam alii qui non ponebant sic bona
sua in communi nichilominus cohortati fuerunt
territi cogitantes esse de veritate ulcionis di-
vine. ¶ Per manus autem. Postquam supra
posita est predicacio petri apud iudeos
singulariter hic consequenter ponitur eius
predicacio apud eosdem cum aliis apostolis
communiter et dividitur in duas partes nam
primo describitur hec predicacio tamquam virtuosa
secundo hic oritur iudeorum caritatis veniendo
ra ibi Surgentes autem etc. princeps ostendit

apostolorum predicacio virtuosa ex duobus
scilicet ex miraculis eam confirmantibus
et ex multiplicacione credencium ad exhor-
tacionem apostolorum et hoc est quod dicit
primo Per manus autem apostolorum fiebant signa et
prodigia multa in plebe non dicit in prin-
cipibus quia non credebant principes excep-
tis qui occulte christiani erant ut Ga-
maliel nicodemus et alii aliqui Et erant
unanimiter omnes scilicet apostoli in porti-
cu salomonis ubi erat locus orationis
et predicationis. Ceterorum autem nemo aude-
bat se coniungere illis scilicet forte time-
tes penam que venerat super anani-
am et eius uxorem sed magnificabat
eos plebs propter miracula et mirabilia
que faciebant et quia bona temporalia sua
presentibus reddebant et subditur de
multiplicacione credencium cum dicit
magis autem augebatur etc. usque
ibi. Ut veniente petro saltem umbra illius
etc. in quo ponitur differencia petri ad
alios apostolos in operacione miraculorum
nam alii apostoli curabant infirmos per
tactum manuum sicut dicitur supra per
manus apostolorum etc. petrus autem non
solum per tactum sed eciam per umbram quod
est maius quam fiebat ad ostendendum
quod erat principalis apostolus. ¶ Sciendum
tamen quod si considerentur miracula
ex parte virtutis agentis unum est maius
alio quia omnia fiunt virtute divina infi-
nita cui sunt omnia totaliter virtute na-
ture excedencia. Si autem considerentur
ex parte materiam factam sic unum est maius
alio sicut suscitacio mortui quam curacio
leprosi et curacio leprosi quam subita languentis
sanacio. Si considerentur ex parte modum
faciendi sic maius est curare leprosum
vel languidum solo verbo quam tactu et
per umbram quam solum verbo cum est id
procedens ab homine habens virtutem sed um-
bra nichil est proprius sed tantum licet ut
interposicione corporis et quia christus non
legitur curasse per umbram sicut petrus
ideo videtur in petro impleta fuisse quod

sepeliri

privati

dixit Jo. 14 qui credit in me opera que ego facio et ipse faciet et maiora horum faciet ecce patent in litera. ¶ Exurgens autem hic consequenter ponitur sacerdotum crudelitas venenosa nam crudelitas i. invidia que venenum est animo voluerunt apostolos perdere sed non potuerunt divina virtute ipsos protegente et secundum hoc residuum huius capituli in quatuor partes dividitur quia primo ponitur apostolorum captio secundo captorum inquisitio ibi Et interrogaverunt 3o increpatorum confusio ibi respondens autem 4o confusorum dimissio ibi Consenserunt autem prima adhuc in tres quia primo ponitur apostolorum iniuriosa captio 2o eorum miraculosa liberatio ibi Angelus autem 3o ipsorum cautelosa reductio ibi tunc abiit ¶ Circa primum dicit Exurgens autem princeps sacerdotum etc. ex hoc videtur quod ipse zelo ... concitat specialiter erant saduceorum qui negant resurrectionem et spiritum et angelum ut habetur infra xxiii. ideo subditur Repleti sunt zelo i. invidia ... quia apostoli predicabant in ihesu resurrectionem ex mortuis ut dictum est supra in principio quarti capituli dicuntur autem saducei a sadoc quod est iusticia in hebreo nam saducei inter alios iudeos erant in iudiciis et punitionibus acriores ut dicitur in scolastica hystoria propter quod sibi nomen iusticie usurpabant. ¶ Et posuerunt eos in custodia publica i. in carcere in quo ponebantur malefactores publici homicide latrones et huiusmodi ¶ Angelus autem hic consequenter ponitur apostolorum mirabilis liberatio et secundo huius liberationis admiratio ibi Advenientes autem Circa primum dicitur Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas etc. dicit hic quedam glosa quod non aperuit secundum rem sed secundum apparentiam quia eduxit eos per ianuas clausas ita libere ac si essent aperte et ita hoc non est dubium quod hoc potuit fieri virtute divina sicut corpus christi nondum glorificatum exivit de utero clauso virginis non autem potuit fieri virtute angelica qui se non extendit ad faciendum duo corpora simul esse potuit tamen angelus virtute propria ianuas aperire et claudere sicut prius et huiusmodi modo eduxisse dicitur apostolos videtur littera magis concordare Ite et stantes loquimini in templo constanter et intrepide plebi ibi convocati omnia verba vite huius s. christiane que est in spiritu per gratiam et gloria in futuro qui cum audissent intraverunt diluculo tamquam ... erudiendi ad impletionem mandati ¶ Advenientes autem hic consequenter ponitur admiratio dicte liberationis cum dicit Advenientes autem etc. usque ibi et miserunt ad carcerem ut adducerentur ad hoc enim posuit sicut fuerant in carcere ut de carcere inde traherentur ad iudicium ... ecce patet usque ibi et custodes stantes i. diligenter custodientes q. d. non perceperunt ... clausuram vel custodie ecce patet usque ibi Ambigebant de illis quid non fieret i. ubi et quomodo quererentur et caperentur Adveniens autem quidam qui viderat eos stantes in templo et intrepide docentes nunciavit eis etc. usque ibi tunc abiit hic consequenter ponitur apostolorum cautelosa reductio venerunt autem isti ad reducendum eos timuerunt et ipsi sicut malefactores publicos ¶ Videntes ... ipsi ... ne lapidarentur mutaverunt propositum et ad reducendum eos usi sunt tamen verbis simplicibus et hoc est quod dicit tunc abiit magistratus nomine est officium et tenetur collective pro ministris et satellitibus cum ministris ad capiendum apostolos paratis Et adduxit illos sine vi tamen ... subditur ... ipsorum cum dicitur timebant enim etc. ... vero apostolorum ... fuit propria voluntas ... et assistentia dei ¶ Et interrogavit eos hic ponitur apostolorum increpatio cum dicitur precipiendo precepimus i. auctoritate pontificali prohibuimus ne doceretis in nomine isto i. in nomine ihesu nazareni et ecce replestis ierusalem doctrina vestra et vultis inducere super nos etc. q. d. non solum estis inobedientes sed etiam ... homicidam nobis imponentes

Videns autem hic consequenter ponitur inore
patoris visio que est duplex secunda ponitur
ibi Surgens autem prima vero est parte
ubi cum dicitur Videns autem petrus
et apostoli licet glosa interlinearis dicat quod
apostoli compassione moti non fuerunt passi unum
ponibus loqui non est tamen verisimile quod
omnes loquerentur simul defferunt visione quod
sequitur prorsus quia alii fuissent confuso
sonum quod non esset decens nec bene
intelligibile nec sic permittitur hominibus
loqui in loco iudicii Ideo magis videtur
simplex tum melior iudicio quod petrus solus
illa dederit visione quam dedit alii apostoli
approbauerunt eam tamquam suam nec illa
glosa cum sit irregularis contradicitur obe
dire oportet deo magis quam hominibus hoc
est per se notum cum homines nullam aucto
ritatem proprie dicitur habebant nisi a deo
a quo est omnis potestas Deus patrum
nostrorum id est quem coluerunt patres nostri sus
citauit ihesum quem vos interemistis et
sic non imponimus nobis falsum sive inc
yimus hunc principem ecclesie militantis
et triumphantis et saluatorem hominum deus
exaltauit ad celestia dextera sua id est virtu
te sua sicut declaratum est supra capitulo ii
ad dandum penitenciam israel id est ad dandum
tempus penitendi et remissionem peccatorum
et nos testes sumus quia nobis preceptum
tum est ista testificari ut patet supra
i. luc ultimo quod dicunt propter hoc oportet
nos in hoc obedire deo homini uberi
salicet resurrectionis ascensionis et missionis
spiritus sancti et spiritus sanctus testificatur ista qui
loquitur in nobis et cum ultra fuit signis
prodigia sed qui homines in malis obsti
nati visionem venerabilem non receperunt
ideo subditur Hec cum audissent princi
pes sacerdotum dissecabantur quia ratio
nem eorum non poterant infringere et tamen
volebant eos occidere ¶ Surgens autem
hic ponitur consultatio satis pragmatice
illa qui ut dicit glossa erat discipulus
erat occultus apostolorum tamen inter iudeos per
suum consilium dissipavit pharizeus in hoc

quod credebat resurrectionem et esse spiritum
et angelum sed non sequebatur maliciam
pharizeorum legis doctor honorabilis
et sic magis habebat auctoritatem
loquendi Iussit foras ad breue homines
fieri id est apostolos ut eorum absencia effi
cacior esset pro eis cum sua viri israe-
lite qui estis in lege et prophetis eruditi at
tendite vobis etc. quasi dicit non debetis esse pre
cipitatem et dampnationem sed facta precedentia conside
rare quoniam ante hos dies constitit theodas dicens
esse aliquem se magnum propheta qui ut
dicit Josephus magicis artibus usus
decepit a multis facultatibus
et multis pluralitatis duxit eos usque ad ri
pas iordanis dicens se prebere eis transi
tum parantem alueum qui occisus est
romanis et per milites ad hoc missos a
fado preside syrie post hunc constitit
Judas galileus in diebus professionis
id est tempore quo singuli de iudea ibant
ad ciuitatem suam ut profitentur se esse
subditos romanorum ut habetur luc ii
et auertit populum post se affirmans pu
blice quod illicitum erat Judeis ali-
quem cognoscere dominum nisi solum deum qui e-
duxerat eos de seruitute egypti Ob hoc
erat sicut quod Ieremias qui prius
fuerat inducebat sedechiam et alios
de populo iudeorum ad seruiendum regi cal
deorum Jer 38 ipso post ultimo sede
chias intelligitur de hoc quod fregit
iuramentum quod fecerat nabuchodo
nosor de fidelitate subtributo quod
seruaret non sed fecisse sed iuramentum illud
fuisset illicitum sicut daniel et socii eius
qui fuerunt sancti humiliter et fideliter ser
uierunt nabuchodonosor regi quod et saluat
tor math 22 interrogatus si licet iude
is reddere censum cesari respondit reddite
que sunt cesaris cesari et que sunt dei
deo Et ipse periit et omnes quotquot co
senserunt ei dispersi sunt Et nunc dic
tum ¶ Consequenter applicat ad propositum

dicens nunc itaque dico vobis discedite ab
hominibus istis i. a conversatione quam
si est ex hominibus consilium hoc i. ista doctrina
eorum est humanitus conficta dissolvetur
sicut et praedictorum. Si vero ex deo est
i. ex ordinatione divina non poteritis
dissolvere nam eius ordinationem nullus
potest impedire. ne forte et deo repug-
nare videamini q. d. cum hoc converteretis
periculum gravius repugnando ordinationi di-
vine. ¶ Consenserunt autem hic consequenter
ponitur conspiratorum dimissio cum di-
citur consenserunt autem illi tum quia erat
legis doctor honorabilis tum quia eius
persuasio erat rationabilis licet tamen consen-
serunt ei de dimissione apostolorum non
tamen de modo dimittendi quia consulue-
rat simpliciter eos dimitti ipsi prius fue-
runt caesi et prohibiti praedicare nomine
iesu sequitur ¶ Et convocatis apostolis
caesis denuntiaverunt etc. Et illi quidem ibant
gaudentes etc. ita quod adversa non solum
sustinebant patienter sed etiam gaudenter
in quo consistit excellentissimus forti-
tudinis gradus. Omni autem die non ces-
sabant in templo et circa domos docen-
tes etc. i. nullo verbis aut verberibus terri-
ti sed magis ad praedicandum christum fortius
animati etc. Capitulum vi capitulum ¶

In diebus autem illis. Descripta
praedicatione petri singulariter
et cum aliis apostolis hic consequenter
ratione huius ponitur processus incidentalis
in qua agitur de electione septem dya-
conorum ne impediretur ordo praedicationis
apostolorum et dividitur in duas partes quia
primo ponitur causa et ratio electionis / secundo
subditur processus de electis ibi stephanum
autem prima adhuc in duo quia primo
ponitur electionis causa sive ratio secundo ipsa
electio ibi et placuit etc. primum dicitur In
diebus autem illis crescente numero discipu-
lorum factum est murmur graecorum in eum
potest regi tanta pace multitudo sicut
pauci eo quod difficile est quin in magna
multitudine sint aliqui discoli /
adversus hebraeos omnes erant iudaei. quia

aliqui erant nati in iudaea et illi dicun-
tur hic hebraei et aliqui nati in graecia
ex iudaeis ibidem per anthyochum dispersis
et illi dicuntur hic graeci et similiter illi qui
de gentilitate erant ad iudaismum conver-
si eo quod despicerentur in ministerio cotidia-
no viduae eorum quod exponitur du-
pliciter. Uno modo quia graecae mulieres tamquam
magis viles repellebantur ab hebraeis
ne ministrarent. Alio modo intelligit ipse de-
spectus in hoc quod graecis viduis non
administrabatur ita bene necessaria sicut
hebraeis. ¶ Convocantes autem duodecim apostoli
multitudinem discipulorum non esse bonum
vel possibilem pro eos in temporalibus aliquo
detento in spiritualibus. Dixerunt non est
aequum nos derelinquere verbum dei etc. i.
praedicationem verbi divini pro ministeriali sicut
temporalibus providendi. ¶ Considerate ergo
fratres viros ex vobis quod melius cognoscitis
quia conversos vobis melius possitis scire
modum regendi multitudinem hanc et
convinci boni testimonii i. bonae famae septem
plenos hic numerus competit numero septenario
spiritus sancti ideo subditur plenos spiritu sancto
et sapientia quantum apparere potest per signa ex-
teriora quos constituamus super hoc opus
scilicet administrationem temporalium. Nos vero
orationi per quam ascenditur ad deum et ministerio
verbi per quod fit descensus ad proximum ad modum
angelorum in scala Jacob ascendentium et descen-
dentium Genesis 28. ¶ Et placuit hic consequenter
ponitur electio cum dicitur et placuit sermo
coram omni multitudine quia iudicabant quod
erat utilis. ¶ Et elegerunt stephanum virum
plenum fide i. fidelitate propter quod talem ne
grecam paterentur sibi praecavere committi /
Et idem intelligendum est de aliis. Iste
tamen specialiter laudatur tamquam primus martyr
futurus. Et nicolaum advenam i. de genti-
litate conversum ad iudaismum anthyo-
chenum i. de anthyochia ortum. Hos sta-
tuerunt ante conspectum apostolorum et illi qui
eos elegerunt et orantes simul apostoli imposuerunt eis manus quod ordinando
ipsos diaconos per impositionem

manibus ordinatur. Et verbum domini
crescebat i. effectus predicationis verbi dei per
multiplicationem credentium. Multa etiam
turba sacerdotum obediebat fidei propter
miracula que videbant manifeste
et multi tunc erant christiani sicut Gama
liel et aliqui alii eadem ratione. Stephanus
autem. Hic consequenter prosequitur
de duobus et primo de stephano secundo de philippo
capitulo viii. ibi philippus autem. Prima in duas quia
primo declaratur stephani virtutis appro
batio consurgens inde persecutio ibi tunc sub
miserunt. Circa primum dicitur. Stephanus
autem plenus gratia ad bene operandum
et fortitudine ad mala tollerandum
faciebat prodigia et signa magna in populo
ad veritatem fidei katholice confirmandum.
Surrexerunt autem quidam de synago
ga que appellabatur libertinorum a regio
ne sic nominatorum ut dicit glosa interlinea
ris et cirenensium a cyrene civitate et al
exandrinorum ubi alexandria metropolis
egypti et eorum qui erant a cilicia et asya
nomina sunt regionum iudee propinquarum
disputantes cum stephano fidem katholicam
[illegible] contrarium poterant impugnando et non
poterant resistere sapientie et spiritui qui lo
quebatur per eum quod promiserat eis sal
vator [illegible] luc. 21. Ego dabo vobis os
et sapientiam cui non poterunt resistere et con
tradicere omnes adversarii vestri. Tunc submi
serunt. Hic consequenter ponitur eius
persecutio ut qui ratione vel scriptura stephano
resistere non poterant violentia superiores ap
parerent et primo ponitur eius stephani
persecutio singularis secundo ecclesie generaliter
in principio viii capituli prima adhuc in duas
quia primo ponitur stephani accusatio secundo
eius visio ibi intendens in celum [illegible] capituli tertio
lapidatio eius i. [illegible] ibi et eicientes eum extra
primum. Videntes autem circa primum dicitur
tunc submiserunt viros i. submisse et oc
culte et fraudulenter [illegible] contra
stephanum falsos qui dicerent se audisse eum
dicentem verba blasphemie in moysen et deum
i. contra moysen et deum blasphemus autem
in lege precipitur lapidari leuit. 24.

Commoverunt itaque plebem i. populum com(munem)
et seniores i. maiores populi temporibus
et legis doctores et concurrentes rapuerunt
eum quia sine ratione moti et non valentes rationabiliter
vincere statuerunt falsos testes dicentes homo iste
non cessat loqui verba contra locum sanctum et legem
[illegible] quod non cessat loqui etc. quia dicunt
non solum est blasphemus sed etiam
blasphemus assiduus quia destruet locum
istum et mutabit etc. et videtur quod non dixe
runt falsum quia christus dixit de templo
capitulo 24. quod non relinquetur lapis
super lapidem qui non destruatur. Et de mu
tatione traditionum moysi Jo. 4. Venit
hora in qua neque in monte hoc neque in
Jerosolimis adorabitis patrem sed veri ado
ratores erunt qui adorabunt patrem in spiritu
et veritate in quo significabat totum
ceremoniale legis cultum in spiritualem conver
tendum. Ad primum quod christus non
dixit se templum destructurum sed predixit
esse destruendum sicut factum est per ro
manos anno 42. a passione christi
si autem obicitur quod romani non destruxe
runt nisi in virtute dei et sic christus tan
quam deus destruxit non valet quia testes
non loquebantur de ihesu in quantum deus
cum eius deitatem negarent et hominem
purum fuisse dicerent et sic loquebantur
ihesus nazarenus hic i. contemptibilis
homo. Ad secundum dicendum similiter quod traditio
nes illas non dicit se mutaturum quasi
essent commutande [illegible] hoc fecerit
incepit [illegible] deus hoc tamen modo non lo
quebantur testes ut dictum est. Et
dum tamen quia dicat mutatione quod
non fuit ibi mutatio de contrario in con
trarium proprie sed imperfecto ad perfectum quia cultus
nove legis est multo perfectior quam vetus
sicut diffuse fuit ostensum in principio
epistole ad hebreos propter quod dicitur heb.
vii. nichil ad perfectum adduxit lex quia
autem sic mutatur non proprie destruitur
sed magis perficitur quia ritualibus cerimoniis
imperfectis meliori propter quod dicit salvator
math. v. non veni legem solvere sed ad

implere Et intuentes eum animo revolu-
uto viderunt faciem eius tamquam fa-
ciem angeli comparandum pulchritudine
et claritate sibi divinitus datam ad declara-
tionem sue sanctitatis et innocentie ut sic
emulatores sua retraherentur vel magis
ad deum inexcusabiles redderentur. Sequitur vii capitulum

Dixit autem hic. ¶
Hoc capitulo ponitur actuum viiᵒ
capitulum quod primo dicitur intelligi
videndi locus cui dicitur dixit autem prin-
ceps sacerdotum etc. Secundo ponitur ut sermonis
actus cui subditur qui ait etc. ¶ Circa
quod sciendum quod stephanus fuit ac-
cusatus de quatuor scilicet quod locutus fuit
contra deum contra moysen contra templum
et contra legem ut patet ex predictis. Ideo
primo excusat se de primo scilicet de deo
2o de moyse ibi eodem tempore 3o de
templo ibi tabernaculum 4o de lege
ibi dura cervice. De primo autem excusat
se per hoc quod ostendit se colere deum
quem coluerunt sancti patriarche breviter recapitu-
lans cursum sententiam hystorie usque ad
moysen et dividitur in duas partes quia
recitatur primo hystoria incipiendo ab
abraham usque ad iacob. 2o a iacob us-
que ad moysen ibi et iacob. Prima adhuc
in duo quia primo recitat hystoriam
abrahe quantum promissionis terram 2o in
terram ipsam ibi et inde. ¶ Ad evidentiam
dictorum sunt hic aliqua prenotanda propter
concordiam huiusmodi processus ad ea que dicta
sunt de abraham genesis. Primum est de
appellacione dei dicentis abraham exi de
terra tua etc. Hic enim videtur deus
hoc sibi dixisse semel ante mortem
patris sui thare et de hoc loquitur hic
stephanus. Ubi patet illum preceptum non
fuit completum usque post mortem patris
qui senex erat ut ei obsequium exhi-
beret impediret et hoc de voluntate
domini licet non fuit complecium (?) sed
post mortem patris iterum dedit preceptum
domini et de ista vita sit mentio Gen. xii
sicut Jo 2o dicitur quando christus in die

sue resurrectionis dixit apostolis sicut
misit me pater ita mitto vos scilicet
missione verbi in die ad predicandum
etc de voluntate eius executio fuit
retardata usque post scilicet missionem.
Unde in die ascensionis mandatum fuit
replicatum cum tali retardatione dicens
accipietis virtutem spiritus sancti in
vos et eritis michi testes etc. Nec istud
repugnat ei quod dixi Gen. 12 implicans
dictum dominum te quod illud exi de terra tua
etc fuit datum abrahe per aliquos annos
ante mortem patris sui quia completum
fuit quia non replicavit eum nisi quam
adhuc quod datum deus exi de terra
etc ad quod sciendum est quod eventus fuit
ante mortem patris quod est falsum ut
dictum est. Secundum est de loco vocationis cuius
quod sciendum est quod mesopotamia
est nomen civitatis regionis sive pro-
vincie sicut babilonia in libro ... et
palis ysayas aliquando accipitur pro civitate
babilonis proprie et aliquando pro tota provincia
unde in pluribus locis dicuntur iudei in babi-
lonem captivati qui tamen fuerunt in diversis regi-
onum civitatibus collocati. Similiter samaria
frequenter accipitur pro una civitate
ut patet ... in multis locis et aliquando pro
regione sicut Jo 4o dicitur venit ihesus
in civitatem samarie que dicitur sychar
et manifeste patet quod samaria ibi
accipitur pro regione vel provincia. Similiter
mesopotamia aliquando accipitur pro civitate
aram proprie que hic nominatur char-
ran et sic sunt nomina synonima sicut
dictum fuit Gen. xi. Secundum mesopotamia est
nomen grecum dictum ... quod est medium
potamus quod est flumen quia civitas
illa situata est inter duo flumina. Unde Gen.
xi ubi translatio nostra habet mesopotamiam
in hebreo habetur in aram fluminum. Aram
autem est nomen syrum aliquando hoc nomen
mesopotamia accipitur pro provincia
cuius dicta civitas. Abraham vero cum
chaldea cum patre suo thare primus ven-
it mesopotamia prout est nomen regionis

quia prius est nomen ciuitatis que alio
nomine dicitur charram ¶ Hys igitur
premissis exponenda est littera. Viri fratres h(ic)
dicit quantum ad plures coeuos et mino
res et patres quantum ad seniores. Audite. Deus
glorie i. deus gloriosus
qui est celo et sic non sunt blasphemi.
Apparuit patri nostro abraham prima vice
cum esset in mesopotamia i. intrasset
terminos mesopotamie regionis priusquam
moraretur in charram cum patre suo et dixit
ad illum exi de terra tua. ¶ Sed quod dicit
hic quia iam exierat de terra caldeorum
que natiue fuerunt nam mesopotamia
et caldea sunt proximae distincte. ¶ Et
dicunt aliqui quod littera exponitur com(mun)e
non tamen mete quid prouenit illuc
redire. ¶ Sed istud probatum gen. 12. ideo di
cendum sicut ibi dictum fuit quod premisse
hic dicitur per se magis elongatio a termi
concordat littera hebraica gen. 12 ubi enim
nostra translacio habet egredere de terra etc. in
hebreo habetur vade tibi de terra tua q.d.
pro utilitate tua vade longius de terra tua
et de cognatione tua quia nachor frater
abrahe remansit in mesopotamia tunc
exiit i. longius abiit de terra caldeorum
deinde iam exierat ut dictum est et habi
tauit in charram cum patre suo usque ad mor
tem eius vnde supra dictum ¶ Et inde hic
consequenter recitatur breuiter hystoria
abrahe in terra promissionis dicens ¶ Et
inde postquam mortuus pater eius transtulit
illum reiterando preceptum illud exi de terra
sua hoc quod dictum est supra et habetur gen. xii
aliqui tamen dicunt quod illud quod
hic dicitur exi de terra etc. dicitur per an
ticipacionem et quod solum semel dictum fuit ei .s.
post mortem patris sed melius concordat
littera quod bis ut dictum est. Et non dedit illi
hereditatem etc. et sed habitauit in terra cha
naan sicut aduena et peregrinus nec
est contra illud quod habetur gen. 23 quod
emit agrum ab ephron etheo quia hoc
non fuit ad habitandum vel colendum
sed pro sepultura sare sed repromisit dare

illi eam et semini eius gen. 13. omnem
terram quam conspicis tibi dabo et semini
tuo cum non haberet filium non dum enim
erat natus ysaac nec etiam ysmael
ut patet gen. quia erit semen eius ad
uena in terra aliena s. in terra chanaan
et in egypto et seruituti eos subicient
et male tractabunt affligentes eos in
vnis durissima seruitute post mortem Joseph
ut habetur exo. primo annis quadrin
gentis sunt incipiendo a natiuitate
ysaac usque ad exitum filiorum israel de
egypto sicut fuit diffuse dictum gen.
14 et potest sic breuiter ad respectum a
natiuitate enim ysaac usque ad natiuitatem
iacob fluxerunt anni lx gen. 25 Ja
cob autem erat annorum cxxx quando
descendit in egyptum cum filiis gen.
46 inde usque ad exitum de egypto flu
xerunt anni ccx. secundum hebreos quibus
simul iunctis fiunt anni quadringenti
prope in quibus semen abrahe acola
fuit in terra aliena et sic patet quod
non fuit in afflictione quadringentis an
nis sed propter maiorem illius temporis
ideo littera quadringentis annis non refert
ad illud quod immediate premittitur
affligent eos nisi per synodochem sicut
accipiendo partem pro toto sicut dicitur christum
iacuisse tribus diebus in sepulchro
sed potius refertur ad illud quod ante
ponitur erit semen eius accola in terra
aliena quia tot annis habitauit semen
abrahe in terra aliena ut dictum est
et post hoc exibunt scilicet sub moyse duce
gen. xv. et seruient michi in loco isto
quod fuit impletum tempore iosue sub
quo populus israel intrauit in terram pro
missionis et dedit illis testamentum cir
cumcisionis gen. 17. et sic genuit y
saac cum esset centum annorum gen. xxi et
circumcidit eum die octaua sicut precepit
gen. 17 ¶ Et Jacob hic consequenter recitat
hystoriam a tempore Jacob usque ad moysen

et primo recitat hystoria temporis servi
tutis precedentis sive subsequentis ibi Si
cut ecia primum dicitur et Jacob sup
ple commendat xii patriarchas i. filios
suos qui dicuntur patriarche i. patres prin
cipales a pater et archos quod est prin
ceps quia ab ipsis denominantur xii tri
bus Israel ¶ patriarche emulantes Jo
seph i. invidentes ei gen 37 vendiderunt
eum in egyptum eodem tempore et erat
deus cum eo et eripuit eum etc. Et dicitur
primo de manibus fratrum volencium eum
occidere 2º de cisterna ubi posuerunt eum
moriturum fame 3º de carcere regis egip
ti ubi posuit eum magister militum gen
41 Et dedit ei graciam et sapienciam in conspec
tu pharaonis ad exponendum eius somp
nia de futura fertilitate et sterilitate
terre Venit autem fames etc. sicut pre
dixerat Joseph et hoc habetur gen 41
Cum audisset autem Jacob etc. gen 42 mi
sit patres nostros i. filios suos primum i. pri
ma vice et in secundo i. in secunda missione cogni
tus est Joseph a fratribus suis etc. gen 45
Mittens autem Joseph accersivit Jacob
patrem suum eodem tempore in animabus
lxx ut habetur exo i gen tamen 46 omnes
anime domus Jacob qui ingresse egyp
tum fuerunt lxx sed ibi includuntur tamen post
egressum de Jacob actualiter hic et exo.
primo includuntur tamen illis quinque nepotes
Joseph et qui pertinebant ad propriam ipsius
propter quod septuaginta interpretes gen 46
posuerunt lxxv qui in interpretacionem scripu
sit sunt lxxv ¶ Et descendit hic co
piosior recitat hystoriam quomodo ad des
census in egyptum et defunctus est
gen 49 et patres nostri scilicet 12 patriarche
de morte vero Joseph in egypto habetur
gen ultimo et de morte aliorum exo i
Et translati sunt in sychem etc. hic litera
videtur multum intricata et disperans
ab eo quod habetur gen 23 de spelunca
quam emit abraham et gen 33 de agro

quem emit Jacob a filiis emor propter
quod ad intelligenciam huius passus
sciendum quod abraham emit illam
speluncam ab ephron ethco et Jacob il
lum agrum a filiis emor patris sychem
ut patet in textu in speluncam vero ab abra
ham empta fuit Jacob sepultus illic
apportatus de egypto gen ultimo et agro
vero quem emit Jacob et quem dedit Joseph
filio suo ut habetur gen 48 sepulta fue
runt ossa Joseph illuc apportata de
egypto ut dicitur Josue ultimo de aliis
patriarchis non habetur de scriptura sacra
ubi fuerint sepulti sed Jeronimus dicit de sancta
paula quod ipsa pertransivit usque in sichem
et vidit ibi sepulchra 12 patriarcharum
Josephus vero homo antiquitatum et
dicit quod fratres Joseph mortui in egypto
a posteris suis fuerunt translati in ebron
et ibidem sepulti et in hoc magis videtur
credendum dicto Josephi quam Jeronimi
quia longo tempore fuit ante Jeronimum
et quia natus fuit in media terra
cognovit eciam Judee locia ¶ Hiis visis
premissis sciendum quod sanctus lucas hic
semel recitat duas hystorias in textu
opponitur sic littera et translati sunt
in sychem et positi in sepulchro quod
emit abraham scilicet primum hic et
primum ibi quia de Joseph certum est quod
sepultus fuit in sychem de Jacob vero
certum est quod sepultus fuit in hebron in
spelunca duplici ut predictum est de
aliis patriarchis dubium est utrum hic vel
ibi fuerint sepulti licet michi probabilius
videatur quod in hebron ut dictum est a
filiis emor et sic non coniungitur hic in
medietate precedenti ubi dicitur et translati
sunt in sychem supple empta a filiis
emor patris Jacob ut predictum est et sic
exponit scolastica hystoria ¶ Sed huic ex
posicioni obviare videtur quod sepultura
filii sychem quod gen 33 dicitur quod Jacob
emit partem agri a filiis emor patris

Sychem sed pater eius sepedo et sic emor
uniter non fuit filius sychem sed pater
eius sepedo tamen expositionem istam sit
similiter videri quod idem homo sepe
ter habet patrem et filium eiusdem nominis
sicut dominus karolus comes valesii bone
memorie habuit patrem regem francie
nomine philippum et filium dei gratia nunc
regnantem nomine philippum et sic potest
dici de isto emor quod habuit patrem
nomine sychem de quo fit mentio cum
dicitur a filiis emor filius sychem et
filium eiusdem nominis de quo dicitur genesis
xxxiiij a filiis emor patris sychem ¶
Dicendum etiam quod quia expositio dicta
videtur multis intricata ideo licet videatur
pretendere quod abraham emit precio ar-
genti a filiis emor ideo potest dici sine
tamen preiudicio quod ille emor de quo littera
hic loquitur fuit idem cum socer patre
ephron et fuit binominis sicut in scriptura
multi leguntur binomini et sic abraham
emit a filiis emor quia ab ephron qui
fuit de filiis emor quia ab ephron qui
fuit de filiis eius et iste emor alio nomine
dictus socer habuit patrem nomine sychem
ille autem emor de quo fit mentio genesis
xxxiij habuit filium nomine sychem nec est in-
conveniens si ponatur eadem nomina diversorum
hominum hic et ibi quia propter homines di-
versorum locorum et temporum in nominibus
conveniunt et sic hanc expositionem litteram
planior videtur ¶ Dicendum tamen quod sychem
hic dupliciter accipitur uno modo prout est
nomen civitatis que dicitur translati
sunt in sychem alio modo prout est proprium
nomen hominis cum dicitur filii sychem
¶ Cum autem hic consequenter recitatur
hystoria pro tempore servitutis filiorum israel
in egypto et primo ponitur huius servitutis
occasio cum dicitur ¶ Cum autem appropinquaret
tempus promissionis quam confessus fue-
rat deus abrahe promittens ei quod semen
eius serviet ei in terra in dece[m] genesis xv. Crevit
populus et multiplicatus est in egypto exodo
i. et ista multiplicatio movit regem egyp-
ti ad affligendum populum israel ut minus

possent vocare generationi et multi[tudin]i ut
habetur ibidem quo adusque rex alius sur-
rexit in egypto de quo Josephus quod
regnum tunc translatum erat ad aliam
domum qui non sciebat Joseph id est beneficia
que fecit Joseph regno ioseph hic cir-
cumveniens id est fraudulenter affligens
genus nostrum primo publicis eos duris
laboribus sed quia per hoc non fuit impedita
populi multiplicatio precepit obstetricibus
ut in partu hebrearum masculos necarent
sed quia non fecerunt sed deum timentes
precepit ut masculi nati in flumen
proicerentur exodo primo et hoc dicit ut expo-
nerent infantes et cetera ¶ Eodem tempore hic
consequenter stephanus se excusat de blas-
phemia contra moysen ostendens eum populi
fuisse liberatorem et primo ponitur ad moysen
hanc liberationem dispositio ¶ Secundo quia liberato
ibi ¶ Cum autem etc. primo dicitur eodem
tempore natus est moyses et fuit gratus
deo quod apparet quod exhortante deus servat
eum ne periret cum aliis pueris in flumine
qui nutritus est tribus mensibus in do-
mo patris sui videns eum cum elegantem
puerum et deo quantum potuit servavit
eum quousque apparebat periculum
mortis non solum patris sed etiam parentum
occasione eius et tunc eum commendavit
protectioni divine ponens eum in flumine
inclusum tamen in vasculo inviso pice
linito exposito autem illo in flumine in-
de sustulit eum filia pharaonis et nu-
trivit eum id est nutriri fecit sibi in filium
quia adoptavit eum et habetur exodo 2. ubi
diffusius est expositum et eruditus est
moyses omni sapientia egyptiorum quia
sic nominatur quia primo viguit in
egypto humane sapientie studium ut habetur
primo methaphysice et erat potens in verbis
et in operibus suis ex quo patet eum dispositum
ad liberandum populum de egypto ¶ Cum
autem impletur hic consequenter describit
ipsa liberatio et primo figuralis hic vero
ibi ut completur et primo dicitur ¶ Cum autem
impletur ei tempus xl annorum quod

est tempus virilis etatis ascendit in cor eius deo instigante ut visitaret fratres suos filios israel qui erant in dura servitute et cum vidisset quendam hebreum iniuriam patientem ab egyptio vindicavit eum egyptium interficiendo ipsum [illegible] cum dicatur existimabat autem intelligere fratres i. hebreos quia deus per manum ipsius daret salutem illis iam eo quod inspiraverat moysi quod liberator erat populi sui de servitute egypti et sic iam erat constitutus a deo tutor et defensor populi propter quod non expectavit mandatum illam faciendam nulla libertate precedente [illegible] fuit signum et figura liberationis generalis totius populi facienda per manum moysi sed illi non intellexerunt quod declarat postea sapiens cum dicitur. ¶ Sequenti vero die apparuit illis litigantibus i. duobus ebreis ad invicem rixantibus ¶ Exo. ij et reconciliabat eos volens eos reducere ad pacem et amicitiam qui autem iniuriam faciebat increpatus super hoc a moyse repulit eum eius monicionem et increpationem d. quis te constituit principem et cetera q. d. tu usurpas indebitam potestatem ex quo patet quod iste non intellexit quod moyses esset constitutus a deo tutor et liberator populi israel et quia iste iniurians habebat aliquos sibi faventes et ibidem [illegible] ideo superius dixit psalmista et illi non intellexerunt nunquid interficere me tu vis et cetera illud quod erat secretum publicabatur unde quod venit ad aures pharaonis querebat occidere moysen Exo. ij ideo subditur fugit autem moyses in verbo isto i. propter publicacionem huius ne occideretur ubi generavit duos filios scilicet manassem et effraym de sephora uxore sua Exo. ij ¶ Et expletis hic consequenter describitur liberatio populi realis [illegible] quia primo describitur liberatoris moysi legatio secundo legationis impletio ubi sic eduxit prima adhuc in duo quia primo [illegible] fuerit [illegible] Exo. [illegible] revelatio ubi hunc moysen [illegible]

primo describitur tempus legationis cum dicitur et expletis annis xl a fuga moysi de egypto apparuit ei in deserto montis syna angelus Exo. iij dicitur quod apparuit illi deus ¶ Dicitur quod secundum veritatem fuit angelus ut dicitur hic sed quia personam dei representabat et eius persona loquebatur ideo aliquando deus aliquando angelus nominatur ut dicitur [illegible] In igne flamme rubi angeli cum apparent hominibus corporibus formatis et quia tres apparitiones sunt ad [illegible] significandum per ignem cum frequenter in scriptura significatur tribulatio purgans cum [illegible] in igne probatur aurum et argentum et homines receptibiles in camino humiliationis propter quod angelus apparuit in specie ignis ardentis sed non comburentis ad significandum quod populus israel in tribulatione egypti non consumeretur sed purgaretur et purgatus liberaretur moyses autem videns admiratus est scilicet quod ignis ardens non comburebat rubum qui de facili est combustibilis. ¶ Et accedente illo ut consideraret magis de prope facta est vox domini i. angeli loquentis in persona dei. ¶ Ego sum deus patrum tuorum qui coluerunt me gentibus ad ydolatria declinantibus tremens factus moyses propter divinam reverentiam ¶ Solve calciamenta pedum tuorum modus enim erat antiquorum et specialiter hebreorum non ingredi loca sancta pedibus calciatis unde et ¶ Sarraceni adhuc tenent hunc modum quod non ingrediuntur locus divini cultus nisi discalciatis pedibus ut apud diversos intellexi locus enim in quo stas terra sancta est propter apparitionem divinam [illegible] modo predicto ¶ Videns vidi afflictionem populi mei actio pietatis et cum effectu miserationis ideo sequitur ¶ Et descendi liberare eos deo autem descendere non convenit nisi per effectum miserationis sed angelo qui loquebatur bene competit descendere secundum motum localem eo modo quo motus localis competit angelis [illegible] propter te obedientiam ¶ Et mittam te in egyptum ad libe

randum prophetam et sic patet secundo in acta
moysi ¶ Hunc moysen hic stephanus contra
iudeos infert conclusionem de rebellione
contra dicens Hunc moysen quem negaverunt
etc. sicut predictum est ille qui dixit hoc verbum
habebat duplices fautores et fautores
qui idem dixerunt verbo vel saltem verbo
propter quod dicitur hic negaverunt dicentes
quis te constituit etc. Hunc deus principem
et redemptorem misit quia tamen non erat
principalis in hoc facto sed angelus apparens
in persona dei ideo subditur cum manu
angeli id est cum potestate ipsius et sic moy
ses erat illi tamquam minister adiunctus propter
hanc autem rebellionem contra moysen inten
dit stephanus notare iudeos de rebellione
contra christum liberatorem totius mundi de
servitute dyaboli ut exprimitur in 2o capitulo
ubi dicitur et occiderunt eos qui prenuncia
bant de adventu iusti cuius vos nunc prodi
tores et homicide fuistis ¶ Hic eduxit
hic conspicienter describitur impletio legis
commissionis iniuncte moysi et dividitur in duas
partes quia primo facit propositum secundo infertur
quoddam corrolarium ¶ Cui noluerunt etc. primo
dicitur Hic eduxit illos faciens etc. per id est
mediante faciens prodigia et signa in terra egyp
ti sicut patet a principio exodi capitulo exodi
usque ad finem 14 et in mari rubro ut ha
betur exodi 14 et in deserto ut patet in libro exodi le
vitici numeri et deuteronomii. Hic est moyses ¶ Cui
credere vos debetis et debetis qui dixit
filiis israel deuteronomii 18 prophetam vobis suscita
bit deus de fratribus vestris quod principaliter
intelligitur de christo ut ibidem dictum fuit
qui descendit secundum carnem de iudeis tamquam
incipiens iudicatis id est legis latorem novi
testamenti sicut sicut veteris ¶ Notandum
tamen quod christus non dicitur propheta quantum
ad cognitionem enigmaticam nam abinstanti
conceptionis anima christi habuit claritatem
dive visionis sed proprie dicitur propheta
fuisse magnum propheta dicitur ille qui
annuntiat remota a cognitione illorum
cum quibus habitat christus ante suam passionem
statim fuit viator habitans cum hominibus
¶ Secundo vero denuntiabat futura remota a capaci
tatem intellectus hominum et sic dicitur
propheta luc. 7 propheta magnus surrexit
in nobis et hic est qui fuit in ecclesia id est in
congregatione hebreorum cum angelo qui
loquebatur ei in monte syna dum ei
leges et mandata ut patet exodi 19 et dein
ceps quod praecepta et cum patribus vestris quan
tum ad x precepta decalogi que dedit
audientibus populo exodi 20 Qui accepit verba
vite dare nobis dicuntur autem illa pre
cepta verba vite non quia conferrent vitam
gratie iustificantem sicut dicitur ad Ro. non
iustificatur homo ex operibus legis Ius
titia qui facit dignum vita eterna sed
iustificaret iustitia possibilitate sicut dictum
fuit diffusius per psalmum ad Ro. et gala.
Sed dicuntur verba vite quia servantes ea in ea
vabat penam mortis corporalis quam tran
sgressoribus infligebat sicut dictum fuit
gala. 3 secundum illud faciens ea vivet in eis
¶ Cui noluerunt hic quoddam infert cor
rolarium de rebellione iudeorum contra
moysen et deum ¶ Cui noluerunt obe
dire patres nostri sicut patet in multis locis exo
et libri numeri et aversi sunt cordibus
suis in egyptum ostendentes displicentiam
que inde exierant dicentes moysi exo
14 quid hoc facere voluisti ut educeres
nos de egypto etc. et in pluribus aliis
locis sic habetur et non solum ostende
runt hanc displicentiam sed etiam
voluntatem revertendi dicentes num 14
Constituamus nobis ducem et revertamur
in egyptum ¶ Consequenter ostendit eos rebel
les fuisse non solum moysi sed etiam deo
Cum dicunt dicentes ad aaron exo 32
fac nobis deos qui precedant nos id est
cum rebellabant deo qui eos eduxerat
de egypto et etiam moysi eius ministro tunc
subditur Moyses enim hic etc. et vitu
lum fecerunt id est aaron ad placendum
et quoniam tamen ei ministraverunt et ob
tulerunt hostiam scilicet vitulo qui debebat
offerri soli deo contra et ante eos de et reddidit

id est contra

id est tonitruum et grandinem immisit a demonibus
propter suam maliciam. Sermone multo [illegible] hoc
non legitur esse factum tempore quo filii Israel fue-
runt in deserto sed postquam intraverunt terram promis-
sionis hoc multiplicat fecerunt ut patet in
libris iudicum et regum specialiter in primo et 2°
paralipomenon sicut scriptum est in libro prophetarum
[illegible] qui est unus liber ut declaratum fuit
ibidem. Numquid victimas et hostias obtulistis
Amos 4° ut refertur per prophetam huius auctoris
ad tempus quo fuerunt filii Israel in deserto
ut patet manifeste non tamen per hoc est intel-
ligendum quod filii Israel nullas victimas
aut hostias obtulerunt deo in deserto quia
levitici 9 habetur expresse quod in consecratione
aaron et filiorum eius fuerunt plures hostie
deo oblate et similiter in dedicacione tabernaculi
ut habetur numeri 7 sed hoc dicitur quia pauce
victime fuerunt tunc oblate. Unde dicit
Rabbi Salomon super illud numeri 9 fecerunt filii Israel pha-
se etc. quod toto tempore quo fuerunt in de-
serto non fecerunt phase nisi illud tamen tunc
erat solempnitas principalis anni et precep-
tum erat Exodi 12 eam quolibet anno
fieri et ideo si fuit sic omissa in illis 40
annis multo magis sacrificia que precipie-
batur fieri in solempnitatibus et diebus
minus solempnibus fuit etiam populo super hoc dis-
pensatum a deo propter incertum motum eius
sicut et de circumcisione que Genesis 17 precipitur
fieri 8 die et tamen fuit omissa quamdiu populus
fuit in deserto ut patet Josue 5. Et suscepistis
tabernaculum moloch etc. istud refertur
ad tempus iudicum et regum ut ostensum
fuit Amos 5° et patebit in fine huius auc-
toritatis et sidus dei vestri rempham id est lu-
ciferum sive stella matutina ut dicit
hic glossa qui pre ceteris stellis a gentilibus ado-
rabatur propter eius pulchritudinem. Figu-
ras id est ymagines diversas quas fecistis
vobis adorare eas id est ad adorandum eas
et transferam vos in babilonem propter istud
peccatum in transmigrationem ex hoc patet quod ydola-
tria de qua loquitur hic Amos propheta
fuit causa captivitatis iudeorum de terra sua et
hec fuit perpetrata post ingressum huius terre

et maxime temporibus regum. Amos autem
dicitur et migrare vos faciam trans damas-
cum ut legimus in actibus Act 7 quod sic damas-
cus babylon autem plus distat a iudea
nam damascus est prope terram. Unde et
Stephanus posuit in babilone quia iudei
duarum tribuum fuerunt translati in babilone
4° Regum ultimo. Iudei vero 10 tribuum translati
fuerunt in terram assyriorum 4 Regum 18. et
transitus ad illam est per damascum. Ideo ad
exprimendum utramque captivitatem que inducta
fuit propter ydolatriam Amos scripsit ultra
damascum. Stephanus autem eadem sententia lo-
quens dixit in babilone. ¶ Tabernaculum
testimonii. Stephanus se excusat de blasphe-
mia contra templum ostendens illud ordi-
natione divina fuisse factum et primo loquitur
de tabernaculo moysi ad cuius similitudinem
factum ad aliquod templum postea fuit
factum dicit ergo tabernaculum testimonii
fuit cum patribus nostris in deserto sicut dispo-
suit 8 deus [illegible] patet Exodi xxv. quod et
induxerunt suscipientes patres nostri cum ihesu
id est cum Josue qui erat dux populi in pos-
sessionem gentium id est in terram chananeorum
quas expulit deus. illud enim fuit factum
magis [illegible] divina quam humana usque in
diebus david supple fuit illud taber-
naculum inter illa non primo fuit positum
in Sylo ut habetur Josue 18. Et inde
postea translatum in terram philistinorum primo
Regum 4. et inde reductum in terram Israel primo
Regum 6. et inde pluries translatum de loco ad
locum propter guerras usque in diebus David qui
transtulit in urbem archam domini volens
et edificare templum ut habetur 2 Regum
7. Sed deus distulit edificationem templi
usque ad tempus Salomonis filii sui. [illegible]
dicit qui invenit gratiam etc. et patet litera
usque ibi. ¶ Sed non excelsus in manu factis
habitat quia est incomprehensibilis et non
spiritualis hoc autem addidit beatus stephanus
ad removendum errorem aliquorum iudeorum
estimancium quod deus habitaret in templo sicut
homo in sua domo et hoc quia [illegible]

quod erat in templo dei sedes dicebatur
sicut dixi plenius exo. 24. et ad propositum
inducitur auctoritas ysaie 66. celum michi
sedes est hec est locucio methaphorica ad designandum
deum esse presentem ubique in celo et in terra
sibi enim non competit corporis lineamenta
Et ideo subditur quam domum edificabitis michi
ad habitandum non precise q. d. nulla sed
tamen ad hoc quod ibi fiat oblacio deo et
in representacionem ut exponit salomon 3 Reg. 8
aut quis locus requiescionis mee q. d.
nullus aliquis dumtaxat quia deus requiescit
in seipso quia perpetuum bonis est. Dura cer-
vice hic consequenter corripit s. stephanus de
blasphemia contra legem confitendo eam sanctam
et a deo datam retorsit hoc in ipsos ad
ipsorum blasphemiam eo quod ipsam mul-
tipliciter violabant et hoc est quod dicitur dura
cervice obstinata mente et incircumcisis cor-
dibus animis et auribus et auribus a
blasphemiis et detractionibus vos semper spiritui
sancto restitistis loquenti in moyse et prophetis sicut
patres vestri ut patet per exemplum quem prophetarum non per-
secuti sunt patres vestri q. d. valde paucos. Et oc-
ciderunt eos scilicet prophetas ut patet de zacharia
filio yoiade 2o paral. 24. et ysaia ut
dicitur fuit in principio ysaie et aliis ut dicitur
Ieremie in prologo et multis qui prenunciabant
de adventu iusti id est christi qui dicitur iustus
antonomastice unde dicitur Act. 3. quod omnes
prophete non sunt locuti nisi ad dies messie
salutis principaliter cuius vos proditores et homicide
inde tractando et homicide fuistis ergo cum
exponere penaliter quia accepistis legem
in dispositione angelorum quia data fuit per
angelum in persona dei loquentem ut patuit
est et non custodistis quia irritum fecerant
mandatum dei propter suas tradiciones ut
habetur mt. 14. ca. Audientes autem hec ul-
timo ponitur ipsius stephani lapidacio
... et 2o eius passio pretacta ibi et lapi-
dabant etc. primum dicitur Audientes autem
hec dissecabantur cordibus suis quia non ha-
bebant racionem ut interficerent eum ... quibus
modis interficere volebant et sic disputabant in-
intus ex passio ... disputabat

racione et stridebant dentibus suis sicut
canes rabidi. Cum autem esset plenus
spiritu sancto hec enim plenitudo fuit manifes-
tata in martirio quod est actus caritatis
perfecte intendens in celum ubi sedem suam
collocaverat. Vidit gloriam dei ad con-
fortacionem suam exprimit specialiter et ihesum stantem
hic dicitur ad assumendum eius resurrectionem
et quid tales visiones fuit secundum quem
eciam quod sequitur ut patuit est ideo
stephanus vidit ihesum stantem ad designandum
quod erat paratus ad eius adiutorium
quia stare pugnantis est adiuvantis in presidio
sedere vero presidentis est iudicantis ut regis
iudicis propter hoc Matth. ultimo ubi descri-
bitur regnum christi dicitur sedet a dextris
dei. Ecce video celos apertos etc. declarat
tunc huius visionis plenius dicatur
ipsius capituli. Exclamantes autem voce
magna ne audirentur stephani verba
continuerunt aures suas ac si essent
blasphemiarum et impetum fecerunt non racione
sed motu furia et eicientes eum extra
civitatem lapidabant tamquam blasphemum
Et testes deposuerunt vestimenta sua
ut expediencius et celerius eum interficerent
Et lapidabant hic consequenter ponitur
vita stephani ... paciencia ... quo eius
intencione ad deum immutatem et dicen-
tem Domine ihesu suscipe spiritum meum. Et secundo
ex benignitate ... ad proximum ...
interficientem ipsum. Cum dicitur positis autem
genibus ut ... modus est devocius
clamavit voce magna quia procedebat
ex affectu magno ad proximorum salutem
Ne statuas illis hoc peccatum respondendo
eis penam eternam sed da eis penitenciam
In aliquibus libris subditur quia nesci-
unt quid faciunt. Sed non est de textu nec
est in libris correctis ...
magna pre magis fuerit ...
pone quam ignorancia. Ignorancia enim
multorum tanta erat ... malicia
... et invidia contra christum ut dictum est
supra et capitulo. Et cum hoc dixisset

confessione claritatis sue dum salvatorem in ter-
ra cernit celi spiritualibus et perceptibus nos
obdormivit in domino nam eius anima
sanctissima absorpta fuit in abysso si-
ne claritatis. ¶ Circa predicta dubitatur utrum
visio beati stephani premissa fuit intellectualis aut
ymaginaria vel corporalis. ¶ Et dicunt
aliqui quod fuit intellectualis. Unde ita quod specialis
gratia fuit concessum stephano videre non solum
humanitatem christi sed etiam paulo deitatem. dicit
beatus augustinus ad paulinam de videndo deo
quod sibi fuit concessum videre divinam
essentiam eo quod erat doctor gentium
et moyses qui fuit doctor iudeorum et hoc
videtur dicere quedam glossa super locum istum
qui talis est quidam clarus adhuc in hac
vita detenti mundato cordis oculo vi-
dere meruerunt gloriam dei ut hic stephanus
et paulus ad tertium celum raptus. ¶ Sed
hoc dictum non videtur bene consonare dictis
sanctorum et doctorum qui concorditer dicunt
quod talis visio non est concessa alicui in
vita presenti utenti sensibus corporalibus nisi
homini christo. Unde et paulus non dicitur deum
sic vidisse nisi in raptu abstractis sensibus
Stephanus autem non videtur tunc fuisse rap-
tus sed magis utens sensibus ut patet lege(ntibus)
iudeis maledicentibus. Propterea quod alii dicunt quod
fuit visio ymaginaria ita quod in eius
ymaginatione fuit effigies divinitus for-
mate ad representandum deum et hominem
christum sicut ysa. vi. ysaias vidit dominum
sedentem super solium excelsum et seraphim
stantia ex utraque parte sicut ibidem fuit
plenius declaratum. Unde ergo cognovit ste-
phanus per effigiem illius representationis
et sic christum ad hoc non solum fuit yma-
ginaria visio sed etiam cum hoc intellectualis
sicut fiebat prophetis ut plenius fuit dictum
in principio libri psalmorum et non est dubium
quod isto modo potuit fieri. ¶ Tertio modo lo-
quendi scripture videtur quod fuit corporalis
quia dicit in textu ¶ Cum esset stephanus
plenus spiritu sancto intendens in celum vidit
gloriam dei etc. Propter quod aliqui dixerunt

quod visus stephani a deo fuit fortificatus
in tantum quod vidit christum consistentem in celo
empireo celos autem visus penetrando
¶ Sed illud non videtur bene dictum quia sup-
ponere videtur quod visus fiat extra mit-
tendo ab oculo et non intus suscipiendo ab
obiecto quod improbat philosophus de sensu et sensato
¶ Propter quod sine preiudicio videtur probabilius
dicendum quod corpus christi gloriosum in celo fuit in-
mutativum oculus stephani ad visionem
humanitatis christi. Ita in potestate eius est
quod corpus eius sic videatur a longe sicut
de prope et forte idem est de corporibus alio-
rum gloriosis quia totum est sibi tam
anime. propter quod videtur quod immutatio
eius possit immutare visum indifferenter
a longe et de prope sicut in potestate eius est
quod immutet visum in se vel alia effigie
sicut dicitur de corpore christi glorioso
hic ultimo dicte hore videre non potest
isto modo sed sicut in visione ymaginaria
formatur in virtute ymaginativa aliqua ef-
figies ad representandum deum ut predictum est
ita potius potest divinitus informari ad
immutationem corporalis oculi sicut forte modo
fit in apparitione angelorum quando apparent
in corporibus assumptis que corporaliter
videntur. ¶ Ita aliqua effigies corporalis non
a deo assumpta sed formata potest ymaginem
representare oculo corporali et sic probabiliter
absque alia assertione potest dici quod sic
fuit in visione stephani intellectualiter tamen cog-
novit quod illa effigies non erat ipsum deitatis
sed tamen representative ut hic modo dictum est eo
considerata cum dicit ¶ Ecce video celos
apertos et filium hominis stantem a dextris
dei non sic intelligendum quod celi fuerunt divi-
si cum sint incorruptibiles sed quia sic
clare vidit ac si nullum esset obstaculum
intermedium. Unde dicit quedam glossa quod
hec visio non fuit facta propter representationem
elementorum et sub elementis hic intelligi-
tur corporum celestium raritas. ¶ Sequitur
in capitulo etc. ¶

Saulus autem postquam descripta est
Stephani persecutio singularis
hic consequenter describitur ecclesie
persecutio generalis et quia habuit ortum
ex persecutione stephani ideo primo fit adiunctio
continuatio cum dicitur. Saulus autem
erat consentiens neci eius propter quod peccati
particeps fuit quia dicit Ro. i. qui talia
agunt digni sunt morte non solum qui
faciunt ea sed etiam qui consentiunt facienti-
bus et subditur de persecutione ecclesie cum
dicitur Facta est autem in illa die i. illo
tempore quia illa persecutio pluribus
diebus duravit et omnes dispersi sunt
propter quod dixerat salvator Mt. x. cum
vos persequentur in una civitate fugite in
aliam preter apostolos Isti erant principales
et firmiores propter quod remanserunt in
persecutione ne ex fuga eorum occideretur
fides katholica non habens firmum fundamentum
Consequenter interponitur beati stephani sepul-
tura que supra fuerat omissa cum sub-
ditur Curaverunt autem stephanum i. decenter
sepelierunt viri timorati i. timentes
deum inter quos gamaliel fuit principalis
ut habetur in legenda de inventione cor-
poris sancti stephani et fecerunt planctum
magnum super eum secundum morem iudeorum
ut habetur gen. ultimo de morte Jacob
et in libro numeri de morte aaron et marie
et deut. ultimo moysi et in multis
aliis locis de morte nobilium personarum
illi autem sepelierunt stephanum
erant conversi de iudaismo unde tenue-
runt morem primum Consequenter redit
hic ad scribendum persecutionem ecclesie dicens
Saulus vero devastabat ecclesiam i. per-
tens eam ad nichilum trahens ad cus-
todiam i. incarcerare non dicitur quod
interficeret quia sicut dicit glossa deus ma-
nus eius refrenabat ne sanguine
innocentum pollueretur et hoc sicut dicit
Aug. deus a deo omnipotens est et bonum

quia de malis elicit bona ideo de ista
persecutione elicuit bonum disseminatio-
nis fidei katholice propter quod subditur
Igitur qui dispersi erant pertransibant per diversas
civitates evangelizantes verbum dei Iu-
deis habitantibus in civitatibus illis ut
habetur in textu. Philippus autem postquam
lucas prosecutus est de primo dyacono
scilicet de stephano hic consequenter prosequitur de
philippo qui ponitur secundus supra 6°
ca°. dividitur in duas partes quia primo
ponitur predicatio philippi secundo conversio
pauli c. 9°. prima adhuc in tres quia
primo describitur suis lucas eius pre-
dicationem in samaria secundo ethyopum
ibi Angelus autem domini locutus est ad
[illegible] ibi philippus autem prima in duas quia
primo describitur philippi predicatio secundo sequens
fructus ibi. Cum autem audissent
prima adhuc in duas quia ad predicationem
philippi primo ponitur multorum con-
versio secundo unius scilicet ibi Vir autem
quidam etc. primo dicit Philippus autem
qui cum aliis propter persecutionem fugerat
de ierusalem descendens in civitatem sa-
marie que tempore regum fuerat metro-
polis in regno x. tribuum predicabat
illis christum habitantes enim ibi erant
partim iudei recipientes quinque libros
moysi sicut et saducei Intendebant
autem turbe hiis que a philippo dicebantur
de christo unanimiter audientes et vide-
rent ad devote et subditur et videntes
signa que faciebat i. miracu-
la divine virtutis declarativa in testimonium
veritatis a philippo predicate multi
enim eorum qui habebant spiritus inmundos
i. qui erant obsessi a demonibus
clamantes voce magna exibant scilicet
demones coacti virtute christi et ne diceret
quia hoc fieret virtute superioris demonis
sicut dictum fuit de christo luc. xi In beel-
zebub principe demoniorum eicit demo-
nia ideo subditur alia miracula quo-

possent fieri nisi virtute divina cuius est
curatio paraliticorum et claudorum subitanea
cum dicitur multi autem etc. Factum est
ergo gaudium magnum in civitate illa
de veritatis cognitione et bonorum cura-
tione. Vir autem hic consequenter descri-
bitur cuius conversio ficta cum dicitur
Vir autem quidam erat nomine Symon
qui ut dicitur a doctoribus iste fuit
Symon magus qui postea multum restite-
runt petro et paulo rome predicantibus
verbo dei et eius conversio ficta fuit quia
et si ad horam vera fuit tamen ad vomitum
rediit qui ante erat in civitate
magus i. phitonicus ut dicunt aliqui
a multitudine sic sic dicebat et faciebat
et aliqui venerunt adorare ipsum ut
deum Math. 13. Sed hunc deo contrariat
quod subditur Seducens i. ab via
veritatis, dicens quod non est phi-
cus est proprium amare veritatem secundum
i. ethic. secundum proprium hominis arte magica
utentis dicens se esse aliquem magnum scilicet
prophetam vel ipsum unde Johannes 4. dicit
quod samaritani et Iudei ex-
pectabant ipsum unde dixit illa mulier
samaritana scio quia messyas venit
qui dicitur ipsus cum ergo venerit ille
annunciabit nobis omnia ideo subdit
dicentes hic est virtus dei et sic loquitur
apostolus de ipso I Cor. I. predicamus ipsum
dei virtutem etc. Attendebant autem eum
credentes ei propter hoc quod multo tempore
magicis suis dementasset eos i. mentes
eorum a veritate alienasset ex quo patet
quod supradictus est magus a magicis
artibus In nomine ipsi baptizabatur
hac enim forma utebatur in ecclesia primitiva
temporibus dicitur supra 2o ca. tunc Symon
ipse credidit scilicet ficte vel si vere hoc fuit
tantum ad horam Cum baptizatus esset
adherebat philippo et subditur videns si-
gna etiam signa et virtutes maximas fieri
etc. dicitur enim ab aliquibus probabiliter
quod ad hoc familiaritate philippi

querebat ut per hoc cognoscere posset virtute
seu arte similia facere di... in infra dicitur
quod obtulit pecuniam apostolis ut per im-
positionem manuum posset dare donum spiritus
sancti in signo visibili ex quo videtur quod
non fuit conversus vere sed tantum ficte Cum
audissent Consequenter predicatio philippi hic
consequenter describitur collatio spiritus sancti circa
quod sciendum quod philippus erat tantum dyaconus
propter quod licet posset baptizare non tamen
manus imponere nec per consequens donum spiritus
sancti in signo visibili dare hoc enim perti-
nebat ad apostolos unde episcopi qui sunt
successores eorum 2. 2. d. in novo testamento
manus imponunt propter quod philippus significa-
vit apostolis ut aliquis eorum veniret in
samariam et suppleret illud quod ad eius
officium non spectabat et hoc est quod
dicitur Cum audissent apostoli etc. et patet
littera usque ibi Nondum enim in quemquam illorum
venerat scilicet in signo visibili venerat tamen
in eis invisibiliter sicut in ceteris in baptismo
Sed baptizati tantum erant In nomine domini
ihesu hoc dicit tamen non est de forma sed hunc
In nomine domini ihesu excludendo alias divi-
nas personas sed magis includit ut
dictum est supra 2o capitulo propter quod hec tamen est
magis declaratio hunc Sed baptizati
erant sed non receperunt impositionem
manuum ideo subditur tunc imponebant
etc. Cum audisset hic consequenter ponitur
Symonis intentio volebat enim eadem
potestatem emendi spiritum sanctum intencione lucri
inde recipiendi propter quod ab ipso nominatur
vicium symonie quo aliquis vendit
vel emit spiritualia etc. littera usque ibi Non
est tibi pars neque sors in sermone isto i.
in hac potestate scilicet ut spiritus sanctus detur
per impositionem manuum tuarum Cor enim tuum
non est rectum coram deo intentione enim debita
carebat videbat tamen sed cordis
In felle enim amaritudinis i. in nequi-
cia intencionis que facit ad amaritudinem

gehenne peccatum nos p(er)ime (et)c. h(oc) dixit
magis ductus timo(r)e pene q(uam) amore
gracie et illi quidem testificati (et) locuti
v(er)bu(m) dei ad co(n)firmacionem credencium reddi
bant w(er)su(m) no(n) ociosi s(ed) i(n) via p(er)manentes
p(re)dicando v(er)bum dei ¶ Angelus posita
p(re)dicacione philippi in samaria hic co(n)
sequenter ponitur eius p(re)dicacio i(n) via et
hoc ethiopi de w(er)su(s) in terram suam reu(er)
tenti (et) diuiditur i(n) duas p(ar)tes q(uia) p(ri)mo
ponitur philippi p(re)dicacio s(e)c(un)do ethiopis
conu(er)sio ibi et cum irent (et)c. p(ri)mu(m)
dicitur Angelus autem domini (et)c. vade
contra meridianum ethyopia enim est in
plaga australi respectu w(er)sum ad via(m)
que descendit ab w(er)su(m) in gazam w(er)su(m)
est in loco altero q(uam) sit illa gaza h(ec) est
deserta gaza enim vetus fuit omnino destruc
ta et postea alia eiusdem nominis fuit
edificata in alio tu(n)c situ via autem illa
tu(n)c p(re)sbat p(er) gazam desertam et no(n) p(er) ga
zam de nouo reedificatam (et) ideo illa ad
differenciam illius dicitur hoc est deserta
et ecce vir ethyopis eunuchus p(ro)p(ter) hoc au(tem)
q(uod) dicitur vir designatur q(uod) non dice
batur eunuchus a(m)pucione membrorum
genitalium s(ed) (pro)p(ter) castitatem (et) honestatem mo
rum (et)c. q(uod) dicit saluator m(atthei) 19. sunt
eunuchi qui se castrauerunt p(ro)p(ter) regnum
celorum qui erat sup(er) omnes gazas vir
erat enim eius thezaurarius et s(e)c(un)d(u)m gaza
est hoc nomen appellatiuum sup(er) vero
est nomen p(ro)prium ciuitatis gentis in
t(er)ra philistiorum ut habetur p(ri)mo (et) in(de)
venerat adorare in w(er)su(m) multi enim
gentiles ex deuocione veniebant adorare
deum in w(er)su(m) ut habetur Jo(hannis) xij. vel
forte iste erat (con)u(er)sus de gentilitate ad
iudaysmum q(uod) videtur ex hoc q(uod) subdit
legens q(uidem) ysaiam p(ro)phetam sicut erat
deuotus iudeis sicut (et) multi layci ex
deuocione dicunt horas canonicas i(n) lati
no q(uam)uis no(n) intelligant ceterum patet infra
tamquam ouis (et)c. q(uod) exponit ysa(ie) 43 et intelligit
ad l(itte)ram de (christ)o sicut ibidem diffusius
dicta fuit quia tu(n)c in v(er)bo uno posset
omnes aduersarios (con)fundere p(er)misit se tu(n)c
ad occisione(m) duci et sicut agnus coram
se tondente obmutescit (et)c. q(uia) v(er)bu(m) i(n)iu
riosa p(ro) iniuriis no(n) reddidit (et)c. i(n) s(e)c(un)da p(ar)te
accipiebatur coram pylato tacuit (et)c.
¶ In humilitate iudicium eius sublatum
est ysa(ie) 43 sic dicit de angustia (et) de iu
dicio sublatus est q(uod) sic (et) ideo fuit (christ)o p(ro)
prium de angustia scilicet mortis et
de iudicio decedentes enim ex dampna s(e)c(un)da
sima detinebatur i(n) limbo sublatus
est p(er) potenciam sue resurrectionis (et) eade(m)
modo exponendum (et) h(ic) l(itte)ra ¶ In humilitate
i(d est) p(er) morte(m) q(uam) humiliter sustinuit in
humanitate assumpta phil(ippensium) 2. humilia
uit semetipsum factus obediens usq(ue) ad
mortem ¶ Iudicium enim (con)tra dampna(ti)o(n)e(m) (con)tra
erat n(ost)r(u)m de(m) sublatum est quia
(christ)o resurgente sancti qui erant i(n) lim
bo detenti inde fuerunt sublati generacionem
eius quis enarrabit i(d est) multiplicacionem
fidelium qui (con)u(er)terunt (christ)o p(er) baptismum q(uia)
tolletur de t(er)ra vita eius s(cilicet) p(er) morte(m)
et in hoc redditur causa multiplicacionis
fidelium sic (con)dicitur ¶ Jo(hannis) 12. nisi granu(m)
frumenti cadens in t(er)ra mortuum fuit
ipsum solum manet ¶ Si autem mortuum
fuit multum fructum affert ceterum patet
usq(ue) ibi et insignes scripture q(uod) de (christ)o
ad l(itte)ram (et) intelligenda ut declaratum fuit
diffusius ysa(ie) 43 ¶ Et cum irent hic
consequenter describitur ipsius eunuchi (con)
u(er)sio p(ro)p(ter) hoc q(uod) baptismum deuote peciit
(et) s(e)c(un)d(u)m debitu(m) suscepit (et)c. l(itte)ra Spiritus d(omi)ni i(d est)
spiritus s(an)c(tu)s vel angelus qui i(n) scriptura
freq(ue)nter nominatur spiritus p(ro)p(ter) hoc autem
q(uod) dicit spiritus domini ab s(e)c(un)do (et) melius
spiritus bonus qui dicto sit p(ri)mo de spiritu
maligno (con)suevit sicut p(atet) p(ri)mo Regu(m)
16. Spiritus domini malus arripiebat

saul rapuit philippum ab assistentia eunuchi ad
confirmacionem sue fidei philippum eum rapti
cognouit philippum a deo missum specialiter
ad ipsum informandum de fide et baptizandum
ideo subditur ibat enim per viam suam gau
dens de veritatis cognicione et baptismi
suscepcione. Philippus autem hic consequenter
describitur predicacio philippi in terra ma
thuna terra enim philistinorum in qua est azoth
clauditur mari mediterraneo in parte occi
dentali et pertransiens ewangelizabat ciui
tatibus cunctis id est iudeis habitantibus
in illis qui fuerunt ibi dispersi a tempore re
gis anthyochi donec veniret cesaream
qui est ciuitas super mare mediterraneum
sita sicut patet in descripcione terre sancte / ixus cam

Saulus autem

Premissa predicacione philippi hic de
scribitur conuersio pauli de qua
[illegible] fuerunt breuiter in principio pre
dicti capituli et diuiditur in tres partes quia
primo describitur eius conuersio miraculo
sa 2o conuersi regeneracio gloriosa ibi erat aut
3o regenerati predicacio animosa ibi fuit aut
Fuit autem conuersus in actu persequendi christum
et christo ipsum claritate coruscante (?) operan
te corporaliter et ad terram prosternente et voce sensi
bili eum vocante propter quod hec conuersio
fuit miraculosa et ecclesia solempnizat
eam non sic autem conuersione aliorum que fit
tantum per invisibilem graciam. primo igitur ponitur
actus persecucionis cum dicitur Saulus
autem adhuc spirans id est cum vehementi spiritu
igne persecucionis accedens minas et alias
contra ecclesiam minarum id est verbis et minis et
cedis id est verberibus et flagellis in disci
pulos domini id est contra credentes in eum
qui tunc dicebantur christiani ut habetur in
xi. Accessit ad principem sacerdotum non
vocatus sed se ingerens voluntate nocendi
inflammatus et pecijt ab eo epistolas ut per eas
auctoritate magis posset fidelibus nocere in da
masco ut ibi persequeretur credentes sicut
fecerat in ierusalem ut acta patet supra ibi et sub
ito ubi ponitur eius illustracio et conuersio
et vocacio cum dicitur et subito circumfulsit eum

lux de celo sicut solet fieri in choruscacione
et fulgetur et cadens in terram pre stupore
et admiracione. Audiuit vocem auditu
corporis et mentis. Saule saule hec dupli
cacio fit ad magis mouendum eius atten
cionem quid me persequeris in membris meis
que persequebatur paulus et non christum
in persona propria qui iam sedebat ad patris
dexteram gloriosus ideo subditur durum
est tibi contra stimulum calcitrare id est po
tenciori te incomparabiliter resistere ideo subdi
tur tremens ac stupens de cognita christi
potestate quem autem non credebat in celo reg
nare sed magis ut falsum prophetam cum
dampnatis esse. Domine quid me vis
facere q. d. paratus sum tibi in omnibus
obedire et dicetur tibi quid te oportet
facere non statim eum perfecte docuit nam sic
in cognicione naturali fit processus de imperfecto
ad perfectum unde et pueri primo vocant omnes
viros patres et omnes feminas matres postea
distinguunt proprium patrem ab aliis viris
et propriam matrem ab aliis mulieribus ut dicitur
primo phisicorum ita propter fit in cognicione
spirituali hoc tamen non preiudicat omnipotencie
dei quia posset totum simul in uno instanti
reuelare. Stabant ut stupefacti audien
tes quidem vocem scilicet pauli non autem christi
ut habetur infra 22. et qui mecum
erant lumen quidem viderunt vocem autem
eius non audierunt qui loquebatur mecum
sed quid audiebat paulum dicentem qui es
domine et quid me vis facere et non vide
bant aliquid personam cui dirigeret ser
monem ideo stabant stupefacti acta patet
in littera supra ibi. Et erat tribus diebus
non videns scilicet visu corporali videbat
tamen visu mentali quia secundum doctores quidam
in illo triduo fuit raptus usque ad tercium
celum et habuit illam excellentem visio
nem que habetur 2. cor. 12. ut exposui ibi
dem diffuse et non manducauit neque
bibit [illegible] illa visione sicut et
moyses 40 diebus in monte. Erat au
tem consequenter ponitur pauli conuersi
regeneracio per baptismum ad quod [illegible]

mittitur ananias cum dicitur Erat autem quidam discipulus damasci nomine ananias ad christum conversus et vita famosus ut habetur infra 22 capitulo patet usque ibi et quere in domo iude hospitem eius pauli in quo vocabatur tharsensem i. de thar so oriundum illuc enim pater pauli translatus fuerat de iudea ubi ceciderat in potestate et fama ut habitum fuit supra 9 cap. ecce enim orat est enim oratio elevatio mentis in deum fuerat autem usque ad tertium celum raptus et ex illo rap tu regressus gratias deo agebat et vidit in revelatione deum virum ananiam nomine ita quod revelacio fuit sibi facta non solum de persona sed etiam de ipso nomine introeuntem et imponentem sibi manus hic autem impositio non fuit sicut illa de qua dicitur capitulo precedenti quod per impositionem manuum apostolorum dabatur in signo sensi bili sed erat ad curationem corporalem sicut de beato laurentio legitur quod ponebat super cecorum oculos manus et illuminabantur non enim erat apostolus iste ananias. Respon dit autem ananias et cetera per quod patet quod paulus erat famosus in persecutione credentium in christo vade quoniam vas electionis i. vas spiritualiter electum gratie istud est vocatum ut portet nomen opere et predicatione sicut patebit in capitulis huius libri Ego enim ostendam illi per effectum quanta oportet eum pro nomine meo pati quia per multas tribulationes oportet intrare ad regnum ut habetur infra et abiit ananias ad conspectum domini mandatum et impleatur spiritu sancto per augmentum gratie in baptismo et confestim ceciderunt ab oculis eius tamquam squame i. macule albe et dure sicut sunt squame piscium que causate fuerant ex aliene compressione ipsum corrumpente et surgens baptizatus est in nomine christi et cum accepisset cibum confortatus est duplici confortatione scilicet spiritu et corpore. Fuit autem hic congruenter po nitur ordo pauli baptizati constans fidei eius et quo ostendit insurgens contra eos

persecutio ibi. Cum autem et cetera primo dicitur. Et continuo ingressus in synagogis predicabat dominum ihesum sed statim post baptismum conveniunt quod doctrinam eius non habuit ab homine sed a deo sicut ipse dicit gal. 1. Stupebant autem omnes et cetera et hoc contraria mutatione pro illa quod acerrimus eius persecutor. Paulus autem multo magis convalescebat per cedens semper de bono in melius Affir mans quia hic est christus i. quod ihesus nazarenus est vere christus in lege et prophetis promissus quod declarabat per scripturas ve teris testamenti quam primo didicerat a gama liele et postea multo perfectius a deo illustratus. Cum autem hic consequenter poni tur contra eum persecutio cum dicitur Cum autem complerentur dies multi et cetera. Non tamen est ad intellectum scripture quod paulus non statim post baptismum suum iret de damasco i. urbem sicut ipse dicit gal. 1. sed prius abiit in arabiam quia superata predicato reversus est damascum deinde post annos tres ascendit ierusalem videre petrum et mansit apud eum diebus xv. Unde autem persecutio mota contra paulum in damasco post baptismum vel quando rediit arabia pluribus glo. non debet videtur magis declinare quod hoc fuit quando de arabia rediit in damascum et hoc rationabiliter sed non quid dicit hic Cum autem implerentur dies multi et cetera per quod videtur quod non fuit cito postea per magnum tempus sed reditu de arabia Secundo quod post ipsam persecutionem in ierusa lem ponitur adventus eius i. urbem. Cum autem venisset ierusalem et cetera. Iste vero adventus fuit post reditum eius his diebus compo natur licet. Cum autem implerentur dies multi et cetera. ubi capitulo pauli usque ad eius re ditum in damascum de arabia consilium fece runt iudei tractando de morte eius eo quod per eum fides christi multum convalescebat custodiebant autem portas die ac nocte per homines arethe regis ut dicitur 2. cor. xi.

incipientes autem eum discipuli nocte
non ab aliis perciperetur primum dimi-
serunt eum in sporta tamquam unicus strenuus
conspexit ut ab obsidione liberatus pro fide
katholica utilius et efficacius laboraret
et impleto suo cursu martirium constanter
rome sustinuit sub nerone. Cum autem
venisset in ierusalem i. mediate post dictam con-
sionem temptabat se iungere discipulis
i. credentibus in christum quia tunc adhuc
non nominabantur christiani et omnes ti-
mebant eum refugiendo eius societatem
et familiaritatem et subditur causa
non credentes quod esset discipulus scilicet
christi unde Nam post baptismum eius in
damasco abierat longe in arabiam ut
predictum est et sic ignorabant fratres eius et
prospicies quod esset discipulus vel dub
saltem de hoc multi dubitabant Barna-
bas autem aliis constancior et forte
plus aliis audierat de conversione pauli
apprehensum illum familiaritate et so-
cietate contrahendo cum illo unde et
sic vocatur adaptatum duxit ad
apostolos s. petrum et iacobum fratrem domi-
ni i. et narravit illis quomodo in via
vidisset dominum pergendo ierusalem in damascum
ad capiendum credentes in christum et quomodo
in damasco fiducialiter egit scilicet predica-
tio ut predictum est et erat cum illis intrans
et exiens et habitans cum illis xv. die-
bus quibus tunc mansit apud petrum
loquebatur quoque gentibus i. gentibus
quoniam plures veniebant in ierusalem ad [...]
rite quibus predicabat christum et dispu-
tabat cum grecis isti erant iudei
in grecia tunc nati per dispersionem iudeo-
rum factam tempore regis anthyochi ut
tunc glo. dicere quod hec disputacio
cum grecis non fuit in ierusalem sed in via eundo
versus syriam et ciliciam sed textus magis
sonat quod in ierusalem dicit glo. quod magis
[...] est eandem illi autem querebant
eum occidere quia non poterant resis-
tere illis eius quod cum cognovisset
i. in christum credentes deduxerunt eum in

cesaream que est civitas sita super
mare mediterraneum et tharsum dimi-
serunt premiserunt cum venit in tharsum
que est civitas cilicie que prelata iudea
etc. hic additur ad reddendum causam
quare fides potuerit sic de [...] sim-
bium de iudea usque cesaream et unde
dum pace ecclesie reddita in iudea post
persecutionem occasione sancti stephani motam edi-
ficabatur per multiplicacionem fidelium que
quidem multiplicacio non erat tamen numero
sed etiam merito unde subditur ambulans
in timore domini etc. Factum est autem
sequitur descriptio est predicacio evangelii
per petrum in iudea et circumadiacentibus predicacio
stephani et philippi etc. conversio pauli
hic consequenter vertitur lucas ad predica-
cionem scilicet ad describendum publicacionem
evangelii per petrum et hoc extra ierusalem unde
[...] et dividitur in duo p. primo dicit mi-
racula per petrum facta ad que credidit mul-
titudo magna secundo ponit ibi In ioppe
Vita sua dicitur. Factum est autem ut pe-
trus dum transiret universos s. in christum
credentes in diversis locis habitantes ad quorum
confirmacionem in fide discurrebat petrus
tamquam pastor bonus devenit ad sanctos
i. credentes in christum qui sunt sanctificati per bap-
tismum qui habitabant lidde nomen
est civitatis invenit autem ibi hominem
quendam nomine eneam exponitur autem
nomen eius ad maiorem historie certi-
ficationem ab annis viii iacentem in
grabato qui erat paraliticus et sic [...]
[...] diuturnitate et eius [...]
[...] subita mirabilior decla-
ratur cum subditur. Surge et sterne tibi
q.d. de cetero non indigebis levante te de
lecto nec parare tibi lectum sicut potens
[...] et continuo surrexit virtute christi
infirmitas. Et viderunt eum omnes qui
habitabant lidde et sarone subito perfecte
curatum et cognoverunt in infirmitate lon-
ga et incurabili per naturam detentum qui con-

versi sunt ad dominum petro eis declarante virtute et divinitate ihesu christi. ¶ In ioppe hic ponitur secundum miraculum de suscitatione mortui cum dicitur in ioppe autem fuit quedam discipula i. credens in christum ut predictum est nomine tabita sic notabatur in hebreo que interpretata dicitur dorcas et hic ingreditur sermonem in quo prosequitur lucas hunc librum cetera patent in littera usque ibi ¶ Ne pigriteris venire usque ad nos sperabant enim eam resuscitari per orationem petri sicut et factum fuit et duxerunt illum in cenaculum ubi erat funus positum et circumsteterunt omnes vidue flentes ut moverent petrum ad pietatem et ad deprecandum dominum pro suscitatione defuncte ostendentes tunicas et vestes quas faciebat illis dorcas dicunt aliqui quod ipsa multum laboraverit in conficiendis vestibus pauperum sed quia repetere videtur esse modicum et tamen supra dicitur quod erat plena operibus bonis et elemosinis ideo melius exponitur quas faciebat de suis sumptibus ipsorum ad ipsorum sustentationem eiectis autem omnibus foris ut ipse miraculoso clamorem vitaret et ut deo secretius et efficacius oraret petrus ponens genua in terra oravit devote deum quousque intellexit se exauditum et conversus ad corpus exanime dixit in christi virtute tabita surge a sompno mortis at illa aperuit oculos et viso petro resedit ex eo quod aperuit nisi sensus videndo et sequenti monendo dans autem illi manum erexit eam et sic apparuit presente viva et crediderunt multi in domino videntes virtute christi in hoc facto ut manifeste patet. Sequitur x. capitulum

Vir autem quidam etc. Postquam supra lucas descripsit publicationem evangelii per petrum inter iudeos hic consequenter idem facit de predicatione petri inter gentiles et dividitur in duas partes quia primo describitur hic predicatio secundo subditur petri excusatio capitulo xi. prima in duas scilicet in principalem et incidentalem capitulo xi. ibi ¶ Et illi quidem. prima adhuc in duas quia primo preparationem petri describit ad ipso cornelii et plenius etiam ¶ Secundo ex hoc oritur disceptatio iudeorum capitulo xi. prima adhuc in tres quia primo ponit apparitio angeli. 2o vocatio petri ibi et cum discessisset. 3o conversio cornelii ibi crastina autem. ¶ Circa primum sciendum quod apparitiones angelice fiunt illis qui merentur ex bonitate vite et ideo primo ponitur cornelii virtus cum dicitur Vir autem quidam sic dictus a cornu et vite et mentis erat in cesarea que erat civitas fortis ex situ quia erat super mare mediterraneum et etiam ex fortitudine murorum propter quod ibi habitabant milites romani pro terre custodia que romanis erat subiecta centurio i. habens centum milites sub se cohortis que dicitur ytalica cuius caput est roma et sic videbantur esse de principalibus militibus ad terre custodiam deputatis religiosus verum deum colendo sicut et multi alii gentiles lege moysi non habentes et timens deum offensas eius timendo cum omni domo sua quia sic erudierat faciens multas elemosinas plebi i. omnibus temporibus adhuc deprecans ut eum dirigeret in viam salutis ex hoc loco dicunt doctores communiter quod si aliquis paganus conatur se ad deprecandum persona cuius potest pro se ipsum sine aliqua notitia regendo ut dirigat eum ad suam salutem tenendo certus deus revelabit sibi de fide katholica quantum necessarium est ad salutem vel mittet sibi doctorem ¶ Is vidit hic secundo ponitur angeli apparitio cum dicitur cum dicitur is vidit in visum sensibili corporali quia angelus apparuit sibi in corpore assumpto ut patet ex hoc quod dicitur hic angelum dei introeuntem ad se et dicentem sibi voce sensibili corneli in hoc excitat eius attentionem At ille

intuens eum timore correptus propter
fulgorem insolitum precedentem et vul
tum angeli dixit quis es domine vide
batur enim maior homine dixit autem
illi orationes tue et cetera non videt autem ei
quis esset sed quid cornelio utile est
unde videtur fuisse angelus custodie
cornelii deputatus orationes tue et elemosine
tue et cetera id est sunt coram deo accepte propter
quod providit tibi de salute tue doctore
ideo subditur et nunc mitte et cetera et patet
littera ¶ Et cum discessisset hic consequenter
describitur vocatio petri et secundo eius
receptio ¶ In domo cornelii ibi. Alteri
autem die prima dividitur in duas quia primo
ponitur mittentium missio secundo divina re
velatio ibi postea autem cetera primum dicitur
Et cum discessisset angelus discedendo
ab eo non sicut in potestate angeli est
formare corpus ut appareat ita et dis
solvere ut non appareat vel subito tran
sire ipsum ad aliud latum unde videri
non possit vocavit duos domesticos
suos et militem metuentem deum de duobus
domesticis non exprimitur hic quod essent ti
mentes deum quia supra in principio istius
capituli expressum erat quod cornelius erat
timens deum cum omni domo sua sed de
isto milite exprimitur qui non erat de domo
sua sed de suis in ipsa domo vivebat ex
his qui parebat erat enim de illis centum
militibus qui erant sibi subiecti quibus
cum narrasset omnia ab angelo sibi dicta misit
illos in ioppen ad querendum petrum ¶ Postea
hic consequenter ponitur revelatio facta pe
tro et dividitur in duas partes quia primo ponitur
petri visionis expositio ibi et dum intra se in tempore
¶ Circa primum dicitur postea autem die id est
die immediate sequenti quo nuntii cornelii re
cesserunt in die visionis sibi facte in ioppe
ascendit petrus in superiora ut ibi secre
tius et devotius oraret ante comestionem
sicut etiam de beato francisco legitur Et cum
esuriret voluit gustare ordine tamen pre
missa ut dictum est parantibus autem illis
cecidit super eum mentis excessus id est raptus

a sensibus exterioribus et vidit visione yma
ginaria celum apertum sicut videtur fieri
in choruscatione. ¶ Et descendens vas quoddam
velud lintheum magnum quod dicitur velud quia
totum erat in ymaginaria visione quattuor
initiis id est angulis submitti de celo in terram
per quattuor angulis ligatum in quo erant
quadrupedia et cetera id est animalia immunda secundum
legem moysi per que intelligebantur gentiles
quos iudei abhominabantur per quadrupe
dia tunc specialiter intelligebantur avari
per serpentia invidie veneno pleni per vola
tilia superbi que magis in gentilibus habu
ndabant et factum est ad eum vox de celo sur
ge petre occide interficiendo in eis mala et man
duca incorporando eos ecclesie per fidem et sa
cramenta ¶ Ait autem petrus tunc non intel
lexit ideo videt absit domine quia numquam
manducavi omne quod commune et immundum id est ab
lege prohibitum apud iudeos dicebatur in
mundum et etiam commune eo quod a gentilibus que
comedebantur sicut sunt carnes porcine
et similia et vox iterum secundo ad eum eius visum
quod deus purificavit tu ne commune dixeris id est immundum
dixeris christus cum passus est non solum
pro salute iudeorum sed etiam pro salute gentilium
propter quod non sunt reputandi immundi similiter per
suam passionem evacuavit legis cerimonia
lia sicut supra declaratum est in principio
epistole ad hebreos et in pluribus et aliis locis ad
que pertinet prohibitio ciborum et sic eos pu
rificavit licitos faciendo et hoc dicitur ¶ Ra. sa. ex
positio magna super genesim omnis bestia que
immunda reputatur in hoc seculo deus sanctus
et benedictus faciet eam mundam in futuro
seculo sicut primitus fuit filiis noe genesis 9
omne quod movetur et vivit erit vobis in
cibum et cetera plus autem seculum vocant ipsi ad
adventum messie futurum autem a tempore messie
et ultra et eodem modo accipit Ra. sa.
et alii doctores hebrei loquentes de puro et
cibo futuro hoc autem factum est per ter
maiorem expressionem et statim receptum
est vas in celum ad significandum quod
gentiles per fidem christi sunt ingressuri ad ce-

lestia sicut et in aliis. ¶ Et dum intra se hesitaret
consequenter aperitur intellectus de visione
quia non dum petrus intelligebat propter
quod dicitur et dum intra se hesitaret etc. et patet
litera usque ibi petro autem cogitante de visione
quid significaret dixit spiritus ei revelando
intellectum. Ecce viri tres querunt te qui
sunt gentiles surge itaque de ordine et descende
ad eos ordinetur cum missionibus do
minus ut supra dictum est et vade cum eis nihil
dubitans desistendo tunc ipse et tunc intel
lexit petrus quod verbum dei ductis quod
deus prefiguravit etc. Intelligendum erit
de gentilibus principaliter et de aliis lege pro
hibitis consequenter cetera patent supra dictis
usque ibi Introducens igitur eos recepit
hospicio quia tunc eis ex deo verbo sequenti autem
die surgens absque dilatione profectus est
cum illis obediens divinis mandatis et
quidam ex fratribus id est credentibus de iudaismo
ab yoppe comitati sunt eum et subditur
in aliquibus libris ut petro testes forent
non est de textu nec videtur in libris cor
rectis sed primo fuit quedam glosa interlinea
ris postea textui in scriptura per ignoranciam scripto
rum sicut et in multis aliis locis veteris
ac novi testamenti. ¶ Altera autem die hic
consequenter describitur receptio petri in domo
cornelii cum dicitur altera autem die id est in
crastino recessus petri ab yoppe cornelius
vero expectabat illos cum magno deside
rio audiendi verbum dei convocatis suis cum
vocatis ut omnes essent participes gratie
dei obvius venit ei cornelius ut reciperet
eum reverenter et procidens ad pedes eius ado
ravit eum adoratione dulie sciebat
enim eum non esse deum sed eius nuncium. Surge
et ego homo ipse sum non angelus sicut
angelus qui apparuit tibi propter quod non decet
tantam reverenciam fieri michi cetera patent
usque ibi Vos scitis quomodo abhominatum
etc. hoc enim sciebant per experienciam quia genti
les erant ut inter iudeos habitabant sed michi
ostendit deus in visione predicta et eius exposi
tione neminem communem quem aut
immundum dicere hominem id est quod non licet alicui

hominem dicere de quocumque alio quod sit immundus
propter quod sine dubitatione alicuius trans
gressionis veni accersitus a nobis gentilibus
Interrogo ergo vos etc. licet cum audivisset tamen
specialiter nuncios cornelii tamen ad hoc vole
bat audire in speciali. Et cornelius quarta die
usque ad hanc horam etc. nona vidit visionem
misit nuncios ut dicit glosa et secunda die ve
nerunt ioppe que distat a cesarea per
xxx milia ut habetur in descriptione terre sancte
tercia vero die petrus recessit ab yoppe
et die quarta intravit cesaream cetera
patent ex supradictis usque ibi Nunc ergo omnes
nos in conspectu tuo assumus pati cum
magno desiderio et devotione audire omnia
queque tibi precepta sunt a domino pro nostra
salute. ¶ Aperiens autem hic autem hic
consequenter describitur cornelii et eorum
qui cum eo erant conversio et post eorum bap
tizatio ibi adhuc loquente. Conversio autem
eorum facta per predicationem petri ideo dicitur
Aperiens autem petrus os suum dixit. In
cipiens primo cum brevis prohemio a iustitia
et bonitate divina. In veritate comperi id est expe
rimento probavi quia non est personarum accep
tor deus id est discernens inter iudeos et gentiles
les quantum ad salutem eternam quia vult omnes
salvos fieri et ad agnitionem veritatis
venire i thimo 2o ideo subditur sed in
omni gente qui timet eum declinando a
malo et operatur iusticiam faciendo bonum ac
ceptus est illi. Sed totum hoc videtur quod
ab omnibus doctoribus dicitur nullum umquam
fuisse salvatum nisi per fidem mediatoris
nec personas gentium fuisse quod facit deo accep
tas cum quod non habebant gentiles. Dicendum quod
tamen quod fides mediatoris semper fuit necessaria
ad salutem non tamen uniformiter omni tempore
et omnibus propter hoc post publicationem evan
gelii omnes tenentur hanc fidem explicitam
de mediatore quantum ad articulos incarna
tionis nativitatis et huiusmodi qui inter cetera
omnibus proponuntur credenda. ¶ In hiis declara
ratione divinitatis ipsi meliores iudeorum
quibus data fuit lex prophetie de illis.

sciences incarnacionem tenebantur habere fidem de mediatore, minus tamen explicatam quam in novo testamento. In primo adventu magis est elucidata. Minores vero iudeorum adhuc minus explicite, et sufficiebat eis ad salutem credere messyam futurum sicut lex et prophete nunciabant. Inquantum tamen quia illi licet significacionem legis et prophetarum non intelligerent in speciali, cum vero legem et prophetas scilicet tempore legis nec sufficiebat omnibus credere unum deum remuneratorem bonorum per modum ab eo cognitum. Ideo dicitur Heb. xi. Oportet credere quia est inquirentibus se remunerator sit, talis implicite continet fidem mediatoris, quia ipse sit remunerator bonorum et punitor malorum, sicut dicitur Jo. v°. Pater omne iudicium dedit filio. Quibusdam gentilibus non fuit data lex nec prophetie, ideo talis fides suffecit eis usque ad publicacionem evangelii. Talem ante habuit Cornelius et eius domestici ut satis patet ex textu. ¶ Verbum premisso per modum prohemii de iusticia et bonitate divina hic consequenter Petrus accedit ad propositum annunciando Christum d. verbum scilicet evangelio an[nunciatu]m sit deo filiis israel primo annuncians pacem id est tranquillitatem gratie et superne glorie per ihesum christum qui in persona propria filiis israel predicavit et ne crederetur homo purus, hic est omnium dominus, et per consequens verus deus. Vos scitis quod inter iudeos habitastis, quod factum est per universam iudeam verbum, id est res illa significata, et que sit illa subditur: ihesum a nazareth scilicet venisse ad predicandum salutem incipiens a galilea. Ibi enim incepit predicare ut patet Luce 4°. post baptismum scilicet Johannis, quia ante non legitur publice predicasse, quod predicavit Johannes, id est quod misterium Christi venturi Johannes predicavit ut patet ex decursu evangelii. Quomodo unxit eum deus scilicet ihesum in humana natura spiritu sancto plenitudine gratie et virtute id est operatione miraculorum in quibus

humanitas Christi erat instrumentum coniunctum. Qui pertransiit benefaciendo quantum ad informacionem morum et sanationem languidorum et sanando omnes oppressos a dyabolo mente et corpore, quoniam deus erat cum illo per plenitudinem gratie et unionem personalem. In proposito ubi et nos testes sumus etc. [illegible] ditum et dedit eum manifestum fieri per multa argumenta suam resurrectionem declarando, que posita sunt supra capitulo primo, non omni populo sed testibus preordinatis a deo, sicut quod dicit Dyonisius libro celestis Ierarchie: hoc est lex divinitus instituta ut ea que transcendunt cognitionem naturalem primo superioribus revelentur et per superiores aliis manifestentur, sicut patet in spiritibus angelicis in ordine Ierarchico, nam superiores immediate a deo illuminantur, medii vero a superioribus et inferiores a mediis. Resurrectio autem Christi est de transcendentibus, ideo primo manifestata est apostolis et [illegible] tunc ipsis per quos tamquam preceptores et doctores aliis manifestata est. De ydoneitate subditur nobis qui manducavimus et bibimus cum illo postquam resurrexit a mortuis, ad declarandum veritatem sue resurrectionis ut dictum est supra primo capitulo. Et precepit nobis predicare populo et testificari, ut habetur supra i c° et circa medium etc. Quia ipse est qui constitutus est a deo iudex vivorum et mortuorum, id est iustorum qui vivunt vita gratie et iniquorum qui mortui sunt morte culpe, propter quod dicit Jo. v°. pater omne iudicium dedit filio. Huic omnes prophete testimonium perhibent, q. d. nos soli non sumus eius testes sed etiam omnes prophete antiquitus divinitus inspirati. Unde dicit Hi. sa. Hebreorum super Zachariam quod omnes prophete non sunt locuti nisi ad dies messye scilicet de principali intencione. ¶ Adhuc loquente hic consequenter ponitur Cornelii conversio cum baptizatus, et primo perceptionem spiritus sancti in signo sensibili, que dicitur quasi baptizatio.

cepiti capitulo et supra primo ca° de quo di-
hic cecidit spiritus sanctus etc. et obstupuerunt ex circum-
cisione fideles admirantes quod gratia
datur gentilibus sicut iudeis nam et
in lege et prophetis ¶ Consequenter ponitur
baptizatio in aqua sub invocatione nominis
christi cum dicitur tunc vidit petrus illos
qui cum eo venerant admirantibus. Numquid
aquam quis prohibere potest etc. q. d. non
ex quo spiritus sanctus non distinxit aquam
nec nos ipsos et iussit eos baptizari
in nomine ihesu christi in hac enim forma debebat
baptismus in primitiva ecclesia omnibus
dari supra ij° ca° tunc rogaverunt eum ut
maneret apud eos aliquibus diebus ut ple-
nius instrueretur in fide et solidaretur
Capitulum xj

Audierunt autem apostoli postquam
descripta est conversio cornelii hic
consequenter ponitur ex hoc orta
disceptatio. Circa quod primo quo proponitur
et secundo solvitur ibi incipiens autem. Circa
primum dicitur Audierunt autem apostoli xj^a
et fratres i. alii fideles cum eis conversi qui
erant in iudea capitale eorum adhuc erat pe-
trus erat in terra philistinorum quia gentes
receperunt verbum dei s. cornelius et
amici sui. Cum ascendisset autem petrus
Iherosolimam hoc dicit quia verbum est val-
lori situ quam cesarea que est supra mare me-
diterraneum sita disceptabant adversus
illum qui erant ex circumcisione i. conversi
de iudaismo quare introisti etc. q. d. non
est licitum nobis conversari cum incircumcisis
sic. Incipiens autem hic consequenter solvit
questio et hoc prout declaratione facta petro
qua fuit sibi ostensum videndum deberi
reputari in mundum et quibus spiritus sancti
directus quod iret cum gentilibus et quamvis
cum eis sine dubitatione et patet licet
ex dictis capitulo precedenti quia repetitio est
eius quod dictum est ibi sicut et in nos
in initio in die penthecostes recordatus sum
illi domini etc. ex quo patet quod talis descensus spiritus sancti
in signo sensibili dicit quemadmodum baptizo etc.

sic concludit petrus signo eandem
gratiam in signo sensibili dedit illis et
ecclesias sicut et nobis ecclesias qui cre-
didimus in dominum ihesum christum q. d. circumcisio
aut spiritualem nichil facit ad hoc si fides
ihesu christi. Ego quis eram qui possem prohibere
nis etiam qui possem prohibere deum salt
de gratia sua sunt sunt supplicatum
quod autem in aliquibus libris subditur ne-
dixit spiritus sanctus credentibus in nomine ihesu
christi non est de textu nec in libris correctis
sed fuit quedam interlinearis glosa postea scriptores
textui inseruerunt. His auditis rationabi-
libus et verbis tacuerunt ab increpa-
tione petri eius sunt approbantes et glori-
ficaverunt deum gratias agendo de hoc quod
gratiam suam extenderunt ad gentiles ideo
sequitur Ergo et gentibus penitentiam dedit
deus i. tempus et locum penitentie ad vitam
eternam consequendam ¶ Et illi hec est pars
incidentalis et dividitur in duas. sunt duplex
incidens sunt ponitur ibi In hiis autem
diebus primum autem incidens est de pu-
blicatione evangelii per fideles qui recesse-
runt de iherusalem propter persecutionem orta in
morte stephani nota ut habetur supra
in principio viij capituli et hoc est quod dicitur
et illi qui dispersi erant a tribulatione
que facta fuerat sub stephano i. in morte eius
perambulaverunt usque phenicem quedam
provincia est syrie et cyprum insula est maris
sicut nota et anthyochiam civitas est
ubi anthyochus magna de nova ytalia nemini
loquentes verbum evangelii nisi solum iudeis
postea tamen locuti sunt etiam gentilibus
audientes quod petrus predicaverat cor-
nelio et aliis gentilibus ideo subditur
erant autem quidam ex eis i. ex dispersis
de iherusalem viri cyprii et cyrenei i. de cy-
pro et cyrene nati et dicit hic aliqui
doctores quod satis probabile quod isti fuerunt gen-
tiles conversi tunc primo ad iudaismum de-
inde ad christum et de istis subditur qui
cum introissent anthyochiam et aliqui spiritum

temporis ibi manendo loquebatur ad g[re]-
cos i. ad gentiles annunciantes dominum ihesum
ut sicut iudei natione agebant ad de-
fensione iudeorum sic isti ex gentilibus nati
ad defensione gentilium et erat manus
domini ibi virtus eius in operibus miracu-
losis cum eis ad confirmationem sue doc-
trine cuius subditur effectus cum dicitur
multusque numerus etc. peruenit autem sermo
ad aures ecclesie que erat ierosolimis eo
quod apostoli erant ibi quibus presenta-
batur processus dei et miserunt barnabam
ad anthyochiam / ad inspiciendum plenius
credentes et confirmandum qui cum venisset
et vidisset gratiam in multiplicatione fidelium
gauisus est valde propter honorem dei et salu-
tem proximi. Et hortabatur omnes in
proposito cordis permanere in domino quia qui
perseveraverit usque in finem saluus erit mt
10 quia erat vir bonus prudentes ac
constantes et plenus spiritu sancto et fide prin-
cipalis et apposita est multa turba domino
per predicationem barnabe ad illam multi-
tudinem que prius crediderat profectus est
autem tharsum ubi paulus erat ut dictum
est supra 10 cap. videbat enim se non suffi-
cere ad tantam multitudinem erudie-
ndam et regendam sine pauli societate
et adduxerunt turbam multam et crevit
in adventu pauli ita ut cognominarentur
primum anthyochie discipuli christiani cum
enim credentes in christum vocabantur tunc
discipuli. Sed tunc ceperunt nominari christia-
ni a christo sicut platonici a platone.
In hiis autem diebus hic ponitur secundum
incidens de pronunciatione famis future
cum dicitur In hiis autem diebus super-
venerunt ab ierosolimis prophete anthyochiam
tunc enim in ecclesia erant multi habentes spiritum
prophetie sicut predixerat Ioel propheta et
allegatum est supra 2o capitulo. Et surgens
unus ut in tanta multitudine melius
audiretur significabat per spiritum i. denuncia-
bat in spiritu prophetico famem magnam etc.

que facta est et sic apparuit veritas pro-
phetie sub claudio in tempore claudii im-
peratoris discipuli autem i. christiani qui erant
anthyochie prout quisque habebat i. secundum
suam facultatem non voluntatem qui libe-
ter plus fecissent si potuissent pro-
fuerunt in ministerium mittere habitanti-
bus in iudea fratribus i. christianis illi enim
tamquam magis religiosi renunciantes
proprietati vendiderant possessiones ut inde
provideretur comunitati ut habetur 4o cap.
fuerunt etiam bonis mobilibus spolia-
ti in persecutione que mota fuit in
morte stephani propter quod indigebant
ab aliis credentibus auxiliari maxime
tempore famis quod et fecerunt sicut bonum
propositum adimplendo mittentes ad
seniores curam multitudinis habentes
per manus barnabe et pauli qui erant
adhuc fideles capitulum 12 cap.

E[o]dem autem
tempore postquam superius descripta
est petri predicatio hic in-
ponuntur incidentalibus duo scilicet contra
eum orta persecutio et dividitur i. de pe-
ricula primo ponit persecutionem petri. Secundo
punicio adversarii ibi descendensque prima
in duo quia primo ponit huius persecutionis
causa 2o ipsa persecutio ibi cum autem appre-
hendisset ad intellectum primi sciendum quod
tres fuit herodes in iudea de quibus
scriptura facit mentionem primus fuit in-
stitutus rex iudee a romanis cuius pa-
ter fuit ydumeus et iste vocatus fuit hero-
des ascalonita et tempore ipsius natus
fuit christus habetur mt 2o propter quod
iste occidit innocentes. Secundus vocatus
est herodes antipas filius herodis ascal-
lonite non tamen primogenitus et iste nunquam
fuit rex sed tetrarcha galilee luc. 3
et iste decollavit Iohannem baptistam
et tandem accusatus apud imperatorem romanum
missus fuit in exilium apud lugdunum
tertius vocatus fuit herodes agrippa filius

xij

Aristoboli filii herodes ascalonite et
fr̄s herodis aagrippe et licet iste in
principio fuit pauper tn̄ postea fauo
ribus illi duobus imperatoribȝ r̄o̅is
scilicȝ gayo et claudio fuit eleuatꝰ
ad regnū iste de roma veniens ī iu
deam honorifice valde fuit receptus
a iudeis propter quod in fauorē eorum
occidit Iacobum fratrē Iohis cum
carcerauit petrū. Vn̄ Ascalonita necat
pueros antipa iohem. agrippa Iaco
bum claudens in carcere petrū. Eodem
hoc per simul huius pr̄is usque ibi erat ēt
dies azymorum scilicȝ quādo apprehendit
petrum et additur hoc ad perficiendum
consilium quare statim nō occidit petrū
sicut fecerat de Iacobo volebat eum
ostendere cūctis tum solempnitate pas
calis in qua iudei a septē diebȝ des
cunt panes azimis ¶ Cū aagrippe
herodis porta audist̄ persecucionis petri
hic consequenter describitur ipsa persecucio
et diuiditur in tres partes quia primo
ponitur carceracio inimicosa ¶ Sc̄do eius
liberacio miraculosa ibi ¶ Cū autem
tercio eius post apparicio manifesta ibi co
siderans quia circa primum dicit quod aagrippe
herodis misit in carcerē ne posset of
fugere tradens quatuor quater
nionibus militum dicit cūcte quat
nio qui habet quatuor milites sibi vo
lens post pascha producere eum populo i. ex
ponere morti ad voluntatem plebis ꝑ
ficebat etc. populus suū tirannū adhuc
sparet ciuitas ¶ Cum autem hic consequen
ter describitur liberacio petri mira
culosa cū dicitur ¶ Cū autē producturus
eum esset herodes s. de carcere ut
occideretur in ipsa nocte i medietate pre
dente erat petrus dormiens inter
duos milites etc. ita custoditꝰ quod nō
patebat euasio via humana sȝ quia de
fecerat humano subsidio solet adesse

diuinum ideo subditur. et ecce ange
lus domini astitit ad petri liberacionem
et lumen refulsit in habitaculo ad
eius consolacionem percusso quoque latere petri
ut excitaret eum illi comprimo ceci
derunt kathene diuina virtute vel an
gelica cui natura corporalis obedit
ad motum localem propter quod statim
potuit illas kathenas dissoluere pre
cingere ut fuit aptus ad ambulan
dum resolueret cum petrus cingulum
suū ut vestis posset pedes cooperire a
frigiditate carceris hoc cum sibi esset
lauare et maxime contra iniunctā pronun
sum. Calcia te caligas tuas est
caligia geniis calciamenti non
habentis solum supra pedem ut dicit glo. i
greco sermo scripsit lucas dicitur sanda
lia propter quod aliqui dicunt quod sicut lici
est. calcia te caligas gallice galle
ches. existimabat autem se visum vide
fortitudo cum carceris cuncas et diligens
custodia fecerit sibi ymaginacionem
de euadendi impotencia propter quod verum gest
tum sompnium estimabat transientes
autē primam et secundam custodiam scilicet
militum qui erant oppressi sompno vel
quia vigilantes erant accepta percussi
sicut 4 Re. 6. dicitur de militibus
qui capere volebant helyseum venerunt
ad portam ferream illa erat exterior
porta carceris que ducit ad ciuitatem
sicut fit in pluribus locis que vltro
aperta est eis virtute diuina vel ange
lica nō per dissolucionem kathenis reperientes
processerunt vicum unum ad maiorem
petri assecuracionem continuo discessit
angelus ab eo subito disparendo sicut
dictum est supra xo. et petrus ad se reuersus
etc. tunc enim percepit quod nō erat som
nium sȝ res gesta ¶ Considerans quia hic
consequenter ponitur restitucio petri
ad fideles cū dicitur ¶ Considerans quia

s. ubi esset et quo diuertere posset ne a
custodibus inueniretur non timore
passionis ductus sed quia priscitatem
angeli prolongationem ut sic stabat
voluntate dei Venit ad domum marie
qui non solum erat fidelis sed etiam hospi
ta fidelium pulsante autem eo ad hostium
ianue que clausa erat de nocte et pro
infidelium persecutione pre gaudio scilicet
liberationis petri et eius adductus. Dicunt
intro currens ut bonos rumores ve
lociter nunciaret. insanis propter eius
fortitudinem carceris et custodia dilige
tem credebant euasionem petri esse im
possibilem et angelus eius est ex hoc
loco et ex hoc quod dicitur mt. xviij angeli
eorum semper uident faciem patris dicunt co
muniter sancti et doctores quod singuli homines
habent singulos angelos ad suam cus
todiam deputatos et aliquando apparent
in specie eorum sicut angelus in specie beati
Ambrosii mediolani existentis apparuit
turonis in sepultura beati martini
et beatus franciscus in remotis agens apparuit
mat. arelatensi et cum aperuerunt videre
admiratione videntes petrum liberatum
et ignorantes liberationis modum
propter quod petrus incepit narrare sed
cum dicitur annuens autem etc. narrate
Jacobo et fratribus hec ut reddant gratias
deo qui exaudiuit eorum petitionem
pure factam ut dictum est supra oratio
autem fiebat etc. facta autem die in qua
erat ordinatum occidi petrum erat
non parua turbatio inter milites quia
timebant negligentie eorum imputari
et ignis perimi sicut factum est Vnde
subditur herodes autem cum requi
sisset eum scilicet petrum et non venisset
et porte carceris in merte fuissent et
ipse sicut expresse dicitur de porta fer
rea. Jussit eos duci scilicet in carcerem
tanquam suspectos de liberatione petri ut punirentur

punirentur sed herodes fuit impeditus
et celeri morte preuentus ut habetur
parte sequenti Descendens quoque hic consequenter
describitur herodis punitio et primo po
nitur eius pena secundo ponuntur duo
correlaria ibi Verbum autem domini
Circa primum dicit descendensque a iudea
in ciuitatem que est in calendario sita iudee
in cesaream non philippi ut dicit glossa
que est in prouincia phenicis sed in cesaream
palestine que antiquitus dicebatur
turris stratonis et est in confinio pa
lestine et phenicis et causam subdit
cum dicitur erat autem iratus tiriis
et sydoniis qui erant de prouincia phe
nicis propter quod tunc eorum appropinqua
uit ut eos debellaret et puniret. At
illi vnanimes venerunt ad eum ad
placandum eum per oblationem eidem
et ut hoc melius facerent rogauerunt
eius cubicularium qui erat ei secretarius ut
esset huius negotii mediator precibus et
subditur causam cum dicitur eo quod
alerentur regiones eorum ab illo id est ab
herode non enim terra eorum poterat habere
victualia sufficienter nisi de terra hero
dis accepta uel pretio transportata
statuto autem die ab herode ut tyrii
et sydonii eius audirent sententiam
herodes vestitus veste regia id est in
signiis regalibus decoratus ad sua
magnificentiam ostendendam sedit pro
tribunali magnifice concionabatur
ad eos loquens valde egregia populus
autem acclamabat adulando hero
di uoces dei et non hominis dicebat enim quod
talis eloquentia non erat hominis puri
sed deitatem habentis Confestim autem per
cussit eum angelus domini vehementi
dolore ventris ut dicit Josephus xix li.
antiquitatum eo quod non dedisset honorem
deo et consequenter propriam fragilitatem Dicunt magistri
congaudens de hoc quod populus attri
buebat sibi diuinum honorem et consumptus

a vermibus consumitur eo putrescentibus
eius intestinis quia latitabatur ibi vermes
intus corrodentes. Libri autem hic po-
nuntur duo conclusiones: primum est de mul-
tiplicatione fidei morte hec dicitur
persecutore ut ex textu patet. Secundum est de
reditu pauli et barnabe in anthyo-
chiam completo ministerio pro quo venerunt
ierusalem ut habetur in fine capituli precedentis.
Sequitur xiii. capitulum

Erant autem scriptura descripta est
publicatio evangelii super
predicatione petri cum aliquibus
incidentibus hic consequenter describitur
eadem publicatio per predicationem pauli et
dividitur in duas partes quia primo describitur
eius ad apostolatum vocatio secundo huius officii
executio ibi et ipsi quidem. ¶ Circa primum
dicitur Erant autem in ecclesia que erat an-
thyochie prophete denunciantes futura
predictum prophete ut dictum est de agabo
supra xi. capitulo et plures alii erant plenam
gratiam habentes et doctores sacram scripturam
exponentes per donum sapientie et sic intel-
lectionis sermonum in quibus bar-
nabas iste supra nominatur in libro illustri-
um virorum et ille qui supra iiii. capitulo vo-
catur Joseph levites cyprius genere et
Symon qui vocabatur niger ad differentiam
symonis petri et lucius cyrenensis id est natus
de cyrene et manaen qui erat herodis
tetrarche ille est qui dictus est herodes
antippas et decollavit Johannem baptistam
ut dictum est in principio capituli precedentis
collactaneus id est de eodem lacte nutri-
tus et paulus. De huius vocatione ad apostola-
tum sequitur agitur ministrantibus autem
illis domino in bonis operibus super predictos
exercendo et specialiter ieiuniantibus ut magis
esset elevatior ad dominum dixit illis
spiritus sanctus. Utrum autem hoc fuit illo
modo tamen in revelatione vel modo so-
sibili dimitus formidans vel ut ipso
non habetur ex textu glossa tamen intelligitur/

dicit quod hoc dictum fuit prophetis tamquam in
revelatione tamen illa glossa non est utcumque
autentica segregate michi barnaba et
paulum ut praedicent ad conversionem genti-
um. Cum isti duo fuerunt ad apostolatum voti
inops publicationis evangelii post
alii apostoli adhuc sunt assumpti tunc ie-
iunantes imponentes que eis manus in
more ordinationis ut dicit interlinearis
glossa propter quod alii expositores qui
hoc breviter tractantur dicunt hystoria
ita quod illi qui erant anthyochie ieiu-
naverunt et oraverunt prius et tunc miserunt
eos in ierusalem ubi erant apostoli ad quos
solum pertinebat manuum impositio sed
textus non videtur hoc sonare propter quod
melius dicitur ut videtur quod illi in anthyo-
chia in quadam nobilior ecclesia erat ut dictum
est supra in fine xi. capitulo ad regnum quoniam
fuerunt ab apostolis aliqui qui ordinati
et illuc missi illi imposuerunt barnabe
et paulo manus quod spectat ad officium quorum
ea que sunt successores apostolorum ut dicitur
in novo testamento. ¶ Et ipsi quidem hic conse-
quenter describitur officii iniuncti execu-
tio et primo ponitur publicatio evangelii
per paulum secundo cum sila capitulo xv. ibi post
aliquot autem dies. Primum dividitur in 3 partes
quia primo ponitur predicatio pauli et
barnabe in cypro. Secundo in yconio xiiii. capitulo
3o ponitur quedam subortio questionis de qua capitulo
capitulo xv. Primum adhuc in duo quia primo po-
nitur apostolorum predicatio secundo iudeorum contradictio ibi sur-
gentes autem. Primum adhuc in duo quia primo
ponitur predicatio apostolorum in insula cypri
secundo in anthyochia ibi et cum a papho. Circa
primum dicitur Et ipsi quidem missi a spiritu sancto
ut patet ex dictis abierunt seleuciam que
est civitas edificata et nominata a se-
leuco rege asye de quo fit primo machabeorum
7. et inde navigaverunt cyprum que est in-
sula famosa. Predicabat verbum in synagogis
iudeorum quia primo debebat eis evangelizari
cui verbum evangelizetur ut habetur infra etc.

habebant autem et Iohem in ministerio
scilicet predicacionis et hoc est qui cog
nominatus est marcus ut supra capitulo pre
cedenti Inuenerunt quemdam virum magum
qui suis maleficiis decepit populum
Iudeum et specialiter cui nomen bariesu sic est
ingressu et libris conrectis cum vali
sicut filius ihesu qui erat cum proconsule
sergio paulo ab isto mutatum est nomen
pauli in paulum et quod dicunt doctores
quod fuit propter personam nobilis qui legitur
conuersus per predicationem pauli antiquitus
cum homines ex aliquo facto nobili sor
ciebantur nomina noua sicut Iohes
filius symonis machabei ex victoria
quam habuit de hyrcanis Iohes hyrca
nus vocatus fuit ut habetur in scolas
tica hystoria resistebat autem illis ely
mas magus iste est qui vocatus
est bariesu helymas interpretatur
dei mei mensura uel testis sic enim fa
ciebat se vocari ut crederetur minutus dei
querens auertere proconsulem a fide ut cum
magis possit in sua familiaritate te
nere. Paulus autem qui et paulus
hoc est ille qui prius saulus vocaba
et modo paulus racione dicta repletus
spiritu sancto cuius virtute videbat ea que erant
aliis occulta intuens in eum dixit in
principians dei sciam o plene omni dolo
in explicabilibus et omni fallacia i. incredibili
bus fili dyaboli prauitatem i. operibus
inimice omnis iusticie acquisiste et in
super non desinis subuertere quem inter
vias domini rectas i. fidem et mores
Et ecce manus domini super te i. eius vindicta
et eris cecus ut pena videat peccato simili
cecitatis corporis cecitati sue mentis et
confestim etc. et instanti ad ostendendum
quod illa cecitas non fuit a causa nali
sed supernali. Tunc proconsul cum vidisset
factum perpendens ex diuina virtute i. testimo
nium doctrine per apostolos predicate credidit cog
noscens quod deus qui est veritas
prima non potest esse testis falsitatis
ammirans super doctrina dei quod esset
tante excellencie quod confirmaretur
operibus facta diuina virtute. ¶ Et cum a papho
hic consequenter describitur apostolorum
predicacio in anthyochia et quod primo po
nitur quedam preambula. Secundo ponit
predicacio ipsa ibi. Surgens autem paulus
cum supra de recessu Iohis et accessu ad an
thyochiam dicitur. ¶ Et cum a papho na
uigassent paulus et qui cum eo erant
scilicet barnabas et Iohes venerunt pergen
nomen est ciuitatis in regione pamphi
lie Iohes autem discedens ab eis cum
huius recessus non exprimit textus non
videtur tamen fuisse venialis quia propter
ipsum paulus iudicauit eum non esse
rectum recipiendum in societate eorum ut ha
betur infra xv° capitulo illi vero pertransientes per
gen venerunt anthyochiam pisidie hec
dicitur ad differenciam anthyochie edifica
te et denominate ab antyocho magno
de qua dictum est in principio huius capituli
et ingressi synagogam die sabbatorum
in quo congregabantur ibi iudei sederunt
unt ad audiendum ideo subditur post
lectionem autem legis et prophetarum miserunt
principes synagoge etc. ex quo patet
quod eorum predicacio fuit efficacior ex
hoc quod se non ingesserunt ad predican
dum sed rogati fuerunt ¶ Surgens autem
hic consequenter ponit predicacio ipsa in qua
paulus ad eorum conuersionem facit
talem racionem ille deus qui tot benefi
cia
patribus antiquis contulit redemptorem
nobis i. semine dauid promisit sed hunc i. ihesum
nazarenum impleuit ergo ei est adheren
dum tamquam redemptori primo propositio
concedebant et adhuc concedunt ceci iudei
sed secundam negabant et adhuc negant. Dicit igitur
procedit apostolus quia primo tangit beneficia collata

et benedictionis promissione. Secundo eius ad
impletionem ibi Ihesum deus. 3° infert
eo dictum intentum videte. ¶ Circa primum
dicitur. Surgens autem paulus et
melius audiretur in tanta multitudine
Viri israelite qui habetis legis et prophetarum
notitiam et qui timetis deum eius
intentes offensum hic enim dicit captando
eorum benivolentiam ut melius reciperent
eius exhortationem. Deus plebis israel ele-
git patres nostros scilicet abraham genesis xij. et
plebem exaltavit per ipsum Joseph cum
essent incole in terra egypti in qua post
mortem Joseph subiecti fuerunt ser-
vituti ut patet exodi i. et signis mirabili-
bus eduxit eos exodi ut patet exodi. per
xl^ta annorum tempus mores eorum
malos sustinuit in deserto quia multo[tiens]
eius rebellavit domino ut patet in libro
exodi. et numeri. et destruens gentes scilicet
chananeos iebuseos phereseos gerge-
seos etheos ut patet in libro Josue sorte
distribuit terram eorum eis ut patet Jo-
sue xiij quasi cccc l annos scilicet a nativi-
tate ysaac usque ad exitum de
egypto fluxerunt anni cccc. ut Gene-
sis fuit genesis xv. et xl. usque ad impletio-
nem promissionis et inde x. quibus pug-
navit Josue contra gentiles per terras in
divisione terre unde dicitur Josue xi
multo tempore pugnavit Josue con-
tra reges istos et post hoc dedit iudices
ad regimen populi iudicum i. usque ad samuel
prophetam inclusive quia fuit ultimus
Iudex et exinde postulaverunt regem
i. Regum 8. et dedit illis deus saul filium
cis i. Regum 10. Annis xl^ta in hoc numero in-
cluditur tempus quo samuel populum
iudicavit quia saul xx. annis tantum
regnavit et amoto illo propter peccata sua
suscitavit eis david regem i. Regum 16. tunc
enim unctus fuit per samuelem cui
et testimonium perhibens dixit etc. i. Regum
13. ¶ Huius deus hic eo propter apostolus dedit

dine promissionis impletionem. Secundo addu-
cit scripture testificationem ibi et nos
vobis etc. Primum dicit huius semine deus
secundum suam promissionem eduxit israel
salvatorem Ihesum quod eum fuit de semine
david patet actuum i. hic etiam convincitur in
annalibus iudeorum intelligendum tamen
est christum a david descendisse secundum
corpulentam substantiam tamen et non secundum rationem
seminalem quod autem Ihesus nazarenus sit
salvator israel declarat primo per predicationem
Johannis baptiste qui fuit secundum augustinum quod
christus esse credebatur non solum a vulga-
ribus sed etiam a maioribus ut patet Jo. primo
ideo subditur predicante Johanne denun-
ciando christum venturum de proximo et
ipsum ostendendo eum digito dicens. Ecce
agnus dei etc. Jo. i. baptismum penitentie
ut populus esset dispositus ad christum
suscipiendum et ut baptisma Johannis
esset dispositio ad baptismum christi quod in-
[illegible] etc. per hoc apparet Johannis humili-
tas et etiam veritas cuius non sum
dignus calciamenta solvere i. officium
sibi etiam minimum impendere non enim
intelligitur per hoc quod christus calciatus in-
cesserit sed quod Johannem in comparatione
eius cesserit hic enim modus loquendi non
solum ad homines sed etiam ad inanimata
applicatur sicut dicitur de uno vino mul-
tum debili comparando ipsum ad vinum op-
timum dicitur quod non est dignum illud
distillacione purificando quod nullius
est momenti respectu illius. Vobis verbum
scilicet eternum salutis huius missum
esse est scilicet principaliter tamen quia in
propria persona iudeis predicavit tamen est
in media iudee scilicet Ierusalem apostolus
de salute ideo sequitur qui enim habi-
tabant iherusalem quantum ad vulgares et princi-
pes eius quantum ad maiores hunc ig-
norantes scilicet Ihesum nazarenum esse
verum christum alia tamen fuit ignorantia

principium alia vulgatam sicut dictum fuit
supra in capitulo nono tunc exponebat
a toto immo per aggravabat quia perde
bat ex malicia et omnes prophetas de christo
loquentes quas sacerdotes et scribe ex nimia
malicie iniquitati fuerunt et sic populum
decepit indicantes Ihesum esse morte
dignum impleverunt prophetias de eius pas
sione predictas secundum quod dicit ysa. 43 tamquam
ovis ad occisionem ducetur etc. et in multis
aliis prophetiis suis et nullam tamen mor
tis invenientes ideo sicut patet evvangelio
et pylati testimonio petierunt a pylato
ut interficeret eum propter malitiam suam
et licet primo restiterit tamen sua petitione
corpus acquievit iudeorum favore et Cesaris
timore. Cumque consumasset omnia Iudei
mali deponentes eum de ligno secundum boni
Iudei Joseph et nichodemus ut dicit
Jo. 19. sicut eum sepulture sub uno contex
tu. frequenter transit de bonis ad malos et
econtrario sicut ps. 11. dicit cum occideret
eos querebant eum et cum non poterat
eum querere et ideo cum dicitur cum occideret
eos intelligitur de obstinatis in peccato et
quod subditur querebant eum intelligitur
de penitentibus revertentibus a malo et
hoc secundum illum modum exponendi sacram
scripturam qui dicitur de corpore domini
vero resuscitato prout plenius dixi in principio
quem deus vero suscitavit eum scilicet Johannes ihesum
ipsum qui visus est diebus per dies mul
tos scilicet xl. ut dictum est supra primo capitulo
hiis qui simul ascenderunt i. apostolis qui usque
nunc sunt testes eius per visum et audi
tum et operationem miraculorum in nomine eius
Et hic consequenter inducit sacram scripturam
ad suum propositum dicens et nos vobis
annuntiamus eam que ad patres nostros re
promissio facta est que ad literam intelligitur
de christo sicut ibi plenius dictum fuit filius
meus es tu naturalis et quia eius de sub
que natura divina non est multiplicata
filius alii vero sunt filii adoptivi Ego

hodie genui te i. eternaliter eternitas enim
proprius tempus significat eo quod in
eternitate nichil tamen sit inceptum nec
aliquod expectatur futurum et sic auc
toritate ps. declaratur divinitas christi
humanitas vero eius apparuit ad semel ut
homines conversando et in ea moriendo
Consequenter declaravit eum resurrexisse
ad vitam immortalem et dicitur ad hoc
auctorem ysa. 44 ca. ubi enim nostra translatio
habet feriam vobis pactum sempiternum
misericordias david fideles translatio lxx quam
hic dicitur dabo vobis sancta david fidelia
i. adimplebo vobis verba david firma
et verissima et que sunt illa subdit
non dabis sanctum tuum videre corruptionem
ps. 15. quod intelligitur de corpore christi
sanctissimo quod non fuit putrefactum nec
incineratum sed virtute divina celeriter
resuscitatum sicut dictum est supra plenius
ii. capitulo et hec scriptura non intelligitur
de david sed de christo consequenter ostendit de
david cum in sua generatione i. in suo tempore
Cum administrasset regimen israel voluntati
dei simpliciter obediens dormivit sopno
mortis et vidit corruptionem i. putre
factionem et incinerationem quem vero deus suscita
vit a mortuis scilicet homo christus
non vidit i. non est passus corruptionem
nam accelerata fuit eius resurrectio
et ad vitam immortalem notum igitur sit
vobis absque aliqua dubitatione quia
per hunc tamquam per salvatorem vobis remissio
peccatorum annuntiatur facta per eius
humanitatem naturae unione eius divinitate
effective quibus non potuistis in lege moysi
iustificari secundum quod dicitur hebr. x.
impossibile est enim sanguine hircorum
aut taurorum auferri peccata Iustificatus sed christo
omnis qui credit fide formata caritate
iustificatur unde gen. xv. dicitur credi
dit deo abraham et reputatum est ei ad
iusticiam Videte ergo hic consequenter apostolus
infert conclusionem intentam videlicet

quod non debent esse increduli apostolo ne
super eos veniat pena et maledictio dicens
Videte ergo i. diligenter cavete ne super-
veniat vobis quod dictum est in prophetis
i. in libro 12 prophetarum Abacuk 1. secundum
suam translacionem nostram dicitur aspicite
in gentibus et videte et admiramini et
obstupescite quia opus factum est in diebus
vestris quod nemo credet cum narrabitur
secundum vero translacionem lxx quam allegat hic
Luc. dicitur Videte contemptores divine
promissionis prophetarum adimplete et admi
ramini de magnitudine mali super vos
venturi ideo subditur et disperdimini per
Romanos qui in penam mortis Christi destruxe
runt civitatem et templum. Istorum multo
rum partem occiderunt et partim captivi ab
ierunt dispersi tamen per diversas par
tes orbis ista captivitas que maior
est et incomparabilis fuit figurata per cap
tivitatem babilonicam de qua loquitur Aba
cuk prophetia tamquam prefigura divinus intelli
gere captivitatem per Romanos factam et fu
turam de qua loquitur hic paulus quia
opus operor in diebus vestris scilicet opus
incarnacionis Christi passionis et resurrec
cionis quod non credetis etc. licet enim ad pre
dicacionem Christi et apostolorum plures de iu
deis crediderunt ut patet ex supradictis tamen illi fue
runt pauci respectu credencium Exeunti
bus autem illis scilicet paulo et barnaba ro
gabant scilicet principes synagoge ut
alio sabbato sequenti loquerentur sibi hec
verba dicunt expositores et glo. videtur
tamen quod rogaverunt hic maliciose in
cum moti erant contra barnabam et
paulum eo quod paulus dixerat quod
in lege moysi non poterant iustificari
ut volebant itaque hoc audire ex ore eius
ut sic haberent maiorem occasionem eos
magis persequendi sicut postea fecerunt
¶ Cumque dimissa esset synagoga quo
libet recedente ad domum suam secuti sunt
multi iudeorum vulgarium Christo creden
cium non autem prelatorum synagoge contra

apostolos machinacionem et colencium scilicet
deum advenarum i. conversorum de gentilitate
ad iudaismum suadebant eis ut perma
nerent in gratia dei i. firmiter starent
in fide Christi ad quam erant vocati per gratiam
dei ut patet. ¶ Videntes autem porro
pauli predicacione hic eo propter porrum
contradiccionem principum synagoge tunc dicitur
Videntes autem turbas Iudei
¶ Repleti sunt zelo i. invidia et contradi
cebant hiis que a paulo dicebantur
commoti invidie zelo contra veritatis auctorem
blasphemantes. Ideo quod erant ipsi se
ductores Tunc constanter paulus et bar
nabas dixerunt postposito timore hu
mano Vobis oportebat primum loqui verbum
dei i. verbum evangelii ¶ Sed quia re
pellitis illud veritati contradicendo et
indignos vos iudicatis secundo eterne vite
que datur Christo ¶ Ecce convertimur ad gen
tes predicando eis evangelicam veritatem sic
enim nobis precepit dominus sicut habetur
supra primo capitulo eritis michi testes in
ierusalem et in omni iudea et samaria et usque
ad ultimum terre et marci ultimo euntes
in mundum universum predicate evangelium
omni creature ¶ Inducit etiam ad hoc pau
lus auctoritatem ysaie 49 que ad litteram
intelligitur de Christo ut videlicet dictum sit Po
sui te lucem gentibus que per apostolos predi
cacionem devote receperunt Christi fidem
ut sis in salutem usque ad extremum terre quia
fides divulgata est ubique etiam a tempore
apostolorum sicut declaratum fuit psalmo xviii super
illud ¶ In omnem terram exivit sonus eorum
etc. et ro. x. Audientes autem gentes gavise
sunt de sui illuminacione et salutis eo scilicet quod
et glorificabant verbum dei i. Christum qui est
verbum patris et crediderunt quotquot erant
preordinati scilicet a deo tunc ordinacio non
potest frustrari ¶ Disseminabatur autem verbum
domini utitur autem tali modo loquendi eo quod Christus
est verbum dei ut dicit luc. 8. ¶ Iudei autem

i. principes synagoge ¶ Concitaverunt
mulieres religiosas et honestas sa
neces apostolis eis cum instructo necessaria
de bonis suis et primos civitatis qui habebant
regem in civitate excitaverunt persecucionem
in iudea moti ut supra dictum est At illi ex
cusso pulvere pedum sicut dixerat sal
vator Mt x et hoc in testimonium spe
culacionis ad condempnacionem infidelium
et obstinacionis recipere verbum dei nole
ntium venerunt yconium sicut dixerat
salvator Mt x ca. Cum vos persecuti
fuerint in una civitate fugite in aliam
ad timorem et supplicium ibi et amorem publi
cacionis ewangelii discipuli quoque i. cre
dentes in xpm replebantur gaudio
de cognicione veritatis et affectione sa
lutis et spiritu sancto a quo huiusmodi gaudium cau
satur. Capitulum xiiij am

Factum est autem de secunda predica
cione apostolorum in cypro et
anthyochia hic consequenter
ponitur eorum predicacio in yconio et
quibusdam aliis locis propinquis et primo
circa hoc ponitur progressus eorum ad pre
dicandum 2o regressus ad confirmandum
ibi. Cumque ewangelizassent circa primum
describitur eorum predicacio in tribus
civitatibus et prima fuit yconium de qua
dicitur Factum est autem in yconio ut simul
sic paulus et barnabas introirent syna
gogam eorum ubi conveniebat una
primo diebus sabbatorum et loquerentur eis
ewangelium et consequenter subdit lucas
huius predicacionis effectum Ita ut crederet
iudeorum et grecorum copiosa multitudo
et dicitur hic greci secundum aliquos in
dei in grecia nati ex iudeis ibidem dispersi
tempore anthiochi secundum alios vero dicun
tur gentiles in eodem sed ad iudaysmum
conversi qui non increduli fuerunt incredi
bilitate isti cum magis contradicebant
ewangelice veritati adversus fratres i. ad
versus credentes in xpm vel ad versus pau
lum et barnabam cum ex [illegible]

magis septies libri concordantur Sed unius
egerunt in domino fiducialiter timore postposito
et subditur causa testimonium perhibente
scilicet domino verbo gratie sue verbo ewan
gelico quod ipsa veritas filium xpm sic
est Io. primo et subditur testificandi
modus cum dicitur dante signa et prodi
gia fieri per manus eorum scilicet apostolorum
circa patent ¶ Cum autem hic secundo ponit
publicacionem ewangelii per paulum in lice
lycaonie et dividitur in quatuor partes quia
primo describitur hic predicacio 2o predi
cacionis confirmacio ibi Et quidam vir 3o er
roris remocio ibi turbe autem 4o in
surgens persecucio ibi supervenerunt autem
circa primum dicitur ¶ Cum autem factus
esset impetus etc. quia non inveniebat
contra apostolos locum. Et passos in iudic
et ire confugerunt ad civitates lycaonie
scilicet urbium xpi allegentur apostolo predicto
ubi ewangelizantes erant offensi in
inicium sibi diligenter exposuerunt // Et
quidam vir hic consequenter ponitur dicte
predicacionis confirmacio per opus mira
culosum hoc enim modo confirmatur illa
que transcendunt intellectum humanum cuius
modi sunt ea que sunt fidei cum dicitur
Et quidam vir in listris infirmus ad pedes
ex infirmitate incurabilitate hic audivit
paulum loquentem credere qui scilicet
paulus cum intuitus visu corporali
et mentali ideo subditur et videns quod
fidem haberet fidei cum aliis corporalibus
videri non potest ut salvus fieret mente
et corpore dixit magna voce ut mi
raculis attenderetur [illegible] ad honorem
dei. Surge super pedes tuos rectus
cum omnibus astantibus et exiliuit
i. agiliter surrexit et ambulabat
ad declaracionem salutis ipsius curacionis
¶ Turbe autem hic consequenter ponit
erroris remocio que primo describitur
secundo removetur ibi qui [illegible] circa primum dicitur
turbe autem ydolatrie dedite cum vidissent

quod fecerat paulus crediderunt hoc cum fecisset ipsa virtute levaverunt vocem suam lycaonice i. proprio ydiomate dicentes dii similes facti hominibus descenderunt ad nos credebant enim eos de celo descendisse in humana effigie et vocabant barnabam iovem eo quod videbatur senior etate paulum vero mercurium quoniam ipse erat dux verbi i. preconcus edificacionis verbi ut patet in textu mercurius enim dicitur fuisse eloquentissimus et propter hanc excellenciam dicebatur agentibus deus eloquentie et quod cum daret hominibus. Sacerdos quoque iovis i. eius cultui deputatus thauros ad ymolandum et coronas ad templum ornandum sicut dicitur i. machabeorum iiii ornaverunt faciem templi coronis aureis cum populis volebat sacrificare barnabe et paulo. Quod ubi hic consequenter docetur error removetur per apostolos facto et verbo ipsum detestantes ideo dicitur conscissis tunicis in signum doloris eo quod homines volebant eis impendere honorem divinum quem exhibere et recipere erat nephandum ideo subditur dicentes viri quid hic facitis i. facere vultis quod est blasphematorium divine maiestatis et nos mortales sumus et non dii annunciantes vobis ab hiis vanis supple recedere que dicuntur vana quia nulla virtus aut utilitas est in ydolatria sed magna est ibi dampnabilitas maxima converti ad deum vivum i. qui est ipsa vita per essenciam et dicitur hic ad distinctionem eorum qui sunt mortui et reputantur dii ut saturnus mercurius et huiusmodi qui fecit celum terram etc. creando de nichilo sua potencia i. Et qui in preteritis generacionibus usque ad publicacionem evangelii dimisit omnes gentes i. gentiles ingredi vias suas i. agere

pro libertate arbitrii quia non dedit eis legem restringentem et prophetas sicut dedit iudeis et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit sed sufficienter ostendere esse unum deum omnium creatorem sed ostendit hoc testificans per multiplicia effecta ideo subdit benefaciens de celo dans pluvias etc. unde et philosophi venerunt in cognitionem ex effectibus sumpta multipliciter probaverunt unitatem dei ut patet xii metaphisice et in pluribus aliis locis vix sedaverunt turbas propter pravitatem earum ad ydolatriam. Supervenerunt hic consequenter ponitur contra paulum persecucio cum dicitur supervenerunt autem quidam ab anthyochia que est in regione pisidie sed alia ab illa et ycononio ubi predicaverat paulus ut patet in principio huius capituli et persuasis turbis qui de facili moventur ad malum lapidantes paulum traxerunt extra civitatem tamquam vile cadaver indignum sepultura sed ab avibus et bestiis lacerandum autem eum discipulis ne raperetur adhuc vivus a iudeis. Surgens intravit civitatem scilicet listram a qua exierat ut patet ex eo quod subditur et postera die profectus est in derben non enim virtute nature post tantam lapidacionem posset ita cito ire in aliam civitatem. Cumque evangelizassent hic consequenter describitur apostolorum regressus ad confirmandum illos qui crediderant i. ycononium et listram usque ibi et anthyochiam que est in regione pisidie confirmantes animas discipulorum in moribus et fide et dicentes quia per multas tribulaciones etc. q. d. non debent vos retrahere persecuciones et mala temporalia sine quibus non habentur bona celestia et eterna que temporalibus bonis sunt incomparabiliter meliora et. Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbiteros nomine presbiterorum hic intelligit etiam alios cetus ministros ut ypodyaconi et huiusmodi. Et cum orassent cum ieiunacionibus quia per ieiunium caro refrenatur et per oracionem mens in deum elevatur commendaverunt eos domino sine cuius custodia spiritualis

no possent pervenire in bono ps. cxxvi
nisi dominus custodierit civitatem etc. et
loquentes verbum domini in pergen que
est civitas in regione pamphilie desce
derunt in atthaliam secundum aliquos
est nomen civitatis secundum alios regio
nis et inde navigaverunt antiochi-
am que est in syria ad differentiam antiocho
magne denominata unde erant tradi-
ti gratie dei ut dictum est supra in princi
pio xiii capituli in opus predicationis ewan
gelii quod compleverunt i. fideliter sunt
executi retulerunt que tanta fecisset dominus
cum illis in doctrina et miraculis et
quia aperuisset gentibus hostium fidei
vocatus eos per gratiam suam ad fidem
sine qua gratia non sufficeret doctri
na et miracula nam audiencium ea
dem predicationem et videncium idem mi
raculum unus credit alter non unde
dicit salvator Jo. vi. nemo potest
venire ad me nisi pater qui misit me
traxerit eum et xv capitulo dicit apostolis sine
me nichil potestis facere morati sunt
autem tempus non modicum cum disci
pulis confirmando eos in fide vitam pari
ter et doctrina supra xiv. capitulum

Et quidam descendentes de sup
ta pauli et barnabe predica
cione. hic consequenter ponitur
determinatio cuiusdam questionis suborte super
legalium observacione quod quidam cre
dentes de iudaismo dicebant esse ne
cessarium ad salutem etiam gentilibus conver
sis paulus autem et barnabas asse
bant contrarium quia per legem novam sunt
iudei absoluti a debito observandi le
gis ceremonialia non numquam fuerunt ad eam
obligati quia non fuit eis data nisi
quantum ad moralia que sunt de dicta
mine legis nature que omnes obligat
sicut plenius declaratur in epistolis pauli
ad Ro. et gal. et in pluribus aliis locis pro
ut est predeterminatione huius dubii ad apostolos

in ierusalem recurritur. Et hoc dubium
solvitur ibi Surrexerunt etiam primum
dicitur et quidam conversi de secta phari
seorum descendentes de iudea que est in
alio loco sicut ipsa fit antiochia docebant
fratres de gentilitate conversos quia nisi cir
cumcidimini etc. in quibus sciendum omnia le
galia quia circumcisio protestatio universe
legis fuit unde ut dicitur gal. v. facta
ergo seditione non minima paulo et barna
be qui asserebant contrarium ad hoc
dicte erant evidentie ewangelii statue
runt etc. usque ibi Surrexerunt hic con
sequenter ponitur solutio dubitationis
et dividitur in tres partes quia primo pro
utraque parte fit allegatio pro veritatis
determinatio ibi et postquam tacuerunt tercio
veritatis determinate publicatio ibi tunc
placuerunt. Circa primum allegatur primo
pro parte affirmativa cum dicitur Sur
rexerunt autem quidam de heresi i. secta phari
zeorum erant enim tunc apud iu
deos tres secte una saduceorum qui
negabant resurrectionem spiritum et angelum
Altera pharizeorum qui utrumque confite
bantur tertia vero essenorum qui con
fitebantur resurrectionem spiritum et angelum
sicut pharizei sed vivebant religiosius
habentes omnia in communi ut dicit Josephus
antiquitatum libro 18 dicentes etc. et
patet littera usque ibi Surgens petrus
ubi allegatur pro parte altera cum dicit
Viri fratres vos scitis quia scitum fuit
notorium quia ab antiquis diebus
i. tempore missionis spiritus sancti in die
penthecostes in signo visibili ut habetur supra
ii capitulo deus in nobis elegit per os meum
audire gentes etc. q. d. ego non ivi
ad predicandum cornelio et aliis genti
libus conversis ex propria voluntate
sed ex divina inspiratione ut patet supra
x capitulo. Et qui novit corda deus ho
cui videt ea que pertinent de[us] ad intrinseca

coram primo Ro. xvi. testimonium perhibuit
quod erant iustificati licet essent in
circumcisione dicens illi spiritum sanctum in signo sensibili
scilicet in dono linguarum et nichil discreuit
inter nos et ipsos fide ihesu christi purifi-
cans corda eorum et non circumcisione
carnis et obseruatione legalium et ex hoc
concludit petrus dicens Nunc ergo quid temp-
tatis deum ut cum dicatur in glosa ille
deum temptat qui aliter quam ipse preci-
pit facere laborat et sic faciebant illi
qui dicebant lege ewangelica sine obser-
uatione non sufficere ad salutem quod
nec nos nec patres nostri portare potuimus
hoc dicitur de iudicialibus preceptis
et cerimonialibus propter iudicialium
seueritatem et cerimonialium multitudinem
Moralia vero precepta que sunt de dictami-
ne legis naturalis obseruabilia sunt
et remanent in lege noua ¶ Dicendum
tamen quod iudicialia et cerimonialia non
fuerunt simpliciter inobseruabilia vnde dicit
Ieronimus in expositione fidei katholice.
Anathema sit qui dicit deum aliquid impos-
sibile precepisse Sed dicuntur inobseruabilia
sicut aliquid dicitur impossibile quod
est difficile possibile v. methaphisice Sed
per graciam domini ihesu credimus saluari
et non per opera legis quemadmodum et illi
scilicet patres ve. te. Unde de abraham dicitur
genesis xv. antequam esset circumcisus credidit
abraham deo et reputatum est ei ad iusti-
ciam ex quo patet quod non fuit iustificatus
ex circumcisione sed ex fide circumcisionem precedente
Sequitur quod dicit apostolus Act. 9. Tacuit
autem omnis multitudo consentiens petro
et audiebat barnabam et paulum et
ubi ponitur aliud argumentum propter
ista nisi cum deus conuersione gentilium
et circumcisione approbasset signa et prodigia
eorum eis per apostolos non fecisset ¶ Et per
quod hic et propter vtilitatis ... cum
dicit vidit Iacobus erat enim episcopus
Ierosolimitanus vnde licet petrus esset
principalis omnium apostolorum tamen detulit ei

sua dixit ut determinacionem dubii proferret
dicens viri fratres scitis licet non etiam
audite me et questionis determinacionem
Symon narrauit etc. et post hoc concludit
Et huic scilicet vocacioni eius. Concordant
illa prophetarum de gentium vocacione lo-
quentium et ducit tamen in speciali vnam
auctoritatem ad propositum cum dicit sicut scriptum
est Amos ix. que sicut ibidem dictum
fuit intelligitur ad literam de reedifi-
catione ecclesie per vnionem iudeorum et genti-
um in vna fide christi et ad intellectum hu-
ius textus que allegantur hic sunt tria specialiter
notanda eius aliqua breuiter repetenda
sunt que dicta sunt Amos ix. primum est
quod christus nominatur dauid in scriptura ve-
teris testamenti Osee iii° post hec reuer-
tentur filii israel et querent dominum deum
suum ubi translacio caldaica apud helie-
os autentica habet post hoc reuertentur
filii israel et querent cultum dei sui et obedi-
ent messye filio dauid regi suo aliter
Ieronimus seruient deo suo et obedient
messye filio dauid ¶ Secundum est quod
vna est ecclesia que incipit a primo abel
iusto usque ad ultimum electum qui in fine
mundi nascituri sunt ut dicit beatus
gregorius omelia vii ¶ Tertium quod ista ecclesia
vocatur tabernaculum dei sine christi
ysa. 4. erit tabernaculum in umbra-
culum diei etc. et apocalypsis xxi. Ecce ta-
bernaculum dei cum hominibus ¶ His
premissis exponatur litera cum dicit in per-
sona dei post hoc dicit i. post cursum
veteris testamenti reuertar ad genus hu-
manum naturam humanam assumendo
et reedificabo tabernaculum dauid i. ecclesiam
dei sine christi per predicationem christi et apostolorum
quod decidit per multa peccata et maxime
per ydolatriam et dirupta eius reedifi-
cabo quia gentiles erant diuisi per ydolatriam
multiplicem aliquibus colentibus io-
uem aliis dyanam et sic de aliis ydo-
lorum Sed et iudei erant dirupti et di-
uisi per uarios errores uelut aliqui

negabant resurreccionem spiritum et angelum
ut dictum est supra et aliqui iudei servabant
mandata dei propter suas tradiciones quod
est valde erroneum, quoniam unica fuit causa
tam predicacionem Christi et apostolorum et causa
illud pro multa et magna miracula ad
exaltacionem fidei katholice fuit ut re-
quirant ceteri homines i. gentiles deum quod
patet per verbum impletum Notum a seculo
est domino i. ab eterno est sibi notum opus
suum quod disposuit operari in tempore
de vocacione gencium propter quod ego
iudico non inquietari eos qui ex genti-
bus convertuntur ad deum quod oportet eos non
cogi ad legalia observanda sed scribere ad
eos propter unitatem societatis ipsorum cum
iudeis ut abstineant se a contaminacio-
nibus simulachrorum i. a comestione
de ydolatiis quod propter scandalum possent
iudei suspicari quod gentiles vellent
ad ydolatria redire et fornicacione quam
gentiles communiter credebant esse licitam propter
quod necessarium fuit eis eam prohibere
et suffocatis et sanguine hunc enim ci-
bum tamen de iudaismo abhorrebant
et ideo licet esset licitus cibus tamen propter
amicabilem societatem serviendum fuit gen-
tilibus ut abstinerent a talibus sicut
frequenter contingit quod aliquis absti-
net a cibo quem scit abhominabilem esse
suo socio procedente autem tempore cessante
causa cessavit effectus manifestata evan-
gelice doctrine veritate quia salvator
dixit Matthei xv quod nichil quod per os in-
trat coinquinat hominem et quod nichil
est reiciendum quod cum graciarum accione
percipitur ut dicitur j Thymo. 4. Moy-
ses enim i. scriptura Moysi habet a tem-
poribus antiquis in singulis civitati-
bus qui eum predicent illo enim tempore
evangelio primordialiter publicato poterant iudei
observare legalia sicut supra dictum
est supra in epistulis Pauli ¶ Tunc placuit
hic consequenter ponitur utilitatis declaracio
publicacio cum dicitur tunc placuit
et senioribus cum omni ecclesia istud sic ex-
plicatur ad ostendendum quod sentencia determinacio
erat ab hominibus approbata ab ipsis ali-
qua distencione eligere viros ut sic
manifestaretur determinacio scripto et
viros propter ipsos quia licet non essent
apostoli tamen erant de nobilioribus post
apostolos ut sic eis magis crederetur et
eorum legatio solempnior redderetur
quia audivimus quod quidam ex nobis
exeuntes i. a nostra societate discedentes
turbaverunt vos verbis volentes vobis
imponere importabile onus legis ever-
tentes animas vestras a veritate evangelii
quibus non mandavimus talia docere
sicut ipsi finxerunt ut patet ex supra
dictis qui tradiderunt animas i. exposue-
runt se periculo mortis pro nomine domi-
ni i. pro predicacione nominis Christi qui et
ipsi referent vobis verbis hec eadem que scri-
bimus in epistola que est vox mortua
continuat et vox viva visum est enim
spiritui sancto quod non potest exigi nisi viri
et nobis quos scribimus sub eius instinc-
tum nichil ultra imponere vobis oneris
legalium observanciarum quam hec necessaria ad
vivendum pariter cum iudeis i. certa sentencia
ut abstineatis a comestionibus ydolis et
fornicacione quam errones licitam putant
et ideo abstinendum erat ab ea non solum
propter amicabilem societatem cum iudeis
sed propter necessitatem salutis ut patet
ex supra ubi gavisi sunt super consolacione
eo quod expediti erant a legis onere
Iudas autem et Sylas et ipsi cum essent
prophete i. illuminati a deo prophetie dono sermone
plurimo consolati sunt fratres refundendo ea
que erant in epistola ad maiorem affirma-
cionem et confirmaverunt in fide ut patet
ex supra ubi visum est autem tota ista littera
usque ubi Paulus autem exclusive non
[illegible] nec in libris correctis sed primo fuit
apposita per modum glose eo quod postea in

certa est textum principaliter scripturis docen-
tes et evangelizantes ad pleniorem
instructionem et confirmationem credentium
Post aliquot etc. Superius descripta est
publicatio evangelii per paulum in socie-
tate barnabe hic consequenter ponitur
eadem publicatio per eum in societate
sile et dividitur in duas partes quia primo
ponitur pauli et barnabe separatio secundo
ipsius et sile associatio ibi Paulus vero
circa primum dicitur dixit ad barnabam
paulus qui de salute hominum erat valde
sollicitus Revertentes visitemus fratres
etc. circa Sequitur quomodo se haberent ut
videamus si in fide firmiter stent Bar-
nabas autem in hoc consenciens volebat
secum Iohannem assumere eo quod erat sibi
familiaris Paulus autem rogabat
eum scilicet barnabam ut abstineret a
societate Iohannis eo quod discessisset
a pamphilia ut habetur supra xiii
discesserit cum timore periculorum imi-
nentium vel amore nimis carnali ad
matrem manentem in ierusalem vel forte
causa alia propter quod paulus eum
renuebat nam illi qui vadunt ad
predicandum debent esse valde firmi et ab
amore carnali segregati maxime
quando vadunt inter infideles et persecutores
sicut erat in proposito Facta est autem
dissensio non tamen contraria caritati et
quilibet eorum respiciebat ad bonum mo-
tus tamen alia ratione et hoc etiam contin-
git quod propter hoc factus est maior fructus
predicationis eo quod predicaverunt in
pluribus locis Et barnabas quidem
assumpto marco navigavit cyprum
unde erat oriundus ut habetur supra
iiii° et confirmavit eos in fide Paulus vero
hic consequenter ponitur predicatio pauli
et sile circa quod primo ponitur multiplex
pauli discursus per orbem ad predican-
dum secundo eius recursus in antiochiam ad tol-
lendum ut ubi persecutus fuerat ...

predicandum

et per eum sustinuerit persecutionem sed inci-
pit xvi. ca° ibi Hijs autem completis
circa medium capituli primum in duo quia
primo ponitur discursus pauli ad
confirmandum conversos secundo ad convertendum
nondum conversos xvi. ca° ibi Transeuntes
autem primum adhuc in tres quia primo
discursus ad confirmandum in tempore
secundo associatio thymothei que ponitur
in principio xvi capituli 3° discursus ad
convertendum [illegible] ibi Cum autem
pertransirent circa primum dicitur Paulus
vero electo Sila i. socio pro barnaba
profectus est ad predicandum traditus gratie
dei i. recommendatus a fratribus pro de-
votis orationibus Perambulabat autem
syriam et ciliciam confirmans ecclesias quas
antea cum barnaba constituerat pre-
cipiens custodire precepta apostolorum
posita xv° precedente ad unionem gen-
tilium et iudeorum supra xv. cap.

Pervenit autem
hic ponitur associatio thy-
mothei cum dicitur et ecce
discipulus quidam scilicet nobilis in
fide et moribus filius mulieris iudee
fidelis i. credentis in christum huic testi-
monium reddebant de fide et moribus
ex quo patet quod in stabilitate erat
famosus Hunc voluit paulus secum
proficisci ad predicandum verbum dei et assumens
circumcidit eum propter iudeos i. ne scan-
dalizaret eos ducendo secum hominem
incircumcisum et de matre iudea natum
nec ista circumcisio fuit ficta ut dicit
Ieronimus sed vera ut dicit Augustinus quia illo
tempore nati de matre iudea et conversi
ad christum poterant licite legalia ser-
vare [illegible]
[illegible]
tempore [illegible] pater eius gentilis
esse reputabatur tamen iudeus Sciebant
enim omnes quod pater eius esset gentilis Hoc
autem dicit [illegible] notum quod pater non

pruiserat eum circumcidi. Sic igitur pau
lus eum circumcidendo non male fecit
quia per hoc quod erat licitum vitavit
scandalum iudeorum. Tytum vero qui
gentilis erat compare tunc non circumci
dit ut habetur gal. ii. ¶ Cum autem
hic resumitur predicatio ad confirmandum
credentes ut patet littera usque ibi et ecce
qui confirmabatur fide etc. id est quod augme
tabatur fideles numero cotidie ¶ Transe
untes hic consequenter describitur predi
catio pauli ad conversionem fidelium et primo
ostenditur in quibus regionibus prohibiti
sunt predicare ut habetur ex divina
revelacione scilicet in achya et bithinia
quia pro tunc maior fructus innuebat
in locis aliis predicando ut patet littera ¶ Cu
autem pertransissent hic consequenter ostenditur
in quibus regionibus predicavit pau
lus quia primo predicavit in regno ma
cedonie secundo in quibusdam aliis partibus
grecie ¶ Hic incipit capitulum xvii ibi qui
autem deducebant primo in duo quia primo
describitur vocatio pauli ad macedoniam
secundo eius predicatio ibidem ibi Eramus
autem etc. primum dicitur ¶ Cum autem
pertransissent misiam descenderunt troade
nomina sunt civitatum contra macedo
niam Et visio per noctem paulo ostensa
est a deo vir macedo i. similitudo viri
habentis habitum et effigiem macedonis
transiens in macedoniam adiuva nos
annunciando nobis viam salutis ut
autem visum vidit quia paulus fuit
certificatus quod non erat visio vana
sed a deo immissa et de hoc socios suos cer
tificavit ceterum patent usque ibi et
inde philippis civitas est denominata
a philippo rege macedonum patre alexan
dri magni que est prima partis macedonie
Est enim prima civitas occurrens venientibus
de mari contra illa parte qua paulus cum suis
socys venit civitas colonia dicitur autem
colonia que de suis indigenis repleta colo-
tibus aliis ideo sic nominatur a cultura
agri ¶ Eramus autem de suscepto accessu
ad macedoniam consequenter describitur
predicatio facta ibidem et primo in philippis
civitate secundo in thessalonica que etiam
est civitas macedonie ut dicit Ieronimus
in prologo super primam epistolam ad thess.
Hic incipit xvii capitulum prima in duo
quia primo ponitur pauli predicatio
secundo insurgens persecutio ibi Factum est autem
circa primum dicitur Eramus autem in
hac urbe scilicet philippis diebus aliquod
commissetes volebat enim paulus con
siderare conditionem populi priusquam proponeret
verbum dei Die autem sabbatorum i. quietis
ab operibus in quo magis congregatur
populus ubi videbatur oratio esse i. locus
aptus ad orandum et predicandum loq
bamur cum mulieribus que convenerant
solent enim magis esse devote quam viri
et quedam mulier nomine lidia exprimi
tur autem eius nomen ad maiorem hysto
rie certitudinem purpuraria quia purpuram
vendebat que est res preciosa erat enim
dives ut patet ex sequentibus civitatis
tyatirenorum de hac enim civitate dicitur
apocalypsis ii. et angelo tyatire ecclesie scribe de
hac enim civitate erat hec mulier
oriunda sed manebat in philippis que
repleta erat aliis colonis ut dictum
est colens deum iam enim erat conversa
fuit de gentilitate ad iudaysmum in quo
colitur unus deus cuius aperuit cor
dis etc. homo enim non potest credere
nisi exterius credenda proponendo sed deus
docet intus mentem illuminando ideo dicit
predicatoribus Jo. xv. Sine me nichil
potestis facere Cum autem baptizata
esset et domus eius i. familia que erat
magna ideo subditur postea intrate
in domum meam et manere ut ibi qui
estatis reficiamini non tunc una die sed
pluribus hoc enim importat mansio et sic
patet quod dimitte divite fuisse tercia vel
sic devotam ideo subditur et coegit nos

pabus valde efficacibus ¶ Factum est autem
hic consequenter describitur insurgens
persecucio cuius primo ponitur occasio cum
dicitur Factum est autem euntibus nobis
ad oracionem i. ad locum oracionis puellam
quandam habentem spiritum phitonem i. diuina
cionis non enim ista puella erat sicut phi
tonissa sicut illa mulier phitonissa
de qua habetur in i Re xxviii. illa enim non
erat obsessa a demone sed parte magica
faciebat apparere demonem in specie
alicuius mortui ad dandum responsum
de occultis ut dictum fuit ibidem ista vero
a primo demone existens in ea diuinabat in
spiritu quia multa sunt a demonibus
cognita que hominibus sunt occulta et
hoc modo diuinando prestabat magnum
questum dominis suis clamabat dicens isti
homines etc. dicit hic glosa quod timore spiritus
sancti cogente spiritus mendax vera loquebatur
sed hoc non videtur verum quia subditur
dolens autem paulus etc. non enim dolu
isset de hoc quod spiritu sancto cogente fuit fa
ctum nec illud impediuisset ¶ Propter quod
videtur melius dicendum quod paulus im
posuit illi puelle silencium eiciendo ab ea
demonium eo modo quo christus habebat spiritum
in immundum et dicenti ei scio quod tu es filius
dei dixit obmutesce et exi de homine
marci primo hoc enim fecit christus et vos sta
nuisset sicut venenum sub melle propi
natur et quia nolebat habere testimonium
veritatis a demone ne per hoc diceretur
apparencia de phariseorum qui dicebant
eum facere mirabilia in belzebub prin
cipe demoniorum et ipsum eciam paulus
hic eiciat demonium quia impendebat
sibi et aliis apostolis quod utebantur arti
bus magicis ¶ Videntes autem porcio
otione hic consequenter subditur persecucio
et eo diuina liberacio ibi media autem
nocte etc. primum dicitur videntes etc. et
per persequens dolentes de lucro temporali
apprehendentes paulum et silam perduxe
runt in forum ubi tractabantur lites

ad principes ut punirent eos tamquam mal
factores ideo subditur eos conturbant
hii homines conturbant ciuitatem nostram
ideo digni sunt morte tamquam aduer
sarii rei publice et annunciant mo
rem quem non licet nobis suscipere s. iudeum esse
deum ¶ Cum sumus romani iam enim erat
decretum a romanis ne quis reciperetur deus
nisi approbante senatu et concurrit plebs
aduersus eos et magistratus moti impetu
passionis non ductu racionis et scissis
tunicis eorum s. pauli et sile contemp
tibiliter iusserunt eos virgis cedi cru
deliter et ad augmentum crudelitatis sub
ditur et cum multas plagas eis impo
suissent etc. et per hoc misit eos in carce
rem et carcere qui erat fortior et interior
et pedes eorum strinxerunt ligno ad ma
iorem securitatem ponens eos in cippo
¶ Media autem nocte hic consequenter ponitur
corporis liberacio primo miraculo diuino
secundo mandato humano ibi et cum dies
¶ Circa primum dicitur media autem nocte
paulus et silas orantes secundum illud psalmi
media nocte surgebam ad confitendum
tibi subito vero terre motus factus est
magnus ad ostendendum oracionis eorum
virtutem et ad incuciendum hominibus diuinum
timorem. Expergefactus autem custos car
ceris ex terre motu euaginato gladio
volebat se interficere ne propter euasionem
pauli et sile diligenti custodia
habuerint precepti strictum et specialem puni
retur grauiori et contemptibili morte
clamauit autem paulus sciens per spiritum
eum quare volebat se interficere et timere
sanctus cognoscens terre motum diuina virtute
factum procidit paulo et sile ad pedes eorum
ac si ne fuerit factum miraculum et quia
a morte fuerat liberatus per pauli oracionem
et producens eos foras cepit eis dicere dicite
quid me oportet facere etc. quasi d. paratus sum
viam salutis audire et factis obedire
ceteri patent usque ibi et letatus est de
euasione mortis corporalis subitum

pauli et eciam spiritualis perfeccionem fidei ¶
Et cum dies hic consequenter ponitur
eorum liberacio mandato superiorum cum
dicitur Dimitte homines illos transeunte
ei passionis impetu advertunt magi-
stratus quod paulus et silas iniuste fuerant
verberati et incarcerati ideo volebat
eos liberare paulus autem dixit eis
id est lictoribus qui venerunt pro eorum
liberacione paulus autem dixit eis id est
lictoribus qui venerunt pro eorum liberaci-
one cesos nos publice quod non debet
fieri nisi publicis malefactoribus in-
dempnatos quia primi fuerunt impetu
passionis et non indicta causa homines
romanos quibus magis deberetur deferri
quam aliis eo quod habebant dominium
orbis quod autem paulus esset civis
romanus habetur infra 22 capitulo et nunc occul-
te nos eiciunt volentes tunc suum oc-
cultare non ita supple erit. Sed veniant
et ipsi nos eiciant sua confitentes quod
iniuste nos verberaverunt et incarceraverunt
et ita factum est ut patet consequenter Egredien-
tes autem de carcere per reintroierunt
ne custos carceris post eorum recessu-
m inculparetur pro eorum educcione introierunt
ad lidiam nomine est regionis sic
dictum et visis fratribus id est christianis ibidem
habitantibus consolati sunt eos sua pre-
sencia et sua doctrina et tunc profecti sunt
ad predicandum alibi verbum dei sequitur
xvii capitulum ¶

Cum autem perambulassent hic con-
sequenter ponitur predicacio
pauli in aliis locis macedo-
nie primo in thessalonica 2o in berie
ubi fuerunt viri sunt invidia quia primo
ponitur predicacio. secundo insurgens persecu-
cio ibi zelantes. Circa primum dicitur
Cum autem perambulassent amphipolim
et apolloniam civitates sunt in quibus
non conversi sunt morari venerunt thessalo-
nicam ubi erat synagoga iudeorum
In illa enim civitate cum gentilibus
habitabant multi iudei secundum consue-
tudinem autem paulus introivit ad
eos scilicet iudeos quibus paulus
consueverat prius predicare quam gentilibus
ut patet ex precedentibus et per sabbata tria
disserebat eis de scripturis legis et prophetarum
adaperiens id est sumendo eis quod christum in
lege et prophetis promissum oportuit pati
et resurgere a mortuis sicut patet ysa.
43 osee 6 et in prophetibus aliis locis
sicut declaravi exponendo dicta prophetarum
et quia hic est christus scilicet ihesus nazare-
nus quem ego annuncio vobis ita quod
non solum declarabat ex scripturis pas-
sione christi et eius resurreccionem sed eciam
ista esse completa in ihesu nazareno et
sic non esse expectandum alium christum sicut
expectant iudei hodie vero scripturis
per quas ista probatur ego posui solute
supra in quadam questione de adventu
messye. Et quidam ex eis scilicet iudeis cre-
diderunt christum et adiuncti sunt paulo et
syle fide et caritate et de colentibus id est
de gentilibus prius conversis ad iudaysmum
et sic colebant deum de gentilibus
quam id est de eis qui nunc prima steterunt
in gentilitate ¶ Zelantes autem hic
consequenter ponitur insurgens persecu-
cio cum dicitur Zelantes autem iudei
id est invidia moti assumentesque de vul-
go viros quosdam malos qui pro
precio ad faciendum mala et turba facta
concitaverunt civitatem contra paulum
et sylam ipsum quod dicitur Jasones ob eo-
rum civitate se esse vacuos perfessi
sunt per multitudine sic armaverunt
et assistentes domui yasonis in qua
paulus et sylas fuerant hospitati
et cum non invenissent eos quia iam
alii transportarunt trahebant Jasone et
quosdam fratres id est christianos cum eo ad princi-
pes civitatis ut punirentur clamantes quia

hii qui orbem concitant scilicet paulus et sylas quos suscepit iason et ideo per consequens est malefactor [illegible] et hii omnes contra decreta cesaris faciunt et subditur in quo regem alium dicentes ihesum esse scilicet non subiectum cesari sed magis eius dominum imperatores enim romani bene permittebant alios reges esse dum tamen eis essent subiecti et redderent eis tributum et accepta satisfactione a iasone probabilem racionem (?) vel caucionem sufficientem vel alio certo modo quia non habetur in textu modus huius satisfactionis ¶ Fratres vero hic consequenter describitur predicacio pauli et syle in berce et patet littera usque ibi hii autem sunt iudei manentes in berce erant nobiliores gente vel animo vel utroque modo eorum qui sunt thessalonice id est magis nobiles quam illi qui habitabant in thessalonica qui susceperunt verbum evangelicum a paulo et syla propositum cum omni aviditate id est ardenter et devote cottidie scrutantes scripturas legis et prophetarum. Si hec se haberent scilicet quod essent impleta in ihesu nazareno sicut paulus et sylas asserebat et multi quidem crediderunt ex eis scilicet ex iudeis et gentilibus mulierum honestarum id est raram (?) [illegible] consequenter ad individuum (?) Cum autem hic consequenter monetur persecucio contra paulum et patet littera usque ibi statim tunc quod tunc paulum dimiserunt fratres ut alibi possent predicare evangelium christi Sylas autem et thymotheus remanserunt ibi ad plenius instruendum et confirmandum in fide conversos ad christum ¶ Qui autem deducebant hic consequenter predicacio pauli describitur in aliis partibus grecie et primo in civitate atheniensi secundo in chorintho ca° xviii° 3° in epheso ibi paulus vero Circa primum primo describitur eius ad athenas perventus secundo cum philosophis disputacio ibi paulus autem tercio predicacio ibi stans autem etc. Primum qui autem deducebant paulum ut inde iret alibi ad predicandum deduxerunt eum usque ad athenas

consolati eius societate et doctrine veritate et accepto mandato ab eo ad illos qui deduxerunt eum usque ad athenas prefati sunt instructi plenius et confirmati [illegible] ad quod veniant (?) ¶ Paulus autem hic consequenter describitur pauli disputacio cum philosophis cuius primo ponitur motivum cum dicitur incitabatur spiritus eius in ipso id est ex zelo fidei moleste ferebat ydolatriam que vigebat in civitate et alios errores ideo subditur disputabat igitur in synagoga cum iudeis colentibus scilicet unum deum et isti erant gentiles conversi ad iudaismum et isti cum iudeis expectabant christum dicentes eum esse venturum paulus autem asserebat [illegible] ex dictis prophetarum ihesum nazarenum esse christum et in foro et loco ubi conveniebant pharisei supple disputabat cum eis quidam autem epycurei et stoyci philosophi disserebant id est disputabant cum eo de felicitate hominis quia epycurei dicebant consistere in corporis voluptatibus stoyci vero in anime virtutibus tamen in presenti vita non utrique scilicet epycurei et stoyci negabant resurrectionem et per consequens aliam vitam paulus autem asserebat eam esse in anima et corpore et hoc in vita futura nam beatitudinem anime dicebat esse in aperta dei visione et fruicione ita ut cor. xiii videmus nunc per speculum in enigmate tunc autem facie ad faciem beatitudinem vero corporis ex dotibus claritatis subtilitatis agilitatis et impassibilitatis que causantur in corpore ex redundancia glorie anime et fiet in resurrectione et hoc ex christi virtute phil. iii° Salvatorem expectamus dominum ihesum christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue et quia ista videbantur philosophis esse impossibilia ideo subditur et quidam dicebant quid vult seminiverbius id est seminator verborum hic dicere quasi diceret non est aliud nisi multiplicator verborum frivolorum alii

verbi supple dicebant quid hic est. Et textu
licet in aliquibus ponatur novorum demo-
niorum videtur annunciator esse. Dicit
glossa quod philosophi illi audierant a iudeis inter
eos habitantibus quod dispersione eorum facta
tempore anthyochi regis nomen demonum
esse abhominabile. Ideo doctrinam pauli
vocabant annunciationem demoniorum
tamquam eis abhominabilem. Sed istud non
videtur verum quia subditur quod duxerunt
ad ariopagum ubi erat locus studii vo-
lentes plenius audire que esset eius
doctrina quod non fecissent si esset eis ab-
hominabilis. Item quod hoc nomen demo-
num demonium est nomen hebraycum sed
magis grecum ut dicit ysidorus viii ethimo-
logiarum et ideo hoc vocabulum non didicissent
philosophi qui erant greci ab hebreis. Et ideo magis
exponitur secundum sensum quod dicit ibidem ysidorus
demon grece interpretatur sciens aut peri-
tus latine et per consequens demonium interpretatur scientia
vel peritia. Sic igitur videtur hic littera expo-
nenda philosophi cum disputantes cum paulo non
erant eiusdem conditionis seu opinionis
ut patet per contextum. Ideo illi qui doctrinam
eius reputabant frivolam vocabant eum
seminiverbium. Illi autem qui eam volebant
audire plenius tamquam bone reputationis
eam licet non intelligerent ad plenum di-
cebant paulum annunciatorem esse novorum
demoniorum id est novarum scientiarum propter quod
deduxerunt eum ad ariopagum ubi erat
locus docendi. Athenienses autem omnes id est de
terra illa nativi. Et advene hospites
qui aliunde veniebant ratione studii
sicut modo conveniunt parisius ad nichil
aliud vacabant principaliter nisi aut
dicere quantum ad magistros aut discere quantum
ad discipulos aliud novi et in hoc eis
assimilantur parisienses multi. Stans
autem hic consequenter describitur pauli pre-
dicatio ipsa distincta ibi. Cum audisset
primo ideo quia primo incipit paulus
a quadam que erat atheniensibus nota et
consonam ex qua proponitur intentum ibi. Deus

qui fecit mundum. Circa primum dicitur
Stans autem paulus ut melius audi-
retur a multitudine. Ait viri athenien-
ses per omnia quasi superstitiosiores id est ydolorum
cultores vos video. Hoc pertinebat ad sen-
sum quia in civitate illa erant multa
ydola. Ideo subditur preteriens enim et videns
etc. Inveni aram in qua scriptum erat deo
ignoto. In qualibet enim ara erat titulus
superscriptus illius cui erat consecrata verbi gratia
Mercurio altare. In hoc autem altari erat
talis titulus deo ignoto supple consecratum
est hoc altare. De causa consecrationis huius
altaris est aliqui enim dixerunt quod fuit conse-
cratum constitutum a posteris herculis qui
post eius mortem eiecti de regno suo
et patria venerunt ad auxilium athe-
niensium per quos restituti fuerunt ad sta-
tum pristinum propter quod dixerunt indi-
gnationem posuisse illis sedem cui con-
secraverunt aram sed quia una non erat ali-
qua persona qui fuisset hominibus nota sicut
Jupiter et mercurius et huiusmodi fuerunt
quos gentiles ad deos translatos esse dice-
bant. Unde crisostomus ait. Dicit patre non
invenit deos translato etc. Ideo illud altare
intitulatum fuit deo ignoto et determinatum
quod non fecerit obliviones ... nisi
de gentilibus latinis temporibus misterii
ibi manum postulavi. Item scolastica
hystoria dicit quod philosophi athenienses videntes
a tenebris facta ... passionis christi con-
siderantes que non poterant esse virtute
nature eo quod facte fuerunt primo post
plene lune ut dicit dyonisius se vidisse lu-
nam venientem ab oriente et supponentem
se soli tunc cum erat xv etatis eam
redeuntem ad locum suum versus orientem
talis autem motus lune erat contra cur-
sum nature propter quod illa
eclipsis non fuit naturalis. Item quod illa
eclipsis solis incepit a parte orientis et
ex eadem parte fuit terminata ut patet ex dictis e-
clipsis autem naturalis ipsius solis semper
incipit a parte occidentali in parte opposita

tenebratur tribus horis scilicet ab hora vi usque ad horam nonam ut habetur Mt. xxvii. Eclipsis autem solis naturalis non tamen durat nisi modico tempore sed quia ista attendentes philosophi consecraverunt altare deo qui talia miracula faciebat quem vocaverunt ignotum et bene considerentur eius quod excellentia quae incomprehensibilis est ac etiam nostra etiam vera et perfectiores aliquo modo incognita et multo magis a nobis. Dixerunt etiam quod ille deus volebat sacrificia de animalibus, sed de speciebus (?) devotis et orationibus ¶ Consequenter applicat apostolus ad suum propositum dicens quod ergo ignorantes colitis ego annuncio vobis scilicet Christum Jesum deum et hominem et hoc applicatio patet secundum ultimam institutionem dei altaris convenit etiam Christo sive primam institutionem quae dicitur consecrata (?) ... Christo per se nomine convenit proprium cui cuius est misereri et parcere propter quod una vocatur ... xiii (?). Unde nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis ¶ Deus qui fecit etc. Hic consequenter apostolus prosequitur intentum ostendens primo conditionem Christi quantum ad divinitatem, secundo quantum ad humanitatem ibi et tempora ¶ Circa primum dicit deus qui fecit mundum et omnia quae in eo sunt hanc propositionem concedebant quidam philosophi vocantes deum primam causam et licet aliquis neget deum habere rationem causae efficientis dicens omnem rationem (?) ... causae finalis et ipso ... Aristotelem hoc sensisse hoc tamen non habetur quod dicat Aristoteles expresse sed magis oppositum ut dicunt alii expositores Aristotelis. Plato autem manifeste dixit deum causam efficientem mundi et etiam cum tempore. Unde dicitur viii physicorum quod solus Plato generavit tempus alii vero philosophi qui ponebant mundum eternum ponebant tamen unam causam efficientem deum ut patet de Avicenna et multis aliis. Ex hoc consequenter declarat quod deus non

concluditur aliquibus locis de tuis (?) dicens hic coeli et terrae ¶ Cum sit dominus ut patet quod dicit non in manufactis templis habitat tanquam ibi contentus sed magis continet omnia tanquam causa dans eis esse et conservans et ex hoc concludit ulterius quod non indiget sacrificiis humanis et oblationibus dicens nec manibus humanis colitur id est sacrificiis humanis manibus sibi allatis indigens aliquo cum sit per se sufficiens et omnia alia eo indigeant ideo subditur ¶ Cum ipse det omnibus vitam quantum ad spirituales creaturas cuiusmodi sunt angeli et inspirationem quantum ad alia quae sumunt perspirationem aeris ad refrigerium cordis in quo consistit vita vel per aliud supplens vitae respirationis sicut sunt pisces et huiusmodi et per hoc intelliguntur homines qui vivunt vita spirituali quantum ad animam et corporali perspirationem et omnia quia quicquid boni est in creatura creaturis totum est ex divino dono. Fecit quod ex uno scilicet ex Adam homine primo omne genus hominum per generationem continuationem excepto Christo cuius corpus fuit formatum ex puris sanguinibus (?) inhabitare super universam faciem terrae quia multiplicata eorum generatio coeperunt inhabitare diversas partes terrae ¶ Diffiniens statuta tempora nam ante diluvium vixerunt homines magis tempore quam post et terminos habitationis eorum nam in una regione diutius vivunt quam in alia sicut in regione pygmaeorum vivunt homines nonne (?) annis tantum vel citius (?) potest etiam aliter exponi quia determinavit quantum quibus gentes debeant illam terram inhabitare et postea alios expelli sicut Cananaei fuerunt expulsi de terra promissionis per filios Israel et sic de multis aliis. Unde dicitur Dan. ii. Ipse mutat tempora et aetates transfert regna atque constituit ¶ Consequenter ostendit ad quid fiat praedicta dicens quaerere deum per cognitionem et attrectet eum et inveniat per amorem quia

non longe sit ab uno quoque nostrum in ipso enim
de ipse quod ostendit consequenter dicens
In ipso enim vivimus movemur et sumus sicut in
causa efficiente nam est in nobis vivere
moveri et esse et sic est intimior nobis
quam nos ipsi quia contingit principia in-
trinseca. Sciendum autem quod vivere
hominis est intelligere nam homo est
homo per intellectum propter quod dicitur 9°
metha[physice] alia ymaginationibus et me-
moriis vivunt homo autem ratione et in-
tellectu vivere enim viventibus est esse
et sic intelligere est esse humanum est de-
moveri primus ingressus cuiuslibet potentie
movetur per voluntatem et intellectum
et secundum hoc inducit autem auctoritatem poe-
te d. Sicut et quidam poetarum vestrorum
dixerunt scilicet aratus et eius sequaces cuius
auctoritas erat atheniensibus nota et
autentica non sic autem sacra scriptura
propter quam non allegavit et subditur
auctoritas ipsius Ipsius enim genus sumus id est per
propinquitatem ad ipsum habentes in quantum
sumus intellectualis nature sicut et ipse
in quantum facti sumus ad ymaginem eius
Dupliciter quia ista intellectualitas non est
eiusdem rationis in ipso et nobis ideo non
dicimur eius ymago sed ad ymaginem
eius facti filius autem qui est eiusdem
nature cum patre dicitur ymago eius in quo
in quo apparet excellentia christi respectu
nostri. Genus ergo posita declaratione sua
hic infert conclusionem intentam d.
Genus ergo cum simus dei id est intellectualis
nature cum infinitis gradibus distan-
tis ab eius perfectione non debemus estimare
divinum id est eius deitatem esse similem auro et
argento etc. nam ista sunt infra homines
et deus est propter quod latria que est
cultus deo debitus non est talibus ydo-
lis exhibenda. Et tempora hic consequenter
declarat condicionem christi quantum ad huma-
nitatem in qua inter homines apparuit
annuntians eis viam salutis primo per se
ipsum postea per apostolos et discipulos alios
et hoc est quod dicitur Et tempora

quo huius ignorantie quia cultus divinus
impendebatur ydolis despiciens deus id est
nolens ultra durare nunc id est tempore
gratie annuntiat hominibus per filium suum
et predicatores [illegible] ut omnes ubique pe-
nitentiam agant de ydolatria et aliis
peccatis eo quod statuit diem in quo iudi-
caturus est orbem in equitate reddere
penas debitas pro peccatis et premia pro meritis
in viro in quo statuit id est per virum per quem
diffinivit iudicare seculum scilicet hominem
christum qui iudicabit in forma hominis
glorificati sicut dicitur super primo capitulo hic
ihesus qui assumptus est a vobis sic veniet
scilicet ad iudicium sicut fuit ibidem
expositum et de hoc iudicio dicit Jo. v°
capitulo pater non iudicat quemquam sed omne
iudicium dedit filio. Quod autem hic iudicium
fiet in resurrectione generali quam precessit
resurrectio christi sicut eius exemplar
et causa. Ideo subditur fidem prebens
etc. [illegible] sic bene suscitans enim scilicet
hominem christum a mortuis quam mortem
sustinuit pro salute omnium de maxima
caritate ad genus humanum et obedientia
ad patrem deum fidem prebens omnibus
futuro quia resurrectio capitis est exem-
plar resurrectionis membrorum. Cum au-
dissent postquam descripta est predicatio
pauli hic consequenter ponitur auditorum
diversa distinctio et dividitur in tres par-
tes quia aliqui resurrectionem mortuorum
reputabant impossibilem de quibus
dicitur quidam quidem irridebant ali-
qui vero volebant amplius considerare et dixe-
runt audiemus te de hoc iterum tamen non
crediderunt inter quos numeratur diony-
sius ariopagita tamquam famosior et
mulier nomine damaris que ab aliquibus
dicitur fuisse eius uxor etc. 18 capitulum

Post hec etc.
Hic consequenter describit predicationem
pauli in corintho et dividit
in duas partes quia primo ponit hic predicationem Secundo

adversariorum insurrectio ibi galione re
primo autem in duo quia primo ponitur
gratia predicationis primum s. adventus eius
et ad chorinthum cum dicitur Venit cho
rinthum que est civitas in provincia
Achaye ut patet infra eodem capitulo Et inveni
ens quendam iudeum nomine aquilam qui
tamen in xpm credebat cum priscilla uxore
sua ut manifeste patet consequentibus eo
quod precepisset claudius etc. huius at
imperialis precepti causa non exprimitur sed
in scolastica hystoria dicitur quod hoc fuit
quia iudei habitantes rome familia
ritatem contraxerunt cum agrippina eius
uxore et faciebant eam iudayzare Ac
cessit ad eos cum quia erat katholicus cum
quia erat eiusdem artis scilicet sceno
phocorie scenos quod est thabernaculum
sive ~~et totum~~ tentorium operabatur enim in hac arte
paulus precium suo victu ne gravaret
illos quibus predicabat sumptus ab eis
accipiendo et ut per hoc repelleretur pseudo
apostolorum qui commodum predicabant ¶ Disputa
bat hic ponitur pauli predicatio cum
dicitur disputabat in synagoga per
omne sabbatum alijs autem diebus inten
debat operi manuali ¶ Cum venissent
autem de macedonia silas et thymoteus
instabat verbo quod autem subditur in
aliquibus libris evangelizans non est in
libris correctis sed subintelligitur an
adventum autem sile et thymotei predica
bat paulus tantum in diebus sabbatorum
sed post eorum adventum predicare cepit fre
quentius testificans iudeis ihesum esse xpm
in lege prophetis promissum et hoc per testi
monia legis et prophetarum contradicen
tibus autem eis et blasphemantibus
ipsum ihesum excuciens vestimenta sua in
signum quod fecerat debitum suum de annun
ciando eis veritatis verbum ¶ Sang
uis vester super caput vestrum i. pena debi
ta veniet super vos pro rebellione vestra
et ingratitudine non tenendo ad aliud cum

tilem ut patet consequentibus sed ad
alium locum eiusdem civitatis unde sub
ditur intravit in domum cuiusdam nomine
tita etc. prius in domo aquile et priscille
cuius domus erat coniuncta synagoge
propter hoc paulus poterat facere ma
iorem fructum in predicatione eo quod
populus concurrebat ideo subditur Crispus
autem iste est quem baptizavit paulus sicut
scribit infra cor. p° ca. patet ibi
ibi Sedit autem ibi i. mansit sicut dicit
dicitur primo sedisse quod in eadem [illegible]
multo tempore i. mansit ¶ Gallione
a. hic consequenter describitur adversariorum
insurrectio contra paulum et patet lit
tera usque ibi dicentes hic persuadet hominibus
colere deum per cerimonias legis quas
paulus debere cessare dicebat ut
patet in epistolis suis in pluribus locis inci
piente autem paulo aperire os ad iudi
cium Dixit gallio ad iudeos etc.
paulo si quidem esset iniquum id est ipsum
do nocumentum alteri in rebus suis fac
to rapina vel aliqua huiusmodi aut
facinus pessimum nocendi alteri in persona
sua vel sibi coniuncta ut patre vel uxore
vel prole quod est peius quam huiusmodi in re
nocumentum in rebus recte vos sustinerem
audiendo querimoniam vestram et faciendo
iusticiam ¶ Si vero questiones sunt recta
erat enim gentilis iudex non curabat nec
ad eum pertinebat discutere questiones
iudaice legis et minavit eos a tribu
nali tamquam detinentes tempus in frivolis
apprehendentes autem omnes scilicet ministri pro
consulis qui tales repulsos audire so
lent paciendo compellere ¶ Paulus vero
hic consequenter describitur predicatio pauli
in epheso et hec duplex primo in ipso adven
tu secunda in eius reditu in capitulo sequenti i. d.
scilicet in parte principalem civitatem ta
lem que incipit Iudei autem etc. primum
dicitur paulus vero cum adhuc susti
nuisset i. perseverasset dies multos in corintho

fratribus valefaciens navigavit in Sy-
riam i. versus Syriam quia tunc venit ephe-
sum ut patet ex sequentibus quod non est in
Syria cum sibi totondisset in Cencris quod
est portus Corinthiorum caput suum ritu
nazareorum ut habetur Num. vi completo
tempore voti sui hoc enim fecit paulus
qui erat natione iudeus ad evitandum
iudeorum scandalum sicut dictum est supra
16 capitulo de circumcisione thymotei Ti-
tum vero noluit circumcidere ut in principio
ad Galathas, ut inhibetur hys qui ex
iudeis convertebantur observancia legalium
sicut inhibebatur hys qui ex gentilibus
convertebantur a gentilitatis ritibus ut in-
ter hos ritus differentia videretur nam genti-
litatis ritus repudiabatur tamquam omnino
illicitus et semper a deo prohibitus ritus
autem legis cessabat tamquam impletus per
Christi passionem utpote a deo in figuram Christi
institutus que cessat adveniente veri-
tate sed non statim omnino cessare debuit
ne ab aliquibus crederetur semper fuisse
illicitus sicut gentilitatis ritus propter
quod conversis de iudaysmo licebat lega-
lia observare tempore medio inter passio-
nem Christi et publicationem ewangelii sic tamen
quod non ponerent ibi fidem credentes
quod sine tali observatione fides Christi non
sufficeret ad salutem. Devenitque Ephesi-
um et illos ibi reliquit scilicet aquilam et priscillam
ipse vero ingressus synagogam disputa-
bat cum iudeis ostendens per scripturas
ihesum nazarenum promissum esse
completus. Rogantibus autem eis ut
ampliori tempore maneret ad pleniorem sci-
licet eorum informationem non consensit sed valefaciens
alibi proficisci ubi nondum erat predicatum
ewangelium ordinavit tamen ibi ministros eccle-
siasticos ad fidelium instruccionem. Sed valefaciens et
dicens ad fidei confirmationem et eorum consolationem
iterum revertar ad vos deo volente quod fecit
ut patet capitulo sequenti. quod autem in aliquibus

libris interponitur oportet me solemp-
nem diem advenientem facere Ierosolimis
non est de textu nec est in libris correctis
quia nec tunc paulus ivit in iherusalem
sed postea per magnum tempus. Et descen-
dens Cesaream que est metropolis ca-
padocie ut dicit glossa. alia tamen est
cezarea philippi in provincia phenicis et
etiam alia in palestina de qua sepius habitum
est supra. Et ascendit usque ibi. Confir-
mans omnes discipulos i. christianos in
fide christi. Iudeus autem hic est per inci-
dentalis i. quedam occasione predicationis pau-
li de qua supra huius locutus fuerit
facit mentionem de predicatione quam appol-
lo fecit ibidem d. Iudeus autem quidam
natione appollo nomine exprimitur no-
men eius quia erat famosum. Alex-
andrinus genere i. in allexandria natus
persecutione iudeorum quam fecerat antiochus
potens in scripturis legis et prophetarum
Hic erat edoctus viam domini i. cultum dei
in ipso tamen ideo subditur sciens tantum
baptismum iohannis. Hunc aquila et priscilla
qui remanserant ephesi hanc imperfectionem
impleverunt ex quo patet quod dictum est supra
in principio capituli eos esse christianos qui
cum venisset in achaiam in qua est Cho-
rinthus contulit multum hys qui cre-
diderunt scilicet per predicationem pauli
propter quod paulus i. Cor. 3 capitulo dicit
ego plantavi appollo rigavit etc.

Capitulum xix[m]

Factum est autem hic consequenter
describitur predicatio pauli
apud ephesum in suo reditu
dicta quod primo ponitur hec predicatio so-
pra... quoniam reprehensio illa tem-
tavit autem primo i. d. quia primo de-
scribitur doctrina pauli quantum ad veri-
tate baptismi secundo quantum ad predicationem ewan-
gelii ibi Ingressus autem paulus per patet
usque ibi Si spiritum sanctum accepistis credentes.

in signo sensibili quia tunc sic dabatur
baptizatis per impositionem manuum aposto
lorum sed neque si spiritus sanctus est scilicet hoc modo
datus vel dandus audivimus licet
audivissent quod deus esset unus et
trinus certa patent ... ibi ¶ Iohannes bap
tizavit baptismo penitentie ... erat
enim baptismus Iohannis quedam protestatio
faciendi penitentiam et dispositio se ad
baptismum christi in quo datur gratia ...
... in eum qui venturus esset etc. hoc
enim predicabat Iohannes ut patet ... ¶ Po
stmodo hiis auditis baptizati sunt in
nomine domini ihesu in ... enim ... ...
batur baptismus in primitiva ecclesia ...
nibus ... ut ... patet ¶ In
gressus autem hic consequenter ponit doctrina
pauli quantum ad publicationem evangelii
cum dicitur ¶ Cum fiducia loquebatur
postposito timore humano disputans cum
contradicentibus et suadens voluntare
audientibus de regno dei i. de supprema feli
citate que consistit apertam christi visione
in deitatis principaliter et humanitatis
secundario suadebat esse de modo veniendi ad
hanc beatitudinem qui est per fidem caritate
formatam ¶ Cum autem quidam indura
rentur ... infidelitate maledicentes
viam domini i. doctrinam christi coram multi
tudine quod erat obstinationis communis
descendens ab eis paulus segregavit dis
cipulos i. credentes ne inficerentur ab
hiis obstinatis cottidie disputans ad de
clarationem evangelice veritatis in scola i.
edificio de quo paulus scolam fecerat
tyranni cuiusdam dicunt aliqui quod
tyranni est nomen proprium illius civis cuius
edificium ... dicunt quod est nomen
appellativum et accipitur hic tyrannus pro
homine potente ... ibi paulus
scolam ut ob ... timerent eum qui ...
impedire ... ... loci ... ideo
subditur hoc est factum per biennium pacifi
ce ita ut omnes qui habitabant in asia

audirent verbum domini i. potuerit au
dire libere ... ad confirmationem
huius doctrine ... faciebat deus i.
non modicas vel ... sed multum ...
... unde subditur ita ut etiam super
languidos etc. quod est magis quam ...
pauli ... ferrent talia ¶
Temptaverunt autem postquam ... est
predicatio pauli hic consequenter ponitur
presumptionis aliquorum ... qui
volebant ... demones ab ob
sessis virtute nominis christi quem paulo ...
... non credebant ... ... i.
¶ Sceue iudei est autem sceue nomen proprium
illius principis sacerdotum ihesum novi
quem paulum scio i. virtutem eorum cognosco
vos autem qui estis quasi d. ad vos non
pertinet virtutes eorum invocare cum ...
mordaciter ... ambos i. duos
de septem filiis principis iudeorum ¶ Conse
quenter ponitur fructus huius ...
cum dicitur hoc autem notum factum est
omnibus per divulgationem eorum qui vide
runt et cecidit timor super illos ut
nullus auderet talia attemptare
et magnificabatur nomen domini ihesu
tamquam magne virtutis ... multi
quoque credentium veniebant ad paulum
confitentes peccata sua ... multi
autem ... quod fuerant curiosa sectati i.
artes magicas contulerunt libros i. ap
portaverunt ad ... et
contemptu diaboli et honore ihesu christi
et computatis preciis eorum hoc addit
ad ostendendum quod fecerunt hoc ... magna
voluntate ... libros ...
ita ... ¶ ¶ ... quod dena
rius valebat ... ideo
sic nominabatur ... ita for
titer crescebat verbum dei ... multiplica
tionem fidelium et confirmabatur ...
fidei ... ¶ Hiis autem expletis ...
positus est ... pauli ...
... ad predicandum hic consequenter

ponitur eius regressio in urbem ad tal
lerandum pro fide katholica quam predicaverat
fuerat ibidem ut dictum est xiiii capitulo et
xv. et dividitur in tres partes quia primo
ponitur inspiracio preparatoria secundo remocio
impedimenti ibi factum est autem tercio perse
cucio inspiranti xx. capitulo ibi nos vero
etc. primum dicitur his autem completis s.
discursibus pauli predicacione ewan
gelii proposuit paulus in spiritu i. non propria
voluntate sed magis spiritus sancti revelacione
et ordinacione transita macedonia et acha
ia ad confirmandum credentes et aliquid pecu
nie collectam portandum fidelibus pauperibus
qui erant iherusalem oportet me et romam
videre tunc enim sibi fuit revelatum
quod post iherusalem veniret roma modus tamen eundi
et causa non fuerunt tunc sibi revelata
sed infra xxiii. mittens autem in macedo
niam duos etc. hoc fecit ad collectam essen
dam antequam veniret quod erat sibi ho
nestius et expediencius quia sic non opor
tuit eum ibi retrahere morando propter
dictam collectam ¶ Factum est autem hic co
sequenter ponitur remocio impedimen
ti et dividitur in duas partes secundum du
plex impedimentum sicut ponitur xx.
capitulo ibi ubi cum fuisset. prima in tres quia
primo ponitur impedimentum motivum prin
cipium. ¶ Secundo tollitur ibi et cum perdixisset
tercio iter pauli reassumitur in principio xx.
capituli prima adhuc in duas quia primo ponit
impedimenti motivum principium secundo eius
execucionem ibi his auditis demetrius enim
fecit illud impedimentum commovens
civitatem contra paulum et eius so
cios motus propter temporale lucrum
minui et dyane cultum et patet littera prin
cipium usque ad capitulis que exponuntur de via do
mini i. de fide christi. Demetrius enim argen
tarius dyane luna autem vocatur dya
na a. dyan grece quod est lux et neos quod
est novum quasi nova lux renovata omni mense
dicebatur etiam argentilibus [illegible] qua
in eis radiatae nichil crescere potest maxime
quia eius crescit de nocte et quia illis
nichil crescit pingebatur dyana in
ymaginibus figura tenentis sagittas et quod
radios suos emittit usque ad terram
tales igitur ymagines dyane facie
bat de argento iste demetrius et habe
ruit argentea pro ponendis ymagi
nibus sicut scriptum est in eadem dyana
ginibus secundum praestabat artificibus
inter quos erat principalis. Vos scitis quia
de hoc artificio est nobis acquisicio sed
magni lucri paulus hic suadens aver
tit multam turbam alicuius cum talium
ymaginum dicens in eis nichil esse nu
minis aut virtutis non solum autem
sed periclitabitur nobis pars in redargucione
venire quia redarguemur de falsitate
faciendo ymagines nullam virtutem habentes
sed et magne dyane templum etc. i. cul
tus eius totaliter deficiet quod si veritate
venerit partes nostras. ¶ His auditis hic
consequenter ponitur commocionis execucio
contra paulum et socios eius quos volue
bant interficere propter iniquitatem commocionem
inter eos ut patet littera usque ibi impetum
fecerunt uno animo in theatrum Locus
erat ubi pugnabantur viri et alia ache
ons i. spectaculo eo quod multi venie
bant ad theatra speculandum illuc enim
violenter traxerunt comites pauli
etiam patet usque ibi. Erat enim ecclesia
i. congregacio populi confusa quia pro
magna parte ignorabat causam illius
commocionis detraxerunt autem de turba
alexandrum propellentibus eum iudeis
quia volebat excusare paulum sed non
habuit auditum sed magis clamoris
augmentum etc. cum sedasset scriba turbas
hic enim habebat officium publicum i. canc
cellarii quod poterat populum magis sedare
quis enim est hominum qui nesciat etc. quasi diceret
non oportet sed clamare quia sit notum omnibus

plis qz Jouis i. dyane pgenite a ioue
de latonia eius ad tubina ut scribut
poete cetera patent usque ibi quod si
demetrius et qui cum eo sunt artifices
sunt adversus aliquem istorum hominum cau
sam aliam racionabilem conventus
forenses aguntur in quibus cause ve
tilantur et proconsules sunt s. pretores ad
iudicandum accusent invicem coram
iudicibus si habent racionabile causam
Si quid autem alterius rei queritis
preter causam demetrii et qui cum eo
sunt artificum in hac allocutur
presulum partifices commotum in legittima
ecclesia i. in cognicione proconsulum le
gittime iudicandum poterit absolui
i. determinari nam et periclitamur i. in
periculo sumus argui sedicionis hodier
ne quasi de ut imperatore tamquam ne
gligentes de custodia civitatis ipsa
re cum nullus scilicet nunc obnoxius
sit i. reus de quo possimus reddere
racionem nris superioribus concursus
istius i. commocionis populi et cum hec
dixisset ille scriba dimisit ecclesiam
i. populi congregacionem pacifice ut quilibet
iret in pace ad domum suam scilicet xx c. m

Postquam autem

hic consequenter describitur iter pauli
cum dicitur vocatis discipulis
paulus i. katholicis et exhortatus eos scilicet
ut in bono inchoato permanerent vale
dixit recedens ab eis profectus est ut iret
in macedonia sic enim prius fuit ordina
tum fuit ut prius visitata macedonia
iret versus ierusalem ut dictum est xix° precedenti
Cum autem perambulasset partes illas scilicet
macedonie et exhortatus eos fuisset
multo sermone ut firmiter permanerent
in fide venit ad greciam i. ad aliam partem
grecie nam macedonia est provincia
large dicta. Ubi. hic ponitur secundum im
pedimentum sibi factum per insidias iudeorum
in via disposita ab eis cum ascendere vole
ret habuit consilium ut reverteretur per

macedoniam ad evadendum illas scilicet
insidias et sic fuit evasurus ab i
tinere comitatus est eum sopater pyrri
scilicet filius beroensis i. de civitate
berrea hi cum precessissent nos sustinue
runt nos troade i. expectaverunt
lucas ergo qui loquitur remanserat
cum paulo circa viam propter insidias de
clinandas. Nos vero remotis impedimentis
itineris inchoati. Subditur ierusalem hic ponitur
occasio propositi inspirati et primo ponitur
prima pars. Secundo ad eum accessus xx°
xxi°. ibi post dies autem istos prima divi
ditur in iiii^or partes secundum quatuor loca in
quibus paulus fecit aliquam moram que
patebunt per seriem huius vero loci fuit ci
vitas troade. adhuc primo describitur fam
la precedens cum dicitur nos vero navi
gavimus post dies azimorum scilicet solemp
nitate paschali transacta a philippis que
est civitas macedonie quam primo paulus
intravit ut habetur supra xvi. et ab ea
ultimo recessit ut hic habetur et veni
mus ad eos troadem ubi expectabant
comites pauli qui eum precesserant
ut dictum est ubi demorati sumus diebus
septem ad audiendum consolacionem. Una
autem sabbati hic secundo ponitur pauli pre
dicacio cum dicitur Una autem sabbati
i. die dominica que est prima post sabba
tum. Cum venissemus ad frangendum
panem presentacione corporali paulus
disputabat cum eis prius reficiens eos
panem verbi divini profecturus in crastinum
ut verba que recedens dicebat acciperent
in cordibus audiencium impressa rema
nerent protraxitque sermonem multum solli
citus de cibo spirituali magis quam de corporali
Descendens autem hic tercio ad confirmacionem
doctrine pauli ponitur suscitatio mor
tui ut patet in littera usque ibi Incubuit super
eum et complexus compassione dicit orans
pro eius suscitacione Nolite turbari etc. Reddit

cum pro ipsum adolescente resuscitatum asce
dens autem ad cenaculum unde nunc
nos ceciderant frangensque panem et gus
tans i. modicum accipiens Satisque allo
cutus est cum instantes ubi cum dispu
tans allocutus est usque in lucem dei et
sic profectus est ex quo patet sollicitudo pauli
pro salute proximi quia prestitus in mini
sterium pro totam noctem non dormivit in tota
predicationi usque ad media nocte et tunc
suscitato euthico et modico pane gustato
to sermone resumpsit usque ad diem clara
et sic iniit viam suam adduxerunt autem
puerum viventem i. constitutum eum et
consolati sunt non minime de vita pueri et de
facto miraculo ad gloriam dei. Nos autem
hic describitur ponitur locus in quo
paulus reduxit mora s. ad miletum
ad quod primo describitur accessus secundo sapis
situs ibi amuleto autem tertio flebilis
recessus ibi tamen hoc dixisset et primo
dicitur nos autem ascendentes navem sa
paulo navigavimus in asson nomen est
loci ubi paulus venit per terram assump
to eo scilicet paulo venimus civitate
hec nomen est insule et inde navigantes
sequenti die venimus contra chium aliqui dicunt
quod sit due domus aliqui dicunt quod
una tantum alia die applicuimus samum no
men est portus et sequenti die venimus mi
letum ubi proposuerat paulus aliquid tam
pauper et reddit rationem quare na
vigando transierat ephesum absque applica
tione ad locum que erat civitas metro
polis et in qua paulus frequenter predica
verat cum subditur ne qua mora
illi fieret in asya Si enim declinasset
illuc opportuisset eum diutius morari
propter multitudinem credentium et solemp
nitate loci et causam festinationis pau
li subditur ut diem penthecostes faceret ihe
rosolimis i. solempnizaret erat enim
illa dies solempnis propter datum legis
quantum ad decalogum precepta quae ? ?

manet in lege nova et propter datum
spiritus sancti credentibus et in signo visibili
suo et C Amuleto hic ponitur conseque
ntus quia paulus invitavit ibi mi
nistros ecclesie de tota ephesina dyocesi
exhortatus eos ad bonum regimen ecclesie
dei informans eos primo contra semina
persecutionem secundo contra fraudulentiam de
ceptorum ibi attendite vobis tertio contra
concupiscentiam temporalium bonorum
ibi argentum autem et omnibus ponit se
pro exemplar docens secundo rubo principes
patet usque ibi et temptationibus i. peric
lis mortis que michi acciderunt ex in
sidys iudeorum propter quibus tamen nichil
omisi de pertinentibus ad verum salu
tem et docerem vos publice et per domos
i. private testificans iudeis atque gentilibus
indifferenter in deum primam i. annun
ciando eis penitentiam in deum credi
navite et nunc ecce alligatus ego
spiritu i. compulsatione spiritus sancti ad hoc
astrictus cui tamen nolo propter te in omnibus
obedire vado in iherusalem que in ea ventura
sunt michi ignoraris in speciali. Scribe
tamen in generali ideo subditur nisi quod
spiritus sanctus per omnes civitates i. frequenter
protestatur michi dicens quod vincula et
tribulationes iherosolimis me manent
i. ibi me expectant. Sed nichil horum
vereor i. timeo sustinere propter ipsum nec
facio animam meam preciosorem
quam me i. quam animam meam intellectivam
que dicit ipse homo eo quod non lege dei quod
totum nominatur a parte nobiliori certa
patent usque ibi quia propterea contestor vos
hodierna die i. hac ultima vite pro
omnibus quia mundus sum a sanguine
omnium scilicet virum Si dicatur in contrarie
aliquid que perierunt et subditur causa non
enim subterfugi propterea quecumque pericula in
nuncia ilii quo minus annunciare omne
consilium dei vobis de pertinentibus ad sa
lutem. Attendite vobis hic conseque

informat eos fraudulentia deceptorum di-
cens attendite vobis in persona propria et
universo gregi commisso vobis regendo in quo
scilicet grege vos spiritus sanctus posuit episcopos
id est custodes sub nomine enim episcoporum intelli-
guntur alii etiam ministri unde episcopus grece
superintendens latine. Et huius vigilancie
subdit causam dicens ego scio prenuncia-
tionem spiritus sancti quia intrabunt post disces-
sionem meam lupi rapaces in vobis id est falsi
apostoli ad decipiendum vos. Et ex vobis ipsis
exsurgent viri loquentes perversa id est heretica cor-
rumpentes articulos fidei. Propter quod
vigilate per custodiam gregis vobis
commissi memoria retinentes ea que
predicavi vobis. Ideo subditur quia
per triennium etc. quia nisi dominus custodierit
civitatem frustra vigilat qui custodit
eam. Propter hoc ideo subdit et nunc co-
mmendo vos deo et verbo gratie eius id est sacre vel
efficaciter verbum enim in scriptura frequenter
accipitur pro opere Luce 2. quid est verbum
quod factum est. Et maxime in deo
cuius dicere est facere ps. 32. dixit
et facta sunt. Qui potens est edificare
per gratiam in presenti et dare hereditatem
glorie in futuro. In sanctificatis omnibus.
Nam ibi nullus admittitur nisi
sanctus. Argentum autem hic consequenter
informat eos contra concupiscentiam
temporalium proponens exemplum quod
erat eis per experientiam notum. Ministraverunt
manus iste quoniam cum vos visitavit
de proprio labore viventes et suscipere ad
doctrinam fidei infirmos qui sunt enim rudes
et ad credendum tardi. Licet enim paulus
posset accipere sumptus ab illis quibus
predicabat tamen frequenter abstinebat
ne fructus predicationis impediret
in illis qui propter avariciam suam a cre-
dendo tardi predicationis retraherentur.
Subdit etiam dicens ut meminisse ver-
bi domini ihesu quoniam ipse dixit
licet hoc non habeatur in evangelio te-
nendum est tamen simile quod dixit quia

non omnia eius facta sunt scripta Jo. ultimo
et multominus omnia eius verba. Sed paulus
revelationem habuit a christo verbum
sicut et eius evangelium gratis. Propter hoc beatius
est magis dare quam accipere. Et hoc vo-
luerunt aliqui dicere quod maioris
perfectionis est divitias proprias in seculo
pauperibus erogare quam in religione men-
dicare. Sed hoc reprobatur libro de eccle-
siasticis dogmatibus ubi dicitur bonum
est cum dispensatione bona pauperibus
erogare sed melius est intentione se-
quendi christum simul totum donare et absolutum
cum sollicitudine cum christo egere. Et secundum
totam veritatem dicit quod ascendit me-
lius facere qui utuntur rebus suis et
parvos fructus possessionum pauperibus
dividunt vel sequitur non tamen sed
adeo videtur valde bene omnia et
dare pauperibus et veni et sequere me. Preterea
quod verbum istud beatius est etc. intelli-
gendum in aliis partibus que non sunt
in proposito. Et cum hoc dixisset hic ultimo
ponitur pauli flebilis recessus eo quod
dixerit quod non viderent amplius faciem
eius et precipue hoc. Orabant cum
omnibus illis scilicet prosequentes eum
a quibus recedebat et dixit ducebant
eum usque ad navem quos secum ducebat scilicet christi.

Cum autem
factum esset etc. Hic ponitur ter-
tius locus in quo paulus fecit
aliquam moram scilicet civitas tyri. Ad quam primo
ponitur accessus et consequenter hic
aliqua loca per que transivit paulus
sine mora et patet litera secundum illud
quod illud quod ponitur in aliquibus libris
deinde mirandum non est de textu nec
est in libris correctis. Et phenicem nomine
que est provincie et venimus tyrum et sub-
ditur causa cum dicit illic enim navis
in qua eramus erat expositura onus
quasi dicat propter hoc necesse fuit quod ibi applica-
remus. Inventis autem discipulis id est christianis

mansimus ibi diebus septem ad consola-
cionem nutum amplioris post inmigra-
cionem et ad credendum vinculationem
spiritualem consolacionem qui paulo dice-
bant per spiritum prophetie ne ascenderet Jero-
solimam. Sciendum quod hoc non dicebat
immediate per spiritum sanctum qui paulo dice-
bat illuc accedere et sic contraria diceret
sed per spiritum prophetie habebant quod si pau-
lus ascenderet in Jerusalem ubi sustineret
persecuciones propter quod ei compacientes ex
suo spiritu suadebant ne illuc ascenderet
est enim in alciori situ quam tyrus et
cetera patent. ¶ Nos vero hic ponitur
quartus ubi moratus fuit aliquan-
tum in cesarea ad quam describitur acces-
sus cum dicitur nos vero navigacione
expleta id est dispensata transitu a tyro des-
cendimus ptholomaydam quam nunc dicunt
acon et salutatis fratribus id est xpianis ibi
manentibus mansimus die una ista
mora propter sui brevitatem non addit ad
numerum aliorum quatuor. Alia autem die pro-
fecti venimus cesaream palestine
quam herodes in nomine cesaris appellavit
cesaream que prius turris stratonis di-
cebatur et intrantes domum philippi e-
vangeliste. aliqui dixerunt quod iste fuit
philippus apostolus eo quod dicitur hic evangelista
id est annunciator evangelii ex officio quod
specialiter pertinet ad apostolos sed istud removetur
per hoc quod subditur qui erat unus
de septem scilicet dyaconibus de quibus
habetur supra vi° capitulo. Si enim esset philip-
pus apostolus diceretur unus de xii. dicitur
ergo iste evangelista quia tempore perse-
cucionis alibi evangelium predicavit fer-
venter. Huius iiii° ca° supervenit quidam
vir habens spiritum prophetie ut habetur
supra xi. tulit zonam pauli et alligans
sibi pedes etc. in hoc imitabatur mo-
dum prophetarum antiquorum qui prophetabant aliquando
non solum verbis sed etiam factis sive signis

Jeremias posuit cathenas ligneas
in collo suo Jeremie xxvii. ad significandum
quod illi de quibus prophetabat du-
cerentur in captivitatem cathenati cetera
patent. ¶ Post dies autem postquam de-
scriptus est progressus pauli per viam
hic consequenter describitur eius accessus
ad Jerusalem ubi spiritum veniebat
ad tollerandum persecuciones sanctis
unde persecutus fuerat etiam ideo di-
viditur in duas partes quia primo po-
nitur eius benigna recepcio secundo
eo maligna persecucio iudeis ibi Cu-
mque septem dies. prima in duo quia primo
ponitur pauli recepcio secundo sibi facta
persuasio ibi dixerunt ei etc. primum
dicit post dies autem istos in mansio-
nis in cesarea ascendebamus in Jerusalem
que est in altiori situ quam cesarea. Ve-
nerunt autem quidam ex discipulis
volentes providere paulo et suis sociis
de hospicio. ¶ Cyprium quendam antiquum
discipulum id est a longo tempore in fidelita-
te probatum iste iason videtur fuisse
domicilium habens in cesarea et in Jerusalem ubi ca-
ritative recepit paulum et cum venisse-
mus Jerosolimam libenter exceperunt
nos fratres id est xpiani in Jerusalem habitantes
sequenti autem die introibat paulus
nobiscum ad Jacobum episcopum Jerosoli-
mitanum cetera patent. ¶ Dixerunt quod
ei hic consequenter describitur persuasio
facta paulo etc. quia secundum quod aliqui
detrahentes paulo seminaverant in Jerusalem
quod ipse predicans iudeis palam pro-
fessus dixisset affirmabat eis illicitum
esse etiam illo tempore circumcisionem et
alia legis cerimonias observare quod non
erat verum quia thymotheum circumcidit
ut dictum est supra xvi. propter quod ad remo-
vendum scandalum iudeorum in Jerusalem
persuaserunt paulo Jacobus et alii se-
niores ut purificaret in templo cum

quibusdam nazareis ut dicitur cumbus
apparet factum quod de ipso fuerat dictum
et ipse consensit ut faceret quod erat
sibi licitum illo tempore amouens scanda-
lum infirmorum Primo igitur circa hoc ponitur
persuasio Jacobi secundo assensus pauli ibi
tunc paulus prima pars circa patet considerantibus
praemissis ex textu quod dicuntur et omnes
emulatores sunt scilicet legis ne statim
dimittatur tamquam illicita sicut ri-
tus gentilium Audierunt enim de te etc. quod
hoc doceas quod tunc non est bonum apostolum
conuenire multitudinem de te nobis scilicet
scandalizatam et impediet illis i. fac obla-
tionem cum illis qui solent fieri in tali-
bus scilicet cumulatis et ipse custodiens legem
tamquam adhuc seruari licitam Dum tamen
non ponatur ibi fides tenendo quod sine
tali obseruantia fides christi non sufficeret
ad salutem ideo subditur de hiis autem
qui crediderunt ex gentilibus quos salua-
ri credimus per fidem christi sine circumcisione
et aliis legalibus ut habetur supra 15
scripsimus iudicantes ut abstineant etc. pro
iudaeorum et gentium quam societate suadet
ut dictum est supra 15. Annuntians expletionem
dierum purificationis hoc enim decebat
eos purificatos cum illis nazareis quorum
purificabatur in uno uoti sui expleto unus
dies. Dum autem hic consequenter describi-
tur pauli persecutio ¶ secundo subditur
pauli appellatio capitulo xxv. ibi festus
autem primo ponitur persecutio pauli in
iherusalem secundo apud cesaream capitulo xxiiii. ibi
adhuc in duo quia primo ponitur ipsa
persecutio. secundo persequentium dissuasio capitulo xxiii
¶ Dicens autem paulus primum adhuc
in duo quia primo intenditur pauli captura
secundo eripitur ibi querentibus autem
Circa primum dicitur Dum autem septem
diebus consummarentur consummatio istorum
dierum accipienda est a principio ascensus
pauli in iherusalem et tunc glosa quia iam dies
ista erat consummata scilicet appropinquabat ita

secundum ueritatem erant dies quindecim et hoc
dicit glosa ad uerificandum illud uerbum
quod dicit paulus infra 24 non sunt plures
mihi dies quam 12 ex quo ascendi ad-
orare in iherusalem quia cum istis 4 oportet
addere diem in qua dissoluit paulus
saduceos et pharizeos et illam aliam in
qua ductus fuit cesaream ut patet
ex textu et illi 4 dies post quos princeps
sacerdotum accusauit paulum in cesarea
ut habetur infra 24 quibus simul
iunctis sunt 12 dies praecise sed hoc modo
loquendi uidetur contrarium scilicet quod
praecise dies dicatur vii ¶ te potest
aliter dici scilicet quod dies illa purificatio-
nis fuit septima ab ingressu pauli in
iherusalem ut textus innuit vii dies qui-
bus princeps sacerdotum uenit cesaream
accusare paulum ¶ Incipiunt a pauli
purificatione et captione exclusive et
sic habentur 12 dies praecise dies autem
in qua soluit ab inuicem pharizeos
et saduceos et alia in qua ductus fuit
cesaream simul concurrunt cum duo-
bus primis de illis quinque quibus princeps
sacerdotum uenit cesaream hii qui de
asia erant iudei in iudaismo obstinati
qui uiderant paulo contrarii erant ¶ cum
uidissent eum in templo ubi erant
iudaei obstinati multitudo concita
uenit omnem populum et iniecerunt ei ma-
nus clamantes eum morte dignum
ideo subditur hic est homo qui aduer-
sus populum et legem et locum hunc omnes
ubique docens scilicet dicebat quod pau-
lus praedicabat gentibus uerbum dei de-
notare iudeis ipsum repellenti-
bus ut patet in pluribus locis supra et infra
legem nouam praedicabat ueteri regimen de-
cebat non sacrificium scilicet eucharistiae ubique
posset offerri et non solum in iherusalem ubi tunc
licitum erat offerri sacrificia ideo inmisit
et gentiles induxit in templum contra ad illa

ptem in qua occulant homines in me
diam ingredi non poterant ubi puni
ebantur nazarei adque estima
bant paulum gentiles induxisse et
apprehendentes paulum trahebant eum
extra templum ut ibi occiderent. sic
ioiada pontifex fecit educi athalia
extra septa templi ut ibi interficeretur
ij par. 23. et statim clause sunt ianue
ne templum contaminaretur eorum
morte. ¶ Currentibus autem hic conse
quenter paulus de iudeorum manibus er
ipitur primo tribunus eripit illum secundo
paulus petit alloqui populum ibi et
cum cepisset etc. primo ergo dicitur nunciatum
est tribuno cohortis qui erat in
posita custodia civitatis et iussit al
ligari cathenis duabus ne posset
evadere donec inquisivisset de eo certi
patenter usque ibi tolle eum scilicet de vita
presenti tamquam vivere indignum ¶ Et cum
cepisset hic consequenter paulus petit
alloqui populum et dividitur in duas partes
quia primo ponitur huius allocutionis
occasio ibi et cum cepisset etc. in castra
i. in fortalicium ubi manebat tribunus
cum militibus. Si licet michi loqui
etc. humiliter petit ut aliquid impetret
quod quesierit qui dixit ei grece nosti etc.
videtur quod iste tribunus ante fuit grecus
propter quod petebat si paulus sciret
linguam ut sibi loqueretur ydiomate
magis sibi noto et ut iudei assisten
tes non intelligerent. nonne tu es egyp
cius etc. de isto dicit Josephus xx libro
antiquitatis Iudaice quod venit in
iudeam fingens se prophetam et congregavit
sibi multitudinem ducens eam contra
urbem dicens quod ad eius iussum mu
ri urbis corruerent et sic intrarent
subito et bona caperent civitatis sed
felix preses preveniens cum multis arma
tis multos occidit et aliquos vi
vos cepit ille vero fugit pseudopropheta profugus

disparuit et probabile est quod multi
cum eo sic evaserunt licet Josephus
non dicat et eduxisti in desertum primo
cum illos eduxit in desertum et postea
reduxit prope urbem ut depredaretur ci
vitatem modo predicto quatuor milia virorum
sicariorum. Est autem sica gladius bre
vis quo utebantur latrones et ho
micide unde sicarii dicebantur et dixit
paulus se excusando Ego homo sum
quidem iudeus a tharso cilicie natus
et sic non sum ille egyptius non ignote
te civitatis primo secundo se municipem
i. habitatorem. rogo autem te permitte me
loqui ad populum volebat enim predicationem
sue conversionis annunciare christi predicare
et incredulitatem iudeorum ut patet ex sequen
tibus ¶ Et cum permisisset hic consequenter
ponitur allocutionis occasio in qua
paulus ad hoc primo disponit secundo
propositum exequitur [illegible] primo
dicitur et cum ille scilicet tribunus per
misisset paulo loqui paulus stans
in gradibus ut melius audiretur ab
omnibus insuper annuit manu ad
plebem ut faceret silencium secundo xxij ca.

Viri fratres hic

V consequenter paulus propositum
exequitur et primo ponit eius
narratio secundo plebis attentio ibi au
dientes autem 3o cause dispositio ibi mi
rantibus autem per vices [illegible] primo pau
lus narrat statum iudaice conversationis
secundo suam ad christum conversionem ibi fac
tum est autem 3o sibi factam in templo visio
nem ibi factum est autem michi etc. primo
dicit paulus Viri fratres et patres ad mi
nores et patres quantum ad maiores au
dite diligenter que sequuntur magis
prebuerunt silencium tamen quod prius fecerunt
ipsum esse iudeum tamen quod lingua illam
melius intelligebant quam aliam ego sum
vir Iudeus natione religione natus

tharso cilicie ubi pater pauli fuerat civi-
tatus. Nutritus autem in civitate ista scilicet
urbem ubi fuerat missus a patre pro studio
sacre scripture quod vigebat ibi secus
pedes gamalielis i. in doctrina eius qui
erat doctor valde famosus ut habetur
supra quinto capitulo emulator legis i.
zelans pro eius observatione quod de-
clarat per effectum qui hanc viam scilicet
doctrinam christianam persecutus sum usque ad
mortem intendens ad ultimam perniciem ut
habitum est supra 8o et 9o capitulo sicut prin-
ceps sacerdotum testimonium reddit michi
i. expugnaverat cum literas sibi datas a prin-
cipe sacerdotum et consilio maiori que
sibi erant in testimonium istorum. ¶ Factum est
autem hic consequenter narrat suam mi-
rabilem conversionem eius sicut dictum est
supra ix capitulo usque ibi deus patrum nostrorum
preordinavit te sua benignitate ut
cognosceres voluntatem eius de tua
conversione et videres iustum scilicet christum
hominem deum quem vidit in raptu
non oculis corporis sed mentis et audires
vocem ex ore eius dicentis saule saule
quid me persequeris etc. quia eris testis
illius scilicet christi ad omnes homines iudeos
et gentiles. baptizare et ablue peccata
tua percipiendo baptismum qui est sacra-
mentum fidei invocato nomine ipsius
tunc in nomine christi debebatur baptismus
omnibus datis supra ij capitulo. ¶ Factum est autem
hic consequenter narrat visionem sibi factam
dicens factum est autem revertenti michi
in ierusalem hec non fuit immediate post suam
conversionem sed cum lustrasset arabiam
redijt in damascum unde ierusalem ut dictum
est supra ix capitulo et habetur in epistola ad galathas
primo capitulo fieri me in stupore mentis i. in
raptu et videre illum scilicet christum in vi-
sione ymaginaria et intellectuali
festina et exi velociter ex ierusalem q.d. i-
nutiliter ibi remaneres ut subditur
causa quia non recipient testimonium
tuum de me quod ad intus paulus

vidit. Domine ipsi sciunt etc. q.d. pro ea
que feci contra te et fideles tuos de-
berent esse certi quod nullo modo te pre-
dicarem nisi de veritate certificatus
essem. Vade quia ad nationes longe
mittam te q.d. gentiles illud i. verbum
recipient quod iudei in domo solummodo
impugnant. Audiebant autem hoc. conse-
quenter ponitur ortus clamoris contra
paulum quod verbum eius ultimum
inflammabatur quod iudei maxime
habitatores in ierusalem essent adeo repleti
et gentiles quos iudei viles reputabant
essent a deo electi ideo clamabant
paulum debere mori. ¶ Vociferantibus
hic consequenter inquiritur causa dicti
clamoris et dividitur in duo. quia primo
attentatur indebitus inquirendi modus
et subditur alius debitus ibi post-
ea autem dicta primum dicitur vocife-
rantibus autem eis etc. clamore ostende-
rent quod paulum non potuerunt
sustinere et proicientibus vestimenta sua in sig-
num doloris et pulverem iactantibus
in aerem ascendente furore contra
pauli iussit tribunus induci eum in
castra ut causam dicti clamoris in-
quireret per tormenta et ea sufficeret
cum doloris ut flagellaretur et tor-
queretur. Dixit astanti sibi cen-
turioni qui preerat tortoribus ne
modum tormenti consuetum excederet
vel diminueret. Si hominem romanum
et indempnatum licet vobis flagellare
q.d. certum est quod non. cives ro-
mani reputabantur nobiles per totum
orbem eo quod civitas romana do-
minabatur orbi nobiles autem non
questionabantur tunc temporis sicut adhuc
non questionantur in multis locis. cetera
patent usque ibi. Ego multa summa
scilicet pecunie civilitatem istam consecutus
sum sed ut civis romanus essem q.d.
quod cives romani facilius dicitur qui

pauper et abiectus in dictis. Et paulo
ait. Ego autem et natus sum civis ro
manus q. d. preciosius quam habeo in
hac civilitate quia tam pater eius paulo
in signum nobilitatis habuit civitatis
ut dictum fuit supra primo thymothei
ii^o. et sic paulus eius filius natus
fuit romanus cives autem ingenui
erant cives romani. Tribunus quoque ti
muit ne complicacione pauli ad tor
menta accusaretur superioribus romanis
Postea autem die hic consequenter ponit
alius inquirendi modus videlicet scilicet
per eius socios et eos diligenter inquire
de reputacione licet ipsi ibi. Et ego omni
conscientia bona conversatus sum ante deum
et non solum ante homines sicut faciunt
ypocrite q. d. sine causa persequimini me
princeps autem sacerdotum etc. dolens
eius de hoc quod paulus se iustificabat
iussit percuti os eius per hoc insinuans
quod falsum dicebat. Percuciet te deus
paries dealbate i. habens apparencia
tamen iusticie sed non veritatem. Summum
sacerdotem dei maledicis q. d. Si non
esset aliud crimen contra hoc tamen meruisti gravem
penam. Dixit autem paulus. Et
consequenter nesciebam fratres etc. De longin
quis enim partibus venerat ut patet
supra et ideo in urbe stetit propter
quod personam summi pontificis non cognosce
bat. Scriptum est exo. xxii. Sciens autem
paulus. Consequenter describitur paulus
preservatus hic consequenter describitur propter
eorum dissencio sicut enim unitas bonorum
est ut bona sic unitas malorum
est nociva bonis propter quod dissensio e
expediens ut per hoc eorum malicia
impediatur propter hoc paulus eorum
dissensionem procuravit et divisit eum
i. d. quia primo ponitur huius disse
sionis procuratio. Secundo oritur contra paulum
eorum machinatio ibi facta autem
die etc. Primum dicitur. Sciens autem
paulus etc. quia per magnum tempus ante

incepterant iste secte ut dicit Josephus
antiquitatis in libro xviii. Exclama
vit in concilio ut ab omnibus audiretur
Ego pharizeus sum et ad hoc quod
ostendat resurrectionem spem etc. Filius
pharizeorum pater enim suus
spiritualis qui eum instruxerat scilicet
gamaliel pharizeus fuit ut patet
supra v^o. ca^o. et ab pater suus carnalis
qui eum posuerat sub disciplina ga
malielis. De spe resurrectionis mortuorum
quam predico ego iudicor i. ad mortem ad
dampnari queror. Et cum hoc dixisset
facta est dissensio nam pharizei eius
dicta comprobant saducei non replicabant
propter causam subditur cum dicatur saduc
cei autem dicunt non esse resurrectionem
mortuorum et sic negabant vitam futu
ram nichil enim immortale dicebant
esse in homine neque angelum negabant
enim bonam creaturam spiritualem neque spiritum
generaliter nam ipsum deum dicebant
esse corporeum propter quod de libris sacre
scripture recipiebant tamen v. libros moy
si qui minus expresse locuntur de istis
quam libri prophetarum et hic error processit
ex hoc quod intellectus humanus semper
intelligit cum fantasmate quod non potest cor
poralia transcendere unde cogitans angelum
format sibi fantasma hominis alati
et cogitans deum format sibi fantas
ma magnum regis magni et hic error
procedentis processit etiam ex hoc intellectu
scripture que deo attribuit formam cor
poream manus oculos aures etc. cor
poris membra per que virtutes eius
spirituales intelliguntur ut dicit Dionysius in mistica
theologia oculos dicatur quia cuncta
videt manus quia omnia operatur et
sic de aliis consequenter causa processit er
ror quorumdam simplicium monachorum
deum esse corporeum existimancium propter
quod vocati sunt antropomorphite ut
patet de libris de collacionibus patrum fuit est

autem clamor magnus phariseorum
cum saduceis disputacio. Et quidam surgentes
quidam phariseorum pugnabant verbis pro
paulo dicentes nichil mali etc. quem
prius persequebantur ad mortem modo dicunt
innocentem quid si spiritus sanctus dominus lo-
cutus est ei aut angelus quasi diceret
nichil est miraculum quia utriusque legitur
in libris moysi quos recipiebant sadu-
cei nam deus legitur locutus cum
abraham et eciam angelus domini in
pluribus locis ut patet et in hoc arguebant
contra saduceos constitutum ab eis re-
cepta. timens tribunus ne discerperetur
paulus ab ipsis scilicet saduceis cetera
patet in littera usque ibi sic te oportet et roma[e]
testificari ut per hoc motus fuit ad ce-
sarem appellare infra xxv. Facta autem
die hic consequenter noua machinatio co-
tra paulum cogitatur et primo describitur et
quia cum audisset tertio ponitur dicitur. Facta
autem die fecerunt collectionem se quidam ex
iudeis dolentes quod paulus sic eua-
serat. feruenter cetera patent usque ibi nunc
ergo vos notum facite tribuno cum consilio ut producat illum ad vos tanquam aliquid certius cognituri de eo. nos vero prius quam appropiet parati sumus interficere illum.
[illegible] expeditamur [illegible] et vos habe-
beatis intentum vos notum facite tri-
buno cum consilio iungatis sic littera vos
cum consilio i. vos simul consiliati pharisei
zei et saduci ne per vestram dissensionem
impediatis pauli mortem. Notum facite
tribuno Rogantes eum ut adducat illum
etc. usque ibi Quod cum audisset hic con-
sequenter dicta machinatio frustratur dicta quia
primo ponitur de machinacionis reue-
latio secundo eiusdem frustracio cum tribunus
igitur dicta primo dicitur quod cum audisset
filius sororis pauli quod erat pro-
phetatus conuencio quia pro vel contra
eum posset fieri venit et intrauit in
castra et iuit ad eum possent tamen
dicere quomodo intrauit cum tamen quia non erat pro
iudicium condempnatus sed quia erat ci-
uis romanus. Vocans autem ad se vnum decu-
rionibus dicit autem centurio qui habet
centum homines in armis sub se tribunus
vero qui habet mille. et sic misit iuvenem ad
maiorem cetera patent usque ibi apprehendens
autem tribunus manum illius
ut loqueretur ei secrecius et seorsum ne
[illegible] quod paulus ad eum aliquem nomine
mitteret in secreto. Iudei conuenerunt roga-
re i. iudei conuentum fecerunt de roga-
do te ut crastina die producas paulum
volentes per hoc accidere cum comitatus
prius i. cum quo conuitus eis educ-
tum pauli ad eos inuolaret ipsum. Tri-
bunus igitur hic consequenter describitur
reuelatos machinatores frustratos primo
quod interim ductus fuit paulus
cesaream ad presidem qui erat iudex superi-
or et hoc est quod dicitur tribunus
igitur dimisit adolescentem ut nemini
[illegible] preces cum [illegible] loqueretur i. forte
propter hoc de ductio pauli in cesarea im-
pediretur cetera patet usque ibi timuit
enim etc. totum istud usque ibi in medio sine
quod precedam acceptimus non est de textu
nec est in libris correctis sed fuit
quedam glosa reddens racionem quare
tribunus mittebat paulum cum securitate
tanta quia post ea postiores fuit tex-
tui insertam. Scribens autem epistolam
continentem hoc scilicet cum missionis
et cum superioribus tantis et cetera usque ibi hic
considero crimini cognito quod romanus
est. hoc dicit ad acquirendum presidis
beniuolenciam quod habens magnum zelum
de ciuibus romanis et quod eripuit eum
de manibus iudeorum non
prius eum cognouit quod esset ciuis romanus sed postea
cognouit quod eum accusare volebant ut
habetur supra in fine capituli xxii. Deduxi eum
in consilium eorum ut audirent ut i
[illegible] nomen
sedias iudeorum in antipatridem nomen
est cuiusdam ciuitatis ex qua ultra
est cesarea et magis prope cesaream et
cesarea et magis prope cesaream ipsa
die dimissis equitibus ut cum eo irent
scilicet cum paulo reuersi sunt ad castra i.
ad munitionem que erat ierusalem. ideo autem
reuersi fuerunt milites et lanceari quia erant
pedites quia paulus erat prope ciui-
tatem cesaream. audiam te inquit cum

cum fratres tui

accusatores tui venerint melius enim inquiritur veritas in presencia partium quam in absencia alterius. Iussitque in pretorio herodis i. quod fuerat herodis custodiri eum. herodes enim ascalonita renovavit et ampliavit illam civitatem vocavitque eam cesaream in honore cesaris que prius dicebatur turris stratonis et ibi edificavit pretorium quod adhuc retinebat nomen actoris scilicet herodis. xxiiij capitulum

Post quinque autem dies. superius descripta est presentacio pauli in iudicium hic consequenter ponitur eius presentacio apud cesaream et dividitur in tres partes quia primo ponitur pauli accusacio secundo eius defensio ibi Annuit autem paulus tercio iudicis iussio ibi distulit autem eos primo patet littera usque ibi. Et tertullo paulo presentato iudici ut videret ad obiecta cepit accusare tertullus orator ad hoc adductus et primo secundum modum boni oratoris captat benivolenciam iudicis dicens cum multa pace agimus i. vivimus istam tempus et multa corriguntur ad consumacionem pacis gentis per tuam providenciam i. per tuum regimen semper et ubique suscipimus regimen tuum cum omni graciarum actione etc. Ut autem non diutius te protraham etc. timeo tempus et laborem prolixitate orare breviter audias nos pro tua clemencia q.d. que petimus sunt exaudiri digna. Consequenter accusat paulum dicens Invenimus hunc hominem pestiferum nocivum q. pessima malicia nocivum et dignum et concitantem sedicionem omnibus iudeis cum tamen esset predicator concordie et pacis et auctorem sedicionis secte nazarenorum i. christianorum a ihesu nazareno sic dictorum qui eciam templum violare conatus est i. introducendo ingentiles hoc eum imponebat pro falso ut patet supra capitulo xxi. circa quod trophimum in templo. Voluimus secundum legem nostram iudicare q.d. istud pertinet ad

nos sicut et cultum templi custodire etc. patet usque ibi. Adiecerunt autem et iudei ad applaudendum verba tertulli. Annuit autem. hic consequenter ponitur pauli defensio et primo captat iudicis benivolenciam dicens ex multis annis te esse iudicem genti huic rebelli et male regibili sciens q.d. per hoc manifeste apparet bonitas tui regiminis quod tam diu habuisti regimen huius gentis et ideo ego sciens bono animo pro me satisfaciens confidens de tua iusticia et mea innocencia. Consequenter vadit ad obiecta et primo ad primum scilicet de concitacione sedicionum et dicit potes enim cognoscere per multos testes fide dignos quia non sunt mihi plus dies etc. sicut declaratum est supra xxi. capitulo. Neque in templo invenerunt me cum aliquo disputantem que disputacio facit aliquando commocionem audiencium aut concursum turbe facientem quod est sedicionis signum neque in synagogis neque in civitate supple invenerunt me neque probare possunt tibi illa supple de quibus nunc accusant me et tamen deberent probare cum sint actores. Consequenter hic vadit ad aliud scilicet de secta nazarenorum quam confitetur se tenere tamquam sectam bonam dicens Confiteor hoc autem tibi tamquam iudici quod secundum sectam nazarenorum quam dicunt heresim i. magis contra pertinaciam rigorum. Propterea quia contra testimonia scripturarum unde dicebant Io. 7. numquid propheta aliquid accidit et cum aut prophetis sic turbat hec que non novit legem maledicti sunt. Sic deservio deo patri meo credens omnibus que in lege et prophetis scripta sunt et in ihesu nazareno sunt impleta. Spem habens in deum de beatitudine superna presumi quod et hii ipsi expectant contrarium ad phariseos que eciam secundum eos non habetur nisi in resurreccione mortuorum iustorum scilicet et iniustorum.

premiabuntur et iniqui dampnabuntur
In hoc et ipse studeo sine offendiculo
conscienciam habere i. sine scandalo
scilicet actiuo ad deum et ad homines semper
non solum cauens offensam dei sed eciam
hominum quantum est ex me et sic offensa
accusatorum meorum procedit ex eorum ma-
licia. Post annos hic consequenter in-
dit ad tertium scilicet de violencia templi
dicens post annos autem plures ele-
mosinas meas ad gentem elias faciens
in gentes meas i. fideles in iudea ma-
nentes qui suas vendiderunt posses-
siones ut habetur supra 2° ca°. Et quod
paulus pro eis faciebat collectas in
gentibus aliis ut habetur supra in
epistolis suis veni in ierusalem et oblationes
faciens et vota redditurus deo in quibus
venerunt me purificatum in templo
et sic ipsum non violaui sed magis hono-
raui non cum turba neque cum tumultu
venerunt me sed offerentem oblationes
meas deuote. Consequenter ondit qui
fuerunt illi qui in templo eum inue-
nerunt et tumultum fecerunt dicens quidam
autem ex asia iudei ut patet ex supra dictis
xxi quos oportebat modo apud
te presto esse et accusare etc. sed corporaliter ab- (i. presentes)
sencia ondit eos de culpabilitate in tem-
plo facta quod fecerunt sine causa. Aut hii
ipsi qui sunt hic presentes dicant si quid
inuenerunt in me iniquitatis cum stem
in concilio i. in iudiciali loco nisi de vna
ac sola modo voce q. d. ego non fui
causa dissencionis eorum sed ipsi inter
se inuicem pro defensione sectarum suarum
Distulit autem hic consequenter ponitur
visio iudicis et huius sententie processus
ca° 24 prima i. d. quia primo ponit
iudicis visio seu predicationis pauli
audite ibi post aliquos autem primo dicat
Distulit autem illos felix differendo
dare sciens certissime sciens de via bea-
titatis a paulo sermonibus formidabat cum turbare

iudeos motus timore humano sicut et
pylatus sciens innocenciam xpi tradi-
dit tamen eum iudeorum voluntati ne
contra eum aliquid machinaretur proconsul
cesarem dicens pro prosecutione huius di-
lacionis cum tribunus lysias descenderit
de vrbe in cesarea que est vicina sibi
audiam vos hanc autem ex consilio
accepit i. nobis tamen qui allegacione
sua dixerat quod de omnibus que
dicebat felix potuit a lysia cognoscere
veritatem iussitque centurioni custodire
eum scilicet paulum et habere requiem a cathe-
nis vel in prisionibus suis nec quemquam
prohibere de suis ministrare ei ne-
cessaria victus et vestitus. Post ali-
quod hic consequenter ponitur predicacio
pauli felici et eius vxori cum subdi-
tur et audiuit ab eo fidem que est in
ihesu xpo vxore sua iudea adhuc indu-
cente viri sui curiositate autem illo i.
predicante de iusticia consummanda ad xpi
et castitate ad seipsum et de iudicio futu-
ro eius consideracio induxit timore diuini
tremefactus felix ex auditu talium ven-
dit quod nunc attinet vade tunc cum
liberauit eum a clausura carceris
dimittens ei libertatem cum penitentem
ita tamen quod reduxit ad vocaturus
ipsum simul sperans quia pecunia ei
daretur a paulo q. d. non solum de-
dit paulo hanc libertatem iudicium di-
uini timore sed etiam cupiditate pecunie
biennio autem expleto istud biennium
non est tempus presidatus felicis alio-
quin non videtur verum quod dixit ei pau-
lus supra eodem ca°. ex multis annis te
esse iudicem huic genti sciens etc. sed est
tempus more pauli in cesarea tempore
cum felicis surrexerunt in iudea multi
latrones et fallaces prophete plurimum seducentes
ciuitatem et turbantes ut dicit Josephus
in quibus custodiis et remediis felix

fuit occupatus ita quod causam pauli
non determinavit atque eius determinacionem
differre volebat ut patet ex predictis At
cepit successorem felix porcium festum vel
scribitur in libris correctis ut ait nouit
cum Josephus xx libro iudaice anti
quitatis volens autem graciam prestare iude
is felix timens ne accusaretur ab eis
de malo regimine terre reliquit paulum
vinctum revocans libertatem quam dederat ei
cum per hoc non evasit accusacionem iudeorum
apud cesarem non pro paulo sed propter malam
terre gubernacionem ut dicit Josephus
libro predicto et sic contigit pylato qui in
favore iudeorum condempnaverat christum
non accusatus a iudeis fuit relegatus
in exilium sequitur cap xxv textus

F
estus ergo
posito tractatu felicis circa pauli
hic consequenter ponitur tracta
tus sui successoris ergo cum et
primo in pauli absencia secundo in eius presencia
ibi Et altera die circa primum dicitur festus
ergo cum venisset in provinciam iudee post
triduum ascendit Jerosolimam eo quod erat me
tropolis terre textus patet usque ibi insidias
tendentes id est tendere disponentes festus autem
respondit etc quia causis maxime crimi
nalibus sicut est mors vel vita hominis non est
procedendum leviter sed mature ¶ Et altera
die hic consequenter ponitur tractatus
in pauli presencia textus littera usque ibi circum
steterunt eum id est ut cum multitudine et
turbacione terreretur multas et graves cau
sas obicientes que non exprimuntur hic sed ex
responsione pauli patent immediate cum dicat
paulo omnibus rationem reddente ad ex
cusandum accusaciones contra quem nec contra le
gem iudeorum etc ut patet ex responsione pauli
capitulo precedenti ¶ Festus autem volens &c
Ibi est multiplex persecucio pauli a
iudeis in urbe iherusalem hic consequenter
ponitur eius appellacio per quam evenit de
iudea ivit roma sicut dominus dixerat ei
supra xxiii capitulo et dividitur in tres partes quia
primo pauli appellacio interponitur secundo de

appellacione consulitur ibi Et cum dies
aliquod tercio roma mittitur capitulo xxvi
circa primum dicitur festus autem volens
graciam prestare iudeis quia timebat
accusari ab eis sicut et plures alii
qui eum in eodem officio precesserunt res
pondens paulo non ad eius nutum propter quod
debuisset eum dimittere tamquam sine cul
pa dixit vales eum iudicare ut consi
tiret iherusalem ibi iudicari quod
erat paulo periculosum propter quod
habuit causam appellandi ideo subdi
dit ad tribunal cesaris sto quia festus
non habebat auctoritatem iudicandi nisi a ce
sare usque ibi nemo potest me illis
donare cum sim innocens ut patet ex predictis
eo quod nichil poterunt probare de cri
minibus impositis cum accusabat ideo
formavit suam appellacionem dicens cesarem
appello tamquam iudicem superiorem ad quem
licet appellare ab inferiori tunc festus
cum consilio locutus id est habito consilio
cum assessoribus videlicet cesarem etc deferendo
appellacionem sicut iustum erat
et dignum ¶ Et cum dies hic consequenter
de paulo appellante queritur consilium
propter admissionis cuiusmodi et primo
in eius absencia secundo in eius presencia ibi
altera autem die circa primum dicitur // Et
cum dies aliquot transacti essent ab
appellacione pauli Agrippa rex iste
fuit filius herodis agrippe qui percussit iacobum
angelus domini ut habetur supra xii et
Bernice soror eius ut dicit Josephus libro
primo de iudaico bello descenderunt cesa
ream ad salutandum festum tenebat enim
iste agrippa regnum suum a cesare ideo
voluit salutare festum qui iudeam
tenebat cesaris locum textus patet
usque ibi postulantes adversus eum dampn
acionem mortis ad quos respondi quia
non est romanis consuetudo donare ali
quem personis id est tradere magis ali
quem hominem pro nichilum priusquam is qui
accusatur presentes habeat accusatores etc.

aspectus eius et auditibus petram procurator
multum consenserunt iudei ad cognitionem ve-
ritatis certam patent usque ibi nullam
certa sciebat de quibus scilicet causis
ego suspicabar ut de homicidio vel
aliud huiusmodi questiones vero quasdam
de superstitione sua id est de religione iudeo-
rum quam bene nominat superstitionem quia
locutus est vana vel superstitiosa religio
que tunc vigebat apud iudeos magis
tenentes de traditionibus hominum quam de
mandatis divinis ut dicitur Mt. in-
hesitans autem ego de huiusmodi questione
quia gentilis erat nichil sciens de in-
decisis vite aut lege paulo autem ap-
pellante ut servaretur augusti cognitione
id est imperatoris sicut enim imperatores
romanorum vocati sunt cesares a Iulio
cesare primo imperatore ita nominati
sunt augusti et adhuc nominantur ab
augusto cesare eo quod multum auxit
imperium volebam et ipse hominem au-
dire nam agrippa iudeus erat et multa
de paulo audierat. ¶ Altera autem hic
consequenter queritur consilium inquisicionis pau-
li et primo consilium queritur secundo pauli
loquendi licencia conceditur capitulo xxvi
Primo patet per textum quod describitur
cum multa ambitione id est cum multo
apparatu et cultu vestium et potestatibus pre-
cedentibus et acclamantibus ut per magnitudinem
clamoris inclinaretur animus festi
ad concedendum mortem pauli de quo
quid certum scribam domino non habeo quia
sicut dictum est gentilis erat ignorans
causas et discordias que sunt inter iude-
os et christianos et maxime circa rex agrippa
qui erat iudeus ut interrogatione facta
a paulo aliquid haberem quid scribam de
eo et subditur causa sine racione enim
etc. supra xxvi capitulum ¶

Agrippa hic vero consequenter pauli
inquiritur et audivit in duas
partes quia primo auditur pau-
li responsio secundo super eam habetur collo ibi et
consurrexit rex. Prima adhuc in duo
quia primo premittitur responsio pauli ad
agrippam secundo ad festum presidem ibi hoc
loquente. ¶ Circa primum paulus captabat
agrippe benivolentiam dicens de omnibus
quibus accusor a iudeis rex agrippa
estimo me beatum apud te id est procedentem
ante iudicium cum sim defensurus me
hodie in tua presentia maxime te sciente
omnia que apud iudeos sunt id est religiones
illa mea legis et prophetie eo propter
quod obsecro patienter audias me. hic au-
dixit quia ante debat plura dicere
ut consequentibus patet ¶ Et quidem hic consequenter
prosequitur suam intentionem et primo
narrat conversationem in iudaismo secundo
persecutionem quam intulit populo christiano ibi
Ego quidem tanto sum conversionem ab
errore christiano ibi in quibus etc. Circa primum
dicit Et quidem vitam meam a iuventute
que ab initio in gente mea Ierosolimis
quia fuit ibi missus et eruditus doctus
gamalielis ut dictum est supra xxii quia secundum
certissimam sectam nostre religionis vixi phariseus
hi sunt secta enim saduceorum que incredibilis
dimittebat totam statim nulla erat eis
negaret generalem futuram resurrectionem
mortuorum et nunc in spe id est propter spem
ad patres nostros repromissionis scilicet de christo
venturo et de resurrectione et beatificatione
eorum sicut facta est a deo patriarchis
et prophetis sto iudicio subiectus tamquam ma-
lefactor et reus in quam scilicet spem xii tribus nostre
nocte et die servientes deo sperant devenire
nam pharizei non credentes christo spe-
rabant ipsum venturum ad resurrectionem
mortuorum futuram. Saducei vero spera-
bant ipsum futurum venturum hominem
temporalem sed potentem et temporaliter reg-
naturum et romanorum potentiam ablatu-
rum. negabat tamen resurrectionem mor-
tuorum iudei vero in christum credentes tene-
bat ad fidem eius dominum Ihesum nazarenum

completum sed sperabant ipsum venturum
ad iudicium et suscitaturum mortuos pe-
nas et premia singulis redditurum de
qua spe accusor a iudeis rex a phari-
seis obstinatis de hoc quod paulus di-
cebat ihesum nazarenum esse christum in lege
et prophetis promissum a saduceis vero
de spe resurrectionis mortuorum ideo sub-
dit quod incredibile iudicatur apud
vos etc. q. d. non est verum quia deus
legitur mortuos suscitasse in veteri
testamento ad preces helye iii° Reg. xvii
et ad preces helyzei iiii Reg. iiii. ¶ Et ego
hic scriptor narrat persecutionem quam
fecerat credentibus in christum etc. sicut
continetur supra viii et ix° ca° usque ibi cum
occiderentur ex quo videtur quod in
illa persecutione non solus stephanus fuit
occisus sed etiam plures alii de talibus sen-
tentia non tamen sicut iudex quia paulus
tunc non erat iudex sed adhuc iuve-
nis sed quia sententiam dictam approbabat
predicatorum et aliis senioribus assistebat
executoribus unde supra vii° ca° in fine
dicitur quod testes deposuerunt vestimen-
ta sua secus pedes adolescentis qui
vocabatur saulus et lapidabant
stephanum etc. compellebam blasphemare
i. negare ihesum nazarenum esse christum et
amplius insaniens in eos non
hoc non faciebant simul iudei sed eciam
persequebatur usque ad exteras civitates
que sunt extra iudeam sicut patet de da-
masco que est in Syria que dicitur
ys. vii. caput Syrie damascus.

In quibus hic scriptor narrat suam
conversionem mirabilem et primo eam
narrat, secundo ad propositum applicat ibi Hac ex
causa. prima patet ex dictis supra ix ca°
usque ibi omnes quam nos decidissemus
in terra hic suppletur quod supra ix et xxii
omittit scilicet de casu sociorum pauli cum eo.
non tamen ibi ii quod paulus simul cecidit sed
casus aliorum non exprimitur certum per-
tinet ex dictis supra ix° ca° usque ibi ad hoc
enim apparui tibi in [illegible] ut constituam
te ministrum et testem eorum que vidisti
et audisti istud est efficax testimonium
scilicet propria visu et auditum et eorum quibus
apparebo tibi sicut in hoc libro legitur
plures apparitiones divine revelationes
paulo post ea facte ut convertantur a
tenebris scilicet errorum ad lucem fidei christiane
et de potestate sathane in qua detine-
tur captivi per ydolatriam ad deum per
gratiam in presenti et sortem inter sanctos per glo-
riam in futuro et premia hec acquiruntur
per veram fidem subditur. Per fidem que
est in me tamquam in redemptore hominum
et glorificatore unde rex agrippa non
fui incredulus quod est nephas.
omnia hec predicta narravit paulus ut
agrippa magis sibi crederet sed hiis
qui sunt damasci primum ut supra ix.
et Iosol' non immediate post damasci
sed prius lustrata arabia rediit paulus
damascum et inde venit ierusalem annunci-
ans ibi christum ut dictum est supra ca°
ix. et xxii. digna opera penitentie
facientes ut sint cum equitate delictorum
sit equitas operum unde dicit Gre. Omne
unusquisque tanta debet quisque a se licita
restringere quanta se meminit illicita per-
petrasse. ¶ Hac ex causa hic scriptor
narrationem suam applicat ad suam
intentionem s. quod captivus fuerat et
statutus propter suam iustitiam d. hac ex ca-
usa scilicet quia annunciabat iudeis et gen-
tibus conversionem ad deum propter prius
capta me iudei cum essem in templo
in loco devotionis et non contemptionis
comprehensum temptabant me violenter
interficere ut habetur supra xxi° auxilio
autem adiutus dei usque perveniunt usque
in hodiernum diem sto scilicet firmus et constans in
meo proposito testificans minori atque

maiori i. indifferenter omnibus fidem
xpi nichil extra dicens quam ea que
prophete locuti sunt futura esse et moy
ses predixerunt de xpo venturo et im
pleta sunt in ihesu nazareno Si passi
bilis est xpus Hic accipitur si pro
quia hoc enim dixerunt prophete sicut
declaratum in pluribus locis exponendo li
bros eorum et vnum replico quod habetur
ys. 53. sicut ibidem fuit plenius de
claratum et ibi dicit de xpo tamquam
ouis ad occisionem ducetur et quasi
agnus coram tondente se obmutescet
etc. Similiter moyses hoc predixit prefigurando
legis et potissime agni paschalis fi
guram xpum pro salute mundi ymola
dum propter quod sanctus Johannes baptista
de ihesu nazareno dixit Ecce agnus
dei ecce qui tollit peccata mundi Jo.
primo. Similiter moyses scribens prophetiam
patriarche Jacob gen. 49. Non auferetur
sceptrum de iuda et dux de femore eius
donec veniat qui mittendus est etc.
que prophetia dicitur ad litteram de xpo ut
ibidem fuit declaratum et sic moyses
descripsit xpum de tribu iuda secundum carnem
nasciturum et per consequens tamquam passibile
habiturum. Et de deut. 32. Deum qui
te genuit dereliquisti et oblitus domini
creatoris tui secundum doctores antiquos
hebreorum hoc est dicere deum qui te
nasci fecit debilitatis et oblitus es domini
creatoris tui. Si primus ex resurrec
tione mortuorum Si pro quia quia primus
resurrexit ad vitam inmortalem sicut
manifeste predixit propheta dauid ps. 15
non derelinques animam meam in inferno nec dabis
sanctum tuum videre corruptionem etc. sicut
expositum est supra secundo ca. Lumen annun
ciaturus est populo et gentibus hec an
nunciatio fuit predicta ysa. 49. quod ad litteram
intelligitur de xpo sicut ibi fuit ex
positum parum est ut sis michi seruus
ad suscitandas tribus Jacob et feces israel

conuertendas dedi te in lucem gentium ut
sis salus mea usque ad extremum terre
hec lucide eo hic consequenter ponitur
in sermo pauli loquenti de resurrectione mor
tuorum dixit Insanis paule quia
resurrectionem mortuorum credebat
impossibilem tamquam gentilis propter quod
dicit paulum docuit insania multe
te littere ad insaniam conuertunt homines
cum enim multas scripturas legeretis
vehementer studium habuit cere
brum turbatum et organum fantasie le
sum et per consequens intellectum impedimen
tum qui tactu suo indignum sanitatis
mate non insanio inquit optime feste
non dixit hoc adulatione sed quia talis
erat modus loquendi cum reuerentia
coram imperatoris tenentibus Sed veri
tatis euangelice et sobrietatis verba
eloquor quia non excedebat modum de
bite locutionis. Scit enim rex agrippa
qui erat instructus in lege et prophetis
certa patent usque ibi in modico suades
me fieri xpianum quod dupliciter potest
intelligi. Uno modo negatiue in modico
i. in nullo sicut frequenter dicitur in qui
sermone Alio modo affirmatiue in mo
dico suades i. aliquantulum inclinas me
ad hoc sed non perfecte et hic sensus magis est
congruit sequenti littere ut videtur certa patet
Et exurrexit rex hic consequenter ponitur
verba pauli habetur collatio ut dicatur quod
cum decessissent ad partem ut secederunt
loquebantur dicentes quia nichil morte
aut vinculis dignum quid facit ho
iste et inter istos sic dictos fuit agrippa
primus et principalis tamen propter dignitatem
regiam quam propter eius personam fuit enim
valde sapiens et eloquens ut refert
Josephus primo libro de iudayco bello
propter quod protulit conditionem exemplo
de festo poterat hic homo dimitti sicut
innocens et per hoc per ipsum inclinatum fuit
esse aliquo modo ad credendum xpo aliter non.

dixisset paulum innocentem sed magis morte dignum tamen spe redempcionis predicto veniebat. Unde legitur in ecclesiastica hystoria quod in vindicte destructione urbis et Iudee per romanos presidium qui erant ibi nomine militis angeli transierunt in regnum hic agrippe qui erat confederatus ut patet per Josephum in de iudaico bello tibi fuerunt pacifice recepti si non appellasset cesarem quo eum ad timorem [minorem] erat appellacio interposita in recepta paulum insequebatur in morte dignum apte adversa non poterat eum preses absque suo periculo dimittere liberum etc. sequitur xxvij. capitulum

Ut autem indicatum

Ut est habito consilio de missione pauli ad cesarem hic consequenter describit lucas huius consilii execucionem. Primo describitur pauli progressus et ad romam eius accessus ibi post menses autem tres capitulo xxviij. Prima dividitur in tres partes quia primo ponit pauli prime enavigacionem. 2o describit naufragio ibi multo autem tempore. tercio post naufragium vocacio ibi in primo 28 capituli circa primum sciendum quod multa nomina ponuntur hic de quibus dicit aliqui quod sint nomina insularum alii civitatum maritimarum utrumque tamen in pluribus habet parum de certitudine tamen quia per longitudinem temporis multa nomina sunt mutata terrarum villarum et insularum sicut parisius antiquitus luthecia dicebatur tunc quod nomina sunt equivoca sicut babylonia ad illam que est in egypto et ad illam que fuit antiquitus in caldea. dicit igitur ut autem iudicatum est navigare eum scilicet propositum presidis et tradi paulum cum reliquis custodiis i. vinctis ut custodirentur tradentis centurioni nomine iulio cohortis auguste cohortes autem militum habebant propria nomina ut quilibet cetus segregari possit ab aliis distincta unde illa cui preerit cornelius vocabatur ytalica ut habetur supra x. ascendentes adrumetinam sit dictum a civitate adrumetis nomine que est in affrica ut dicit glossa sustulimus i. arcum retraximus ad altitudinem maris perseverante nobiscum aristharcho aliis qui cum paulo venerit iherusalem ut habetur supra xx. contentibus ad loca sua sequenti autem die devenimus sydone quia in civitate pauli cum predicabat permisit ad amicos ire ad eos salutandum curam sui habendam. et inde cum sustulissemus subnavigavimus cyprum i. in principio insule scilicet versus descendendo propterea quod venti essent contrarii qui non permittebant navem currere versus ytaliam et sic declinabat ad latus et pelagus cilicie et pamphilie navigantes hinc inde enavigantes venimus lystram nomine est civitatis que est in provincia licie ibi inveniens nos in navim ut expediens ytalicius venimus in navim et cum multis diebus tarde navigaremus propter defectum venti et vix devenimus contra gnidum nomine est insula et sic prohibente nos vento qui minatus erat dicat ad libitum ... tamen in contrarium respiciens adnavigavimus crethe i. prope cretham que est insula iuxta salmona que est civitas maritima de insula predicta et vix iuxta navigantes venimus in locum quendam qui vocatur boni portus crethe non tamen sit dictus ab omnitate ut patet infra unde dicatur quod erat aptus ad hyemandum sicut alicui aliqua villa nominatur bona villa quod cum est multum deformis. Multo autem tempore hic consequenter describitur naufragio et dividitur in tres partes quia primo ponit periculi denunciacio. 2o navigancium aliqualis consolacio ibi et iam multa. 3o naufragium

pressio ibi. Cum autem dies. Circa hoc
dicitur multo autem tempore peracto
non in portu quia ibi non manserunt
ut infra dicitur et cum iam non
esset tuta navigatio eo quod ie
iunium iam preterisset. aliqui dicunt quod
istud ieiunium fuit septembris ante na
tivitatem domini vel iudeorum pro morte go
dolie sunt propter templi destructionem. Sed
melius istorum videtur verum quia centurio
et milites et nautae saltem pro
maiori parte erant gentiles haec ieiunia
non servantes. ideo magis videtur quod
hoc ieiunium fuit in mari ubi propter tem
pestatem non vacabat nautis comedere
nec pane propter navis regimen et alias propter
timorem propter quod nautae debiliores
erant facti consolabatur eos paulus dans
ei bonum consilium. Si acquiescere voluissent
viri [illegible] propter hoc quia doctior est
experientia nautica quam tu in via re
i. cum periculo magno rerum et corporum
nostrorum. Centurio autem gubernatori et
naviclero magis credebat propter nau
ticam scientiam est autem nauclerus dux
navis possessive vel conductive et
dicitur a naue et cleros quod est sors et
cum aptus portus non esset ad hyema
dum: et tamen hyems iminet plurimi
statuerunt consilium i. fuit deliberatum
navigare inde contra pauli consilium
Si quo modo possent devenientes phe
nicem que est iuxta [illegible] unde recesse
rant phenicen enim propinqua est pa
lestine in qua est cesarea de qua re
cesserant ut patet ex predictis hyemare ibi
enim scilicet in phenice erat portus
aptus ad hyemandum portum crethe
unde volebant recedere ut patet ex pre
dictis et ex superioribus respicientem ad af
fricum et chorum i. respiciente refer
tur ad phenice que respicit crethen
sive portum crethe ad partem occiden
talem affricus enim et chorus sunt venti
occidentales laterales enim affricus ex parte

meridiei chorus autem ex parte aqui
lonis. glossa tamen aliter ordinat litteram
dicens quod portus crethe de quo fit hic
sermo in phenice scilicet dicitur portus
crethe eo quod respiciat cretham. Sed primum
expositio melior videtur et magis con
sona textui modo loquendi. Aspirante
autem austro qui est ventus meridiona
lis estimantes propositum se tenere scilicet
navigare in phenice per ventum laterale
quo frequenter utuntur nautae volebat
enim navigare versus oriente ut patet
ex predictis. Cum sustulissemus de asson
locus. Inde solvuntur naves maris in
gredientes qui in latino dicitur [illegible]
legebant cretham i. navigio tran
sibant ubi ea recedentes legere enim est
equivocum quia significat furari colligere
navigio transire [illegible] sonat [illegible]
[illegible] navita [illegible]
Et tamen [illegible] singula quisque legit
Non post multum autem misit se contra
ipsam s. navem ventus typhonicus
i. maris inflativus et tempestuosus
dictus a typho quod est inflacio euro aquilo
sic nominatur ille ventus et est latera
lis aquiloni ex parte orientis et sic op
ponitur affrico non tamen directe omnino ex
qua parte navigabat. Cum arrepta esset
navis violencia venti et non posset
conare in ventum i. contra ventum datis
naue flatibus ferebamur i. dimissis
velis dabamus nos flatui venti [illegible]
Insulam autem quandam decurrentes i.
iuxta eam currentes quia non poteramus
ibi applicare propter vim venti potui
mus vix optinere scapham i. [illegible]
[illegible] ad iuvandum navem est enim na
vicula qua nautae utuntur ad evaden
dum naue et [illegible] ea que sunt ne
cessaria [illegible] ideo subdit
adiutoriis utebantur accingentes nave
ne [illegible] solverentur [illegible]

tardius incederet navis ideo subditur
timentes autem ne in syrtim vel syrtica
loca periculosa ex arena submisso
vase s. scapha sequenti die iactum fece-
runt ergo que in navi erant minus
necessaria et tertia die suis manibus
armamenta i. utensilia navis proiecerunt
retinentes ea tamen que necessaria erant
ad navigandum cetera patent ¶ Et cum
multa hic consequenter describitur primum
sic consolatio et primo ponitur causa cum
dicitur et cum multa ieiunatio fuisset
primum ex timore periculi secundum ex nautarum conti-
nua occupatione propter quod mul-
tum indigebant consolatione tunc stans
paulus constanter et intrepide dixit
eis primo arguendo de contemptu sui con-
silii oportebat quidem o viri audito
me non tollere navem a cretha s. hic hye-
mare lucrique facere i. evitare per hoc ista
pericula et damna ¶ Consequenter consolat-
ur eos dicens et nunc suadeo vobis quamvis
me non audieritis bono animo esse con-
solatos quia sola navis peribit personis
salvis hoc predixit sicut evenerit prophe-
tico spiritu eum docuisse ad salutem
sibi credebant astitit enim mihi an-
gelus dei angelum tales enim revelatio-
nes magis fiunt de nocte quiete spiritus
quam de die cuius sum apostolus et minister ne
timeas paule a periculo maris et ecce
donavit tibi deus omnes qui navi-
gant tecum quantum ad salutem corpora-
lem omnes evaserunt ut patet infra
capitulo sicut ante dederit eos quantum ad
salutem spiritualem non habetur expresse
sed probabile est quia visa impletione sui
dicti et miraculi quod fecit in insula vipera
sine sui lesione conlimaret et confirmatos
oratione eius crediderunt christo ¶ Unde et
centurio qui erat principalior probabiliter
iunctus iustitia volens servare paulum
unde videbatur ex hoc inclinatus ad cre-
dendum ut patet infra ibi. ¶ Sed postea

quam xiiii dies nox supervenit tempestate
navigantibus nobis in adria i. in
mari adriatico prope montem garga-
num ut dicunt aliqui ¶ Alii dicunt quod
adria est nomen appellatum et significat mare
petrosum sic dictum ab adros greco quod
est petra latine et huic magis conso-
nat littera sequens cum dicitur ¶ Suspicabantur
naute apparere sibi aliquam regionem ex
scopulis apparentibus de longe qui est
submittentes bolidem invenerunt et quia
tempestatis profundum maris per plumbum
vel stagnum pendens ad cordam timen-
tes autem ne in aspera loca incideremus
quod non invenerunt profundum maris equa-
liter distans in brevi spatio de puppi i.
ultima parte navis mittentes ancho-
ras quattuor ut facerent navem stare ne in-
ciderent in aspera loca optabant diem
fieri ut magis viderent a longe
si essent ibi aliqui scopuli nautis autem
querentibus fugere in scapha que insi-
curitatis sit talia loca quam navis mag-
na sub optentu simulatione quasi inciperent
a prora i. a prima parte navis anchoras
extendere ad navem magis arresta-
dam quod percipiens paulus spiritu divino
dixit centurioni et militibus nisi hi
in navi manserint etc. quia navis sine
nautis et in mari periculoso periclitatur
cito tunc absciderunt milites funes
scaphe ne postea naute possent fuge-
re cetera patent usque ibi ieiunii permanetis
nichil accipientes i. modicum quod quasi ni-
chil reputatur ut patet. et cetera qui modo
loquendi de homine modico comedente
dicitur quod nichil non enim tanto tempore
vixissent sine aliquali comestione
propter quod rogo vos accipere cibum
pro salute i. ut fortiores sitis in naufra-
gio imminenti ad evadendum de mari
ac consolatus ante suos amicos verbo pauli
et eius exemplo eramus universe
anime i. homines denominando totum

apte nobiliori ¶ Cum autem dies esset hic conseque
ter describitur naufragium ipsum et pro cessio eius
dicitur terram non agnoscebant scilicet
in littore maris sinum vero quendam con
siderabant id est receptaculum in quadam
insula et cum anchoras sustulissent
id est de mari levassent committebant
se mari quia viderent ibi periculum
navigandi magis tamen periculum erat
ibi manere quam ad sinum predictum tendere
et levato artemone id est pro velo quod
magis deservit ductioni navis quam in
celeritate motionis et cum incidissemus
in locum bithalassum locus est altus in
profundo maris hinc inde profundius eo
utraque parte sicut dicitur a labis. et illis
sum quod est mare in greco impegerunt
navem ad terram illam aliquam et prora
quidem fixa manebat immobilis quia
mare non erat ibi tam profundum quod
navis posset ibi natare puppis vero
solvebatur id est vi maris compuncta
cum fluctuum a parte posteriori irruentium
solvebatur compago lignorum certa
patet ipsum ibi iussit que eos qui possent
natare etc. isti erant milites dicit
enim vegetius in libro de re militari
quod tyrones romani a primo adolescentia
discebant artem natandi que frequenter
est necessaria in bellicis certa patet
fecimus xxviii cum

Et cum evasissemus hic con
sequenter post illius premissam pro
ponitur recreatio ipsorum huius le
ctionis recompensatio ibi et contigit autem
circa primum dicitur Et cum evasissemus
tunc cognovimus per habitatores in
sule quia militene scilicet hanc libri corretti
barbari vero id est habitatores insule qui
dicuntur barbari eo quod non loquebantur
hebraice grece nec latine alia enim ydi
omata barbarica dicuntur prestabat
non modicam humanitatem nobis comparando
naufragis accensa autem pyra id est congerie lig
norum ardentium quod dicitur a pir quod

est ignis reficiebant nos qui de mari
exientimus aqua totaliter madefacti
ut patet quod dicit etc. hoc erat frigiditas tem
poris cum congregasset autem paulus
sarmentorum etc. in quo apparet eius humili
tas magis qui non contemnit stultitiam ad
ignem sic collegit sarmenta ad ignis aug
mentationem vipera serpens est venenatus
sic nominatus eo quod vi pariat nam catuli
serpentes in ventre matris quando conerunt
latera eius rodunt et sic generant mortem
invenit mater a calore cum processisset fugiens
ignis calorem invasit manum eius ipsam
mordendo certa patet ipsum ibi utique
homicida est homo hic sciebant enim quod
certe est apud omnes gentes quod homicida
debet mori id est iustitia divina non permittit
eum vivere morte sibi debita quam evasit
in mari supplens per aliam viam et ille qui
dem concutiens bestiam etc. sicut saluta
toris promissione marci xvi. dedi vobis
virtute calcandi super serpentes et scor
piones et nichil vobis nocebit. at
illi estimabant eum in timore continuo
etc. sicut more consuetum talibus per
cussorum cadentes se unus alteri collo
quio dicebant eum esse deum etc. dicentes
eum in mortem dos eum dicebant ge
tiles homines in mortalitate constitutos
sicut sua estimationem ut saturnum Iovem
et sic de aliis in locis autem illis erant
predia id est possessiones et domicilia qui nos
suscipiens civitatem triduo benigne
exhibuit victualibus reficiendo ¶ Con
tigit autem hic consequenter describitur
eorum beneficiorum recompensatio ci
vitatem tamen quia domini dei non ca
dit sub precio sicut dictum est supra viii ca
et hoc est quod dicitur contigit autem
patrem publii principis insule febribus
et dissinteria id est fluxum ventris vexatum
iacere Hic cum febris duabus contrariis mor
tis propinquus ad quem paulus intravit
visitando eum civitatem salvavit
eum statim ab utroque in sanitate qui

cum multis honoribus nos honorave-
runt & beneficiis s. in paulo cognosce-
tes dei virtute operari ¶ Post menses
descripta multiplici processu pauli per
viam hic consequenter describitur eius
accessus ad urbem scilicet romanam et primo
describitur accessus ¶ secundo commorandi
modus ibi cum ait ¶ Circa primum
dicitur post menses autem tres itum
ante hoc tempus incipit a principio
navigationis & cessavit vel advectis
ad hiemem yemalem temporibus non expedit in-
tunc magis probabile quod compute-
tur ab adventu ad insulam videlicet ut patet
ex predictis intendebant hyemare non vide-
tur hyemasse alicubi quam ibi scilicet in insula
cui erat insigne castrorum scilicet et
in libris correctis duo enim gemini
scilicet castor et polus qui dicunt hic
castores in specie a primogenito scilicet no-
minati audientes helenam sororem eius
esse raptam insecuti sunt per mare et
orta tempestate non comparuerunt
propter quod gentiles comminiscentes credi-
derunt illos immortales esse factos vo-
cantes eos deos maris propter hoc corpus
insigne habebat illa navis. Et cum
venissemus syracusam scilicet civitatem
unde fuit beata lucia inde circumlegentes
i. circa insulam navigantes devenimus
regium ¶ Et una die venimus puteolos
hic est locus ultra romam ubi virgi-
lius edificasse dicitur balnea suppo-
nens titulos singulos contra quas infir-
mitates quos pilecuria postea des-
truxerunt et sic venimus romam i. prope
romam et inde cum audissent fratres i.
christiani rome habitantes ex quo patet
quod paulus non fuit primus qui predica-
vit rome christum occurrerunt nobis usque ad
appii forum scilicet nominatum a quodam con-
sule nomine claudio appio a quo et
via appia nominatur quos cum vidisset
paulus gratias agens deo et tres tabernas

accepit fiduciam perficiendi ibi in predica-
tione evangelii ¶ Cum autem hic conse-
quenter describitur manendi modus
et primo quantum ad pauli conditionem cum
dicitur permissum est paulo permanere
sibi met i. ubi voluisset cum custodiente
se milite ita quod non habebat carcerem
clausum ¶ Post tertium hic secundo ponit
modus manendi quantum ad occupatio-
nem pauli circa quod primo ponit narra-
tio cause sue appellationis secundo propo-
ab eo ubi edificationis ibi cum consti-
tuissent circa primum dicitur convocavit
primos iudeorum in quibus aliis intima-
vissent nichil adversus plebem fa-
ciens aut more paterno nam in templo
vinctus fuit oblationes faciens secundum mo-
dum iudeorum vinctus ab iherosolimis
etc. Ut patet supra xxi qui scilicet romani
cum interrogationem de me habuissent vo-
luerunt me dimittere ut innocentem ut
patet supra xxv. xxvi. contradicentibus autem
iudeis quia volebant me occidere
in pedibus ut patet supra xxiii. xxv coac-
tus sum appellare cesarem quia
videbam iudicem inclinatum ad facien-
dum iudeorum petitione iniusta non
quasi gentem meam sed iudaicam habens aliquid
accusare coram cesarem etc. propter hanc
igitur causam rogavi vos videre ad
ostendendum vobis in occasione mea propter
spem israel i. de christo promisso in lege et
prophetis que in ihesu nazareno impleta
est & de resurrectione mortuorum que in
eius adventu secundo implebitur catthe-
na hac circumdatus sum eo quod ista
predicavi et predico cetera patent usque i.
Rogavimus autem a te audire que sen-
tis de ihesu nazareno nam de secta hac
scilicet christianorum notum est nobis quia
ubique ei contradicitur a principibus
iudeorum ut patet supra actus in multis
& diversis ¶ Cum constituissent hic con-
sequenter paulus ad eorum petitionem

pponit verbum evangelice predicationis
prout subditur quibus exponebat
scripturas veteris testamenti regnum dei
i. eterne beatitudinis acquirendum per passio
nem christi suadens quoque eis de ihesu naza
reno quod est verus christus ex lege moy
si et prophetis i. ex earum scripturis a mane
usque ad vesperam magno affectu cum
sollicitudine tam predicationem et quidam
credebant i. a deo intus tracti Jo. vi
nemo potest ad me venire nisi pater
qui misit me traxerit eum quidam
non credebant i. a deo propter sua demerita
reprobati descendebant scilicet non creden
tes dicente paulo verbum unum obstinatis
quia bene spiritus sanctus locutus est per ysaiam
i. vi° vade ad populum istum etc. que
auctoritas hic allegata secundum translationem
lxx refertur ad tempus christi secundum sensum
litteralem ut ibidem plenius fuit per
tractatum iudeorum obstinationem pro parte
maiori et primo adventu christi dicens scilicet
carnali auditu et non intelligetis
quia iudei audierunt predicationem christi
et apostolorum eius et pro maiori parte verita
tem ab eis dictam non receperunt et
videntes videbitis et non per
spicietis quia viderunt miracula christi
corporalibus oculis et non cognoverunt
virtutem sue deitatis incrassatum
est enim cor populi huius metaphori
ce loquitur quia sicut crassities cor
dis grossitate suffocat vitam corporalem
ita malicia iudeorum exaggerata nimi
me cor eorum extinxit in eis vitam anima
lem et auribus graviter audierunt
dicentes Jo. vi° durus est hic sermo
quis potest eum audire et oculos
suos scilicet mentales clauserunt i. a
veritate declinaverunt ne forte videant
etc. hic dicitur propter libertatem arbitrii
per quam poterant veritati annuere et ad eam
converti adhuc si eorum fuisset gratiam
prudentem divinitatis hic fuisset notum ergo sit

vobis iudeis quia gentibus missum
est hoc salutare dei iudeis enim appel
lentibus predicationem apostolorum ipsi predi
caverunt gentibus ex ordinatione dei sicut
dixerunt barnabas et paulus supra xiii
vobis oportebat primum loqui verbum
dei sed quia repellitis illud et indignos
vos iudicatis eterne vite ecce converti
mur ad gentes sic enim nobis precepit dominus
et ipsi audient sicut patet impletum per
orbem terrarum et cum hec dixisset exierunt
ab eo iudei indignati quia gentiles
eis preponebat multam inter se habentes
questionem quia aliqui credebant paulo alii
qui discredebant ¶ Mansit autem
hic consequenter ponitur predicatio pauli
indifferenter omnibus iudeis et gentibus
cum dicitur mansit autem biennio to
to scilicet rome in suo conducto i. in
hospicio ab eo locato et suscipiebat
omnes indifferenter qui ingrediebantur
ad eum ad audiendum dei verbum predi
cans regnum dei i. beatitudinem eternam
et docens que sunt de domino ihesu christo
et que sunt necessaria ad salutem
cum omni fiducia de adiutorio salva
toris sine prohibitione imperatoris ex
hoc autem quod hic dicitur mansit
autem biennio toto etc. et quod docebat
de ihesu sine prohibitione innuitur et apparet
quod ivit ad predicandum in partibus occi
dentalibus et maxime in hyspania sicut
promiserat romanis xv. per vos proficiscar
in hyspaniam paulus enim anno secundo
neronis fuit adductus romam et bien
nio mansit ibi ut dicitur hic nero
autem imperavit xiiii annis et quorum ultimo
interfecit petrum et paulum et videtur
quod tempore intermedio paulus ivit
ad predicandum in partibus occidentalibus et
maxime in hyspania et postea rediit
romam ut cum fine imperii neronis
ipse cum beato petro per martirium palmam

transiret ad gloriã ad quam nos pducat
qui cum patre et spu sco viuit et regnat
in secula seculorum amen

Sermo sup epla ad canonicas nicolai lire

Quatuor sunt minima terre
et ipa sunt sapienciora
sapientibus. pu. xxx°

Recepte eple que canonice
i regulares nuncupat
edite sunt a quatuor aplis Iacobo petro
Iohanne Iuda et in vno libro collocate
sunt et ab eis auctoribus intitulantur. cum
nam actor pricipalis est spus scus pt
conuenienter dici verbum ppositi quatuor
sunt minima terre et cetera. Magno enim istos
aplos tria notatur nuncaris typus
quatuor sunt humiliationis actus minima
terre contemplationis processus et ipa sunt
sapienciora sapientibus. ¶ Circa primum sciendum
quod quaternarius est primus numerus
quadratus quia consurgit ex ductu primi
numeri scilicet binarii in seipum bis duo enim
quatuor sunt quadratum vero pfectionem
virtutis figurat vnde philus p° ethy
virtuosum vocat quadratum et qui nunquam
vincit homo et quadratus sine vituperio
via nam sicut corpus quadratum in
quolibet latere optime sedit ita virtuosus
pus in quolibet casu et fortuna bene se hz
isti vero quatuor apli sunt virtute pfecti
ppt quod in multis quaternariis sunt figurati
isti enim sunt quatuor flumina paradysi
aqua sapie irrigantes ecclesiam vniversi
gatos gen. 2°. quatuor anuli aurei tabernaculi et archee
testamenti que xpus est lateribus expositi

tentes exo. 27. quatuor venti celi
mortuos viuificantes ezechi. 37. quatuor
viri informacie tribulacionis illesi
permanentes dan. 3. vbi dicitur quarti species similis
filio dei quia btus Iacobus dicitur fi
lio ihu xpo informa et figura cor
poris fuisse dicitur similimus hii sunt
quatuor fabri cornua peccatorum deicientes
Zach. 1° et alii plures quaternarii
possent ad ppositum induci de scriptura sed ista sufficiant ¶ Circa secundum sciendum
quod humilitas est decor et custos
omnium virtutum greg. qui cetas virtutes sine
humilitate congregat quasi puluere
in ventum portat isti vero quatuor apli
sicut ex eorum actibus et doctrina patet
fuerunt humilimi quod notatur cum dicitur
est retardatio ex parte dei licet nobis videatur
propter quod dicitur unus dies apud dominum
sicut mille anni apud nos sic autem
loquitur petrus eo quod dicit psalmus 89 mil
le anni ante oculos tuos tamquam dies
hesterna que preteriit per millenarium intelli
gitur quantitas revoluti temporis que mo
dica est et quasi nullius momenti spa
tii divine eternitati propter quod ad intendendum
verum argumento subdit non tardat dominus
promissis i. in redditione promissorum non
tardat ultra debitum sicut quidam
existimant errones propter hoc negantes
iudicium futurum ut predictum est sed patienter
agit iudicium differendo propter nos ut scilicet
iusti in merito proficiant et mali per peni
tentiam redeant ideo subditur nolens
aliquos perire quantum est ex se. Adveniet
postquam exclusit errorem circa iudicium futurum
hic consequenter determinat veritatem et
primo ponitur huius determinatio secundo subditur
utilis monitio ibi. Cum hec ergo tertio
doctrine pauli applicatio ibi sicut et ca
rissimus quarto concluditur intenta ibi
Vos igitur circa primum dicit. Adveniet autem
dies domini i. dies iudicii qui dicitur dies
domini quia tunc in omnibus fiet voluntas

eius in punitione malorum et premia
tione bonorum et subditur modus ad
ventus eius cum dicitur ut fur i. repente
et improviso sicut dicitur Mt. 24 de
die autem illa et hora nemo scit etc.
In quo celi i. superior pars aeris cum superiori
magno impetu transient a statu in
quo nunc sunt per impetum ignis con
flagrationis elementa vero calore
solventur quod dicit non solum aer sed etiam
cetera elementa igne purgabuntur terra autem
et cetera i. non solum terra sed omnia que in
ipso sunt facta et ipsa producta exurentur
Cum igitur hic ostendit subdit utilis
monitio quia si taliter destinatio iudicii
apparebit in ipsis elementis homines
et demeriti boni et mali capaces debent
esse solliciti quod sint in adventu iudicis
parati et hoc est quod dicit Cum hec
igitur omnia elementa dissolvenda sint
nos dico quales oportet vos esse in sanctis
conversationibus ad nos ipsos et pietatibus
ad proximos quasi dicat oportet vos esse munditia
in talibus preparatos expectantes cum fau
[illegible] properantes cum hylaritate in adventum dei
sive diem iudicii sicut dicit salvator
luce 21 his autem fieri incipientibus
respicite capita vestra i. cum hilaritate corda
ut exponit glossa omnes per quem adventum
diei iudicii Celi ardentes etc. exponitur
ut supra. Novos vero celos etc. non dicit alios
sed novos i. eosdem in substantia in melius tamen
immutatos et sic innovatos secundum promissa
ipsius ys. 64 Ecce ego creo celos no
vos et terram novam in quibus iustitia
habitat i. habitabit et loquitur de statu
mundi post iudicium propter claritudinem predicte
quia tunc omnia ad limam iustitie redu
centur ideo concludit propter quod carissi
mi hec expectantes sed iusta retributionem
premiis vel demeritis satagite immaculati
a peccatis carnalibus et inviolati a spiritualibus
ei inveniri in pace conscientie et divini lo
gaudii? i. remunerationis vite alique

dilaccionem Sabiu arbitrium i. reputatte
ad augmentum meriti sui et pmiz
Sicut carissimus hic consequenter ponit
doctrine pauli approbato cui quidam apli
detrahebant dicentes q non erat aptus
eo quod non fuerat cum xpo sicut alii
et ideo dicebant doctrina eius non re
cipiendam ut aplicam ita dicebant eu
doctrine erronea preteres eius intellctu
ubi gra qo eo q dicit Ro. 4. Ubi aut
habundauit delictum superhabundauit et
gra dicebant eum inducere homines ad
securitatem pcti ut sequeretur augmentu
gre q non est bonum s intendit illi dicere
quod sicut tempore legis moysaice pctm
habundauit eo quod ipsa ondebat p
catum et non sanabat sic propriu suble
gr plus gra habundat ideo dicitur
Ro. 2. quod salus conuertis est q petrus
aplus utrumque remouet ondens primo
paulum esse bonum aplm nominans ipum
fratrem carissimum. Sicut carissimus
etc. Scdo ondens eius doctrinam esse sanz
dicens secundum datam sibi sapientiam ideo scri
psit nobis non instinctu proprio s diuino osten
dit etiam eam esse conformem sue doctrine
dicens sicut et in omnibus epistolis loque
ns s. epistolis loquens in eis s. epistolis
de hys i. de eisdem de quibus scripsi uo
bis salicet de ueritate fidei catholice et
de separacione aduentum Judicium sicut
patet in epistolis pauli in pluribus locis
in quibus sunt quedam difficilima i
tellectu maxime rudibus ideo subdit
que indocti in sacris scripturis et instal
biles in fide et moribus deprauant male
interpretando sicut ceteras scripturas salz
euangelii et prophetas quas indi et here
tici corrumpunt ad suam depdicionem
ut dcm est supra ca° precedenti. Vos igi
h est ultima ps in qua concluditur i ten
tum. Vos igitur fres presciētes Judica
uenturum et falsitatis hereticorum custodite
i. diligenter caueate q sequitur in aliquibz
libris Vos met ipsas non est de textu

ne insipiencium errore traducti i. extra
regulam fidei ducti excidatis a ppa
firmitate fidei uestri. Crescite vero
in gra mercedis eius augmentum p
opa et bona in cognicione dni nri
ihu xpi i. ut magis explicite cognos
catis articulos fidei et humanitatem ihu
xpi i. ut magis explicite ipi gloria
et nunc in diem eternitatis i. sine fine
amen Amen Amen.

Incipit prima canonica Johis

Quod fuit ab inicio tercia
ps principalis huius libri
in qua ponuntur epistole
bti Johis apli reuerter
quia secundum ordinem doc
trine que debet spalia
precedere ideo ponitur primo epistola ad infor
mandum omnes generaliter. Scdo ad in
formandum aliquas psonas spaliter
in principio epistole scde pncs epistola in duas
ptes diuiditur s. in prohemium et tracta
tum qui incipit i° et h est annunciacio
In prologo uero tria facit quia primo
reddit auditores suos dociles sine dic
tans ibi et uita ecce beniuolos ibi quod
uidimus. Circa primum sciendum quod
difficultas materie reddit debz audi
tores attentos ad capiendum illud
requiritur maior attencio inter vero
que spectant ad doctrinam katholica
maxima difficultas est circa eternita
tem filii a patre in diuinis de qua
tractat infra 4 ca° d. tres sunt qui
testimonium dant in celo pater uerbum
et spus scus. Sc° maxima difficultas
est circa incarnacionem psone filii assumpte

naturam humanam in unitate suppositi &
quod inferius .x. divinus spiritus qui confitetur
ihesum xpistum in carne venisse ex deo est et
hoc est quod dicit quod fuit ab initio
et c. construccio est suspensiva usque ibi
annunciamus vobis et ideo sic construenda
est littera annunciamus vobis quod fuit ab
initio i. verbum quod precessit eternaliter ante
qui est principium seu initium totius creature
omnis personarum divinarum sicut quod dicit Aug[ustinus]
.x. de trinitate pater est principium totius
trinitatis principium enim significat id a quo aliud
procedit verbum vero sive filius non eodem
est verbum quo et filius procedit aperte
sic dicitur principium vel initium filii sed
ubi et quod iste sit intellectus huius littere
patet hoc quod subditur aliquibus tamen
interpositis de verbo vite ¶ Consequenter pro-
dit ad misterium incarnacionis dicens quod
audivimus a Johanne baptista incarnatum
ubi prime cuius discipulus fuit iste Jo-
hannes apostolus et evangelista ut dicunt quidam
doctores quod ipse et andreas fuerunt
illi duo discipuli qui audito dicebant
de xpisto Ecce agnus dei secuti sunt ihesum
Jo. i. sed Johannes suppressit nomine andree
et suum tacuit quod nolebat se commendare
quod vidimus oculis nostris cum ipso con-
versando sicut quod dicit Jo primo verbum caro
factum est et habitavit in nobis et vidimus
gloriam eius oculis enim corporalibus vi-
derunt eius humanitatem et divinitatem oculis
oculis mentalibus perspexerunt et non solum
modo perspeximus que est ex auditu
sed etiam per illustrationem spiritualem qui est
quodammodo ex visu ideo subditur quod
perspeximus i. perfectius inspeximus vi-
derunt enim apostoli xpistum cecos illuminantem
mortuos suscitantem et huiusmodi que non
possunt nisi virtute divina fieri et talia
propter faciebat in operando tamquam principa-
liter et sic virtus divinitatis videbatur
quodammodo in operibus illis sicut causa
in effectibus suis suo modo et manus nostre
contrectaverunt ad declarationem veritatis sue re-

surrectionis luc. ultimo palpate et videte
quia spiritus carnem et ossa non habet
sicut me videtis habere de verbo vite
quia verbum incarnatum est vita per
essenciam et causa per efficaciam est enim auc-
tor vite nature et gratie et glorie //
Et vita hic reddit auditores dociles
illa enim que clarius cognoscuntur
clarius proferuntur unde Jero[nimus] in prologo
super psalterium quod melius novimus me-
lius et proferimus apostoli vero de divinis fue-
runt magis illuminati quam alii predicatores
vel futuri propter quod clarius potuerunt
docere de divinis et hoc facit auditores
dociles ideo dicit et vita i. verbum quod est
vita per essenciam ut dictum est manifestata est
propria divina in humanitate assumpta
operata et vidimus nos apostoli oculis
clarius et testamur de visu et auditu et
annunciamus vobis ut edocti sitis vitam
eternam i. verbum incarnatum ut dictum est
et Johannes xvii hec est vita eterna ut cog-
noscant te solum et quem misisti ihesum xpistum
que erat apud patrem ut persona distincta
ab eo per eternam generationem in divina natura
et apparuit nobis temporaliter in humanitate
assumpta ¶ quod vidimus hic ultra
reddit auditores benivolos ex bonitate
finis huius doctrine nam premium habetur
in presentia vita gratie et glorie in futuro et
hoc est quod dicit quod vidimus et c. Jam
expositum est super annunciamus vo-
bis et vos societatem habeatis nobis-
cum per caritatem que est eadem cum
gratia vel ei inseparabiliter annexa et socie-
tas nostra sit cum patre et filio et per hoc in-
telligitur spiritus sanctus qui in trinitate
est tercia persona procedens enim tota trini-
tas inhabitat mentes nostras iustorum sicut
amans habitat in amato et ecce propter quod
dicit Jo. x. qui manet in caritate in deo ma-
net et deus in eo ¶ Hec autem non est in
peccatoribus licet sit eis persuasoria

pnciam et potenciam per modum eciam
est virtutis creaturis et quia societas
gracie est disposicio ad societatem glorie
ideo subditur et hoc scribimus vobis
ut gaudeatis de gloria iam habita
in spe et gaudium vestrum sit plenum quod
habetis. Et hec est annunciacio Sancto
phemio hic accedit ad tractatum in
quo agitur de hiis que in phemio sunt bre
viter plibata sicut ante tria ut patet
considerantibus singulis eternalis ubi generacio tem
poralis eius incarnacio fidelium ad invicem
et cum deo associacio et de istis tractat in
processu huius epistole non tamen eodem ordi
ne ut ostendetur dicta dicas in mediate
primo tractat de ultimo scilicet de dei et fide
lium associacione. 2º de ubi incarnacione
et cetera. Capitulo Et de eius eterna generacione ca
4. circa primum sciendum quod societas dei et
hominis in caritate inchoatur nunc consu
matur in patria igitur primo tractat de ea que
nunc habetur 2º prout in patria consistit
cap. 3. prima dividitur in tres partes nam
primo concludit huius societatis impedime
ntum 2º inducit ad eius promocionem ibi
et in hac scimus 3º ut caveatur predicte
societatis sive dissipacionem ibi Nolite
diligere prima adhuc in duo quia primo decla
rat propositum 2º removet contrarium ibi
Si diximus circa primum sciendum quod
similitudo facit associacionem Eccl. 13. omne
animal diligit sibi simile omnis caro ad
sibi similem coniungetur et omnis homo sibi
simili sociabitur et per oppositum dissimilitudo impe
dit eam 2a Cor. 6. que enim participacio
iusticie cum iniquitate aut que societas
lucis ad tenebras peccatum autem tenebra est
et ideo facit dissimilitudinem ad deum qui
est lux vera et per consequens impedit societa
tem cum eo dicens igitur et hec est annunciacio
id est vobis annunciacione digna quam audivimus
ab eo id est a verbo incarnato et annunciamus
vobis tamquam eius apostoli et ministri et quid
sit illud subdit quoniam deus lux est hoc

autem dicitur ab eo Jo. 8. quod dixit sum in
mundo lux sum mundi lux enim habet
racionem manifesti in verbo vero divino autem
declaratur propter quod ipse lux dicitur
unde Aug. 2. super Gen. propriius non sic
dicitur lux quomodo lapis sed illud
proprie hoc simplicitate et tenebre ignorancie
et culpe in eo non sunt ulle nullus
enim defectus in eo potest esse ideo subdit
Si dixerimus et cetera. in tenebris am
bulamus scilicet culpe et per consequens ignorancie
quia semper concomitatur culpa in et
hic ignorat omnis malus et Pro. 14 er
rant qui operantur malum mentimur in verbo
quia sumus testes malorum nostrorum et veri
tatem non facimus in facto et non solum
in verbo et operibus enim mendacium est in facto
si autem in luce ambulamus in medio in
virtutum operibus societatem habemus
ad invicem ipse scilicet similitudine ad ipsum et
sanguis ihesu christi filii eius emundat
nos ab omni peccato quia sacramenta nove
legis de quibus est baptismus et prima quibus
auferuntur omne peccatum efficaciam habent
a passione christi. Si dixerimus hic
removet quod dicunt pelagiani qui aliqui iac
tabant se immunes esse a peccato ostendens
quod aliquis non potest hoc dicere de peccato
preterito nec de presenti nisi sibi revelatum
sit a deo dicens igitur. Si dixerimus quoniam
peccatum non habemus de preterito ipsi nos
seducimus id est contra societatem dei ducimus
perplexitatem quia si de peccato veniali sit
sermo illud non potest in presenti vita to
taliter vitari de illo enim dicitur Pro. 24.
Septies in die cadit iustus et sic mel
lius potest verificari essenciale illo societate
Sed quia peccatum veniale non separat a dei so
cietate ideo melius videtur quod de peccato
mortali loquatur nullus enim potest
scire se mortali peccato totaliter carere
nisi deus sibi revelaverit Eccl. 9. nescit
homo utrum amore vel odio dignus sit propter

quod si absque dei revelacione assereret se
omni peccato mortali carere iam incur-
rit peccatum iactancie et superbie et etiam
falsitatis asserendo quod nescit ideo sub
ditur et veritas in vobis non est si con
fiteamur peccata nostra humiliter et vere
fidelis in reddendo promissa et iustus est
quia promissum est aliquo debitum et
sic reddere est iustum ut remittat nobis
peccata nostra. Hic eum promisit Matthei 3. peni
tenciam agite appropinquabit enim regnum
celorum et emundet nos ab omni iniqui
tate peccati secundum particulam secundum partem predictam est
Si dixerimus quia non peccavimus de
peccato mendacem facimus eum scilicet deum
dicentem contrarium Si queritur ubi
dicit doctores aliqui quod hoc dicit Job
14. Quis est homo ut immaculatus sit
et ut iustus appareat natus de muliere
ut textus habet aliud nemo mundus a
sorde nec iustus cuius est unius diei
super terram sed isti non videtur bene dicere quia
verbum allegatum non est ipsius domi
ni sed Job compassu dei loquitus Sed est
verbum eliphat themanites qui licet
in processu libri multa verba dicat tamen
secundum conclusionem nititur sustinere ut patet
per sentenciam domini in fine libri propterea quod dicit
quod verbum eius sit verbum domini non vi
detur quin dicit. Sed alibi dicit de peccato
originali per os david prophete psalmo 50. in
iniquitatibus conceptus sum et in peccatis
concepit me mater mea et de actuali
dicit Matthei 6. ubi docet omnes orare pro
peccatorum suorum remissione dimitte nobis
debita nostra quod esset frivolum ei qui non
haberet peccata et apostolus Romanos 3. Est autem
deus verax omnis homo mendax verbum
eius id est christus qui est verbum dei patris
non est in vobis per graciam sanctificantem primus autem

Filioli mei

Hic apostolus infert conclusionem
intentam scilicet quod debemus peccatum
vitare dicens Filioli mei hec scribo vo
bis ut non peccetis nec sollicitudine divine

impedimentum ponatis sed et si quis peccaverit
conservanda singularitate advo
catum habemus apud patrem ihesum christum
ondente pro peccatoribus vulnera Iustum
q. d. non impetrat pro quibus sed peccatoribus
sed solum pro vere penitentibus et ipse est propiciacio
pro peccatis nostris active passive nam seipsum
obtulit pro nostra propiciacione non pro nostris aut
tantum sed eciam pro tocius mundi scilicet quantum ad
sufficienciam sed pro electis tantum quantum ad effica
ciam nam alii ponunt obicem Et in
hoc scimus hic conscripte ponit de fruc
tibus premotivum quod est opus meritorium
per quod caritas per quam deus in nobis habitat
et nos in ipso meretur augeri ut actu
merearum respecti sic igitur procedit beatus
Johannes quod primo ad opus meritorium
inducit omnes generaliter Secundo aliquos specialiter
ibi Scribo vobis filioli primum in duo quia
primo inducit ad opus meritorium 2o in
sinuat signum eius ubi carissimi etc. primum
dicatur et in hoc scimus probabiliter tunc
adiectura qui cognovimus eum notitia
amativa que est practica prout patet ex quo
texditur adeffectum. Si mandata eius ob
servemus quia sicut dicit Gregorius omelia
30. amor dei nunquam est ociosus operatur
enim magna si est si autem renuit operari
amor non est ideo subditur qui dicit
se nosse deum notitia caritate scilicet
et mandata eius non custodit facultate
habita mendax est quia veritas non
sub est de eius qui autem servat verbum
eius corde retinendo et opere adimplendo
Vere in hoc caritas dei perfecta est perfectum
dicitur cui nichil deest v. metha
sed hic potest intelligi dupliciter uno ad primum
vero modo cui nichil deest de hiis ad que
tenetur et sic qui servat verbum dei
quantum ad omnes precepta dicatur in caritate
perfectus. Alio modo accipitur cui nichil de
est de hiis que potest habere et sic caritas
non est perfecta in via quia semper potest quelibet
crescere perfectus in vita eterna unum tantum dicit ad

pastor magistrum non solum servat mandata
que sunt necessitatis sed etiam que sunt consilia
que sunt supererogacionis et sicut dicit
Mathei xix. Juvenis dixit pastoris que
renti. Si vis perfectus esse vade vende
omnia que habes et da pauperibus
et veni et sequere me. Justos quis servaverit
mandata vel plura de consiliis ex cari
tate servat et strictius dicitur magis
perfectus et quia per caritatem deus habitat in
nobis et deo subditur in hoc scimus quoniam
in ipso sumus. Tamen hic accipitur scien
tia pro dictorum probabili ut dictum est
capitulo precedenti vel supra hoc habebitur
veritas divina quod mitte sequitur intelligibus
si in ipso perfecte sumus non est in libris
correctis qui dicit se in illo manere per
veritatem debet sicut ille ambulavit
inter homines conversando et ipse ambu
lare similiter imitando non solum observan
cione preceptorum sed etiam consiliorum secundum suam
possibilitatem quamvis ad hec non teneatur
de necessitate. Carissimi hic commendat
consilium datum suum scilicet per hoc quod preceptum
de dilectione dei et proximi ex quo procedit
operacio bona est antiquo dicit ergo
carissimi non mandatum novum scribo
vobis etc. est enim hoc mandatum de dic
tamine legis naturalis quod homo diligat
deum a quo habet esse et bene et hominem
sibi similem in specie unde et bruta anima
lia hec faciunt unde ecclesiastici xiii. Omne animal
diligit sibi simile et sic est antiquum
incohatum ante prima condicione est
etiam de lege scripta divina post primam con
dicionem Deuteronomii vi. Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo etc. et de dilectione
proximi dicitur Levitici xix. Diliges proxi
mum tuum sicut te ipsum et sic est dictum ab ini
cio legis. Iterum mandatum novum scribo vo
bis quia idem preceptum de dilectione reno
vatum est in evangelio quod dicitur lex amo
ris quod vim est i. verificatum in ipso

scilicet christo humanato qui ex caritate maxima
passus est pro nobis et in nobis quia per
hoc dedit hominibus maximum incitamentum
amoris sicut quod imminente sua passione
dixit. Jo. 13. Mandatum novum do vobis
ut diligatis invicem sicut dilexi vos
quia tenebre i. figure et umbre veteris
testamenti transierunt in passione domini
cuius signum velum templi tunc scis
sum. Luce 23. Et verum lumen iam
lucet i. veritas evangelii qui dicit se
in luce esse i. in veritate evangelica vivere
et fratrem suum odit in tenebris est culpe
et ignorancie et per oppositum qui diligit
fratrem suum in deum et propter deum quod est
caritative diligere in lumine manet scilicet
gracie et per consequens in lumine scandalum in quo
manet plenum sicut amatus in amato
et scandalum in eo non est activum nec
passivum scandalum enim est dictum vel factum
minus rectum alteri prebens occasionem ruine
manens autem in lumine deum in eo ex toto vel
deo suo non prebet alteri occasionem peccandi vel
ex toto alteras vel deo venit in peccatum qui
odit recta preceptis ex dictis suis. Scribo vo
bis hic concipit ad opus historia i. di
cit aliquos specialiter et primo baptizatos
ab eo de quorum salute curat specialiter
sollicitus non enim omne eorum curat
vel prius baptizavit vel contulit eam in
partibus illis paulus predicavit et
thymotheus et plures alii ut patet
ex epistolis pauli et actibus apostolorum
dicit igitur scribo vobis filioli illi
ipse filioli dicuntur alicuius a quo sunt bap
tizati vel de baptismo levati quoniam
remittuntur vobis peccata i. remissa sunt
in baptismo qui delet totam culpam
et penam propter nomen eius scilicet christi in cuius
nomine dabatur baptismus in primitiva
ecclesia ut habetur actuum 2. g. d. decretis
non debetis inquinari per peccatum et ideo indicat

pueros moribus et sciencia de quibus est
multum curandum eo quod bonum ipsorum
redundat in tota ecclesia propter quod vocat
eos patres d. Scribo vobis patres qui
cognovistis eum qui ab inicio est i. ver-
bum incarnatum procedens a patre ut dicitur
est in principio huius epistole q. d. eis cognos-
cetis maiorem sciam aliis debetis esse
aliorum exemplum propter vitam viris. 3o indu-
cit adolescentes in quibus incipiunt con-
cupiscencie carnis vigere propter quod laudat eos
de castitate ut ad eam magis accendantur nam
virtus laudata crescit ideo dicit Scribo
vobis adolescentes qui vicistis malignum
i. mali ignis intentivum qui est ignis
concupiscencie carnalis q. d. decetur non
debetis permittere vos vinci a carnalibus
desideriis. ¶ Quarto inducit infantes
tamen aliquid racionis capaces qui licet parum
cognoscant de divinis tamen recognoscunt deum
esse patrem. Dicit igitur scribo
vobis infantes qui cognovistis patrem
q. d. quem cognovistis debetis eum et
timere et prout possibile vobis est imi-
tari. ¶ Quinto inducit iuvenes qui iam
habent robur corporis dicens Scribo vo-
bis iuvenes qui fortes estis q. d. sic
estis fortes corpore ita sitis mente ut
non deficiatis in quacumque tribulacione
et subditur ad hoc vero et vicistis ma-
lignum i. dyabolum renunciando ei et pom-
pis eius in baptismo q. d. debetis fir-
miter stare ne decetero vincamini ab ipso.
Nolite diligere hic ponitur divine pacis
cum hominibus dissipatibus ut cavitur
quod est duplex scilicet cupiditas que est
venenum caritatis in qua caritate con-
sistit dei societas et heresis perversitas que
deum societate dissolvit. igitur primo docet
cavere primum secundum hoc ibi filioli. ¶ Circa primum
dicit nolite diligere mundum non accipitur
hic mundus pro primi facio est aliud eum diligere

sunt neque tamen per eas ascendimus tamquam
per scalam ad cognicionem creatoris Ro. i.
invisibilia enim ipsius i. dei a creatura
mundi i. ab homine per ea que facta sunt
intellecta conspiciuntur sempiterna quoque
virtus eius et divinitas sed accipitur hic
mundus pro hominibus delectabilia huius
mundi inordinate querentibus de quibus
dicitur Jo. i. mundus eum non cognovit
quia occupacio circa delectabilia mundi
impedit cognicionem dei licet autem natu-
ra sit ipsius diligere dei vicium tamen est
ordinem transgrediendo ut amicus secu-
lorum sit multis efficiet pri. iz. nomine
autem mundus ierunt in corum ideo sub-
ditur neque ea que in mundo i. vicia eorum
Si quis diligit mundum hoc modo
dicitur non est caritas patris in eo nam
amor delectabilium huius mundi retrahit
ab amore divino quia omne quod est in mundo
i. in hominibus mundanis concupiscencia carnis
est que vergit in voluptuosis et cetera
et superbia vite in ambiciosis que scilicet
triplex concupiscencia non est ex patre ex michi
viciosum est a deo licet res concupite sit
a deo creata potencia concupiscibilis et eius
actus neque tamen eius non autem in
quantum deordinatur. Et quod mundus est
quia pervenit ex defectu suum malicia homi-
num mundanorum et mundus i. homines mun-
dani transibit de hoc mundo per mortem
vita enim prius non est in quidem tristi
Sapiencie ii. Umbre transitus est tempus
nostrum qui autem facit voluntatem ma-
net in eternum quod de statu gracie transit ad
statum glorie que est gloria consumata.
Filioli hic consequenter docet cavere
hereticorum perversitatem 1o firmiter ca-
tholica veritate ibi vos quod audistis
ab initio sciat breve vera recapitu-
lacionem ad maiorem declaracionem firmitatem ibi hec
scripsi vobis prima in duo quod primo monet
hereticos cavere 2o docet eos cognoscere
ibi. Et vos unccionem primum dicit filioli hora

filioli karissimi quod super se pronibus fidelibus
qui dicuntur filioli beati Johannis eo quod erant
apertus in illis partibus novissima hora
est i. sexta etas et ultima huius mundi
que simul currit cum septima que est
etas quiescentium in celo a tempore passio
nis xpi quod est apertum ianua celestis
aliter exponitur de tempore antixpi quod
dicitur hora novissima eo quod est futura
circa finem mundi tamen aliquo modo incipit
a tempore apostoli in quo ebyon et cherinthus
surrexerunt et plures alii heretici qui fuerunt
figura antixpi sicut iohannes baptista dicitur
venisse in spiritu helye luce i. Et hinc
exponi magis concordat litera sequens cum
dicitur et sicut audistis quia antixpus
venit i. venturus est tempore suo et nunc
ante xpi multi facti sunt s. heretici cor
rumpentes veritatem evangelii sicut fa
ciet antixpus unde scimus i. ex hoc
comprehendimus quia novissima hora est
i. quod tempus antixpi quodam modo incepit
ex his que nobis prodierunt i. ex societate
nostra nam heretici ipse dicuntur qui fidem ka
tholicam susceptam corrumpunt. Sed non
erant ex nobis sed eterna sed dei predesti
nacionem nam si fuissent ex nobis hoc modo
permansissent utique vobiscum quia dei
predestinatio non frustratur effectu suo sed
ut manifesti sint supple exierunt de so
cietate nostra ut sic a fidelibus melius
caveantur. Sed vos hic consequenter docet
modum cognoscendi hereticos qui alii
aliunde veniebant ad subvertendum fidem
simplicium et primo tangit modum apte
fidelium dicens Sed vos unctionem gratie
habetis a spiritu sancto que data est vobis
in baptismo et nostis omnia s. ad salutem
necessaria quia non eis deficit in neces
sariis et multo minus actor nature
veritatis ante fidei necessaria est ad
salutem tamen magis vel minus explicate
secundum statum credencium nam sacerdotes
plura tenentur explicite credere quam sunt
fidei quam simplices layci et ideo si veni
at hereticus ad corrumpendum fidem et

fidelis se confidat ad deum adherendum
eius unctionem diligente non deficiet qui
cum diriget per se vel per alium sicut est
pertinet ad statum suum non scripsi vobis
quasi ignorantibus hoc dicit specialiter
prelatoribus qui sciebat fideliter tates
sanum de veritate articulorum distincte
et sic in potestate fidelium uthic unc
tionem doctorem de omnibus necessariis
ad salutem illud autem hic dicimus quod
est in potestate nostra habendi. Secundo datur mo
dum cognoscendi expresse hereticos dicens
quis est mendax s. in fide nisi is qui
negat i. negacionem que sequitur affirmat
esse veram scilicet quod ihesus non est xpistus
hoc enim affirmat iudei obstinati dicen
tes quod ihesus nazarenus non est xpistus
in lege et prophetis promissus hoc enim af
firmabat post susceptionem baptismi hic
est antixpus i. xpo contrarius qui ne
gat patrem et filium et hec sunt enim corre
lativa que posita se ponunt et perempta
se perimunt ideo qui negat unum et
alterum et sic qui confitetur unum et alterum
Vos hic consequenter monet eos tenere fidei
veritatem d. vos quod audistis ab inicio
vestre conversionis in vobis permaneat sine
hesitacione et dubitacione Si autem in
vobis permanserit s. fides caritate formata
quam accepistis in baptismo et vos in filio
et patre manebitis in presenti per gratiam et
et promissio quam ipse pollicitus est vobis
dare de futuro vitam eternam Jo. 6 hec est
voluntas eius qui misit me patris ut
omnis qui videt filium et credit in eum
habet vitam eternam. Hec scripsi hic ponit
tamquam per quandam recapitulacionem ad maiorem
affirmacionem dicens hec scripsi vobis
de hiis qui seducunt vos i. conantur vos
decipere et vos unctionem gratie quam accepistis
ab eo i. a deo in baptismo manet in vobis
in potestate est enim habere illa gratiam obser
vare quia deus non subtrahit gratiam
suam ab aliquo nisi ipse prius se elongat

se ad eo prevalam voluntate et non necesse
habetis ut aliquis homo doceat vos
non est per hoc intelligendum quod fideles sim
plices contempnere debeant doctrinam su
periorum vel eam negligere cum eam possint
habere quia doctrina dei est sed hoc dicitur
quia si humana doctrina deficit deus
supplet ut supra. Sed sicut unctio eius
i. dei que est sufficiens docet vos de omnibus
necessariis ad salutem maxime in tan
tum quo deficit humana doctrina unde frequenter
inveniuntur aliqui simplices meditati
in campis clarius videntes in hiis que
sunt necessaria sue saluti quam illi qui quasi
cottidie audiunt sermones in civitati
bus magnis et verum est et non est men
dacium vel ab eo qui est regula veritatis
non potest procedere nisi verum et sicut
docuit vos manete in eo pro bona vo
luntate et cum apparuerit in iudicio
habeamus fiduciam i. certitudinem de beatitu
dine nostra et non confundamur ab adven
tu eius audiendo illam terribilem sen
tenciam que habetur Mat. v. Ite maledicti
in ignem eternum etc. Si scitis quoniam iustus
est accipit hic Si pro quia quia cuilibet
fideli hoc notum est de deo. Scitote quoniam
et omnis qui facit iusticiam i. opera iusticie
ex ipso natus est ab ipso est omne bonum
nature et vite spiritualis unde est de operi
bus iustis iustifice qua datur cum gratia
per quam homo constituitur in quadam parti
cipacione supernali esse divini sicut
dicitur ii Pe. maxima et preciosa nobis
promissa donavit ut per hoc efficiamini
divine consortes nature. Sed tamen cum

Videte qualem
caritatem. Postquam beatus Johannes
tractavit de sanctitate dei et
hominum in via hic consequenter tractavit
de illa que constituitur in patria et divi
ditur in duas partes quia primo declarat
eius perfectionem secundo debitam ad eam disposicionem
ibi et omnis etc. Primum dicit videte
i. diligenter attendite qualiter qualem
caritatem dedit nobis pater celestis nos
in filios adoptando. Jo. i. Dedit eis potes
tatem filios dei fieri hiis qui credunt
in nomine eius ideo subditur ut filii dei
nominemur et simus in veritate ita quod hoc
nomen in nobis non est vacuum nec nunc
et pignus habemus in celesti hereditate
propter hoc mundus non novit vos nota
approbacionis homines enim mundani non
approbant sed reprobant illos qui terrenis
contemptis tendunt ad hereditatem ce
lestem eos miseros et stolidos et stul
tos reputantes et subditur eciam enim deum
quia non novit eum ex hoc enim quod
homines sunt terrenis totaliter intenti
avertunt a cognicione dei patris in quan
tum est dator celestis hereditatis propter
quod non approbant sed reprobant contemptores
terrenorum et appetitores celestium et si
queratur quod sit illa celestia videte
Carissimi nunc filii dei sumus per graciam
adopcionis et nondum apparuit quid eri
mus quia illa bona celestia non sunt
comprehensibilia q. d. non possem sufficienter
exprimere ab hominibus vite presentis primo
Cor. ii. oculus non vidit et auris
non audivit et in cor hominis non ascen
dit que preparavit deus hiis qui diligunt
eum. Scimus q. d. hoc tamen scimus in
generali de celestibus quod cum apparuerit i. cum
nobis se presentem ostenderit in possessione
celestis hereditatis nos ponendo similes
ei erimus et ipsum quantum possibile est
transformati et ei coniuncti et subditur modus
huius coniunctionis et transformacionis cum
dicatur quoniam videbimus eum sicuti
est videndo enim ipsum clare erimus
cognicio enim sicut omnes philosophantes
perscrutantur consequitur ad cognitum
sed autem visio est perfecta cognicio que potest
haberi a creatura intellectuali et per con
sequens est ibi assimilacio perfectissima ad
deum et transformacio per amorem annexum
et in hoc consistit sanctitas dei et bonorum

Et omnis hic consequenter declarat debitam
dispositionem ad hanc societatem quam
dam que duplex secunda ponitur ibi omnis
qui non est iustus prima in duas quia
primo facit propositum 2o removet quan
erroneum dam ibi filioli prima dicto dis
posicio ad visionem dei conspectam est
puritas mentis secundum dominum salvatoris
math. v. beati mundo corde quoniam ipsi deum vi
debunt vnde dicat et omnis qui habet
spem hanc in eo hoc est in deo speratis
ipsum videre facie ad faciem clare sanctificat
te construm emundando sicut ille sanctus
est propter quod non admittit ad sui visionem
nisi sanctos et quod alii repellantur in
mundi consequenter ostenditur cum dicat Omnis
qui facit peccatum et iniquitatem facit nam
peccatum est transgressio legis divine que autem
divina est ipsa equitas vnde in omni mor
tali peccato est equitatis corrupcio et propter hoc
iniquitas et scitis quia ille apparuit
in carne assumpta ut peccata tolleret que
sunt divine visionis impedimenta et peccatum
in eo non est i. esse non potest ideo subdit
omnis qui in eo manet fide formata
caritate non peccat quod dum sic manet
quia contraria simul esse non possunt
in eodem sub subito et omnis qui peccat
non vidit eum videns eum deum clare
qui videret ipsum esse summum bonum nullo
potest autem ab eo per peccatum nec cognovit
cum fide formata caritate et per hoc est
intelligendum quod habens fidem
caritate formata non possit peccare ut
aliqui dixerunt et male Apoc. ii. ca
ritatem tuam primam reliquisti memor
esto itaque vnde excideris etc. Sed sic est in
telligendum quod nullus videns actu fide
formata caritate vel cognoscens in eum peccat
ideo dicitur nec cognovit eum scilicet
actu peccando Filioli hic consequenter re
movet quendam errorem erant enim
aliqui dicentes quod cognicio fidei sine opi
bus sufficiebat ad salutem contra quem

errorem scripsit beatus Jacobus ut visum
est supra in epistola sua et sic contra ipsum
dicit beatus Johannes Filioli nemo vos
seducat predicto errore facit iusticiam i. opera
iusticie iustus est vnde ille qui credit
sine operibus et facit peccatum ex dyabolo
est licet dicat se esse christianum qui ab initio
dyabolus non est per hoc intelligendum quod
creatus fuit malus ut dixerunt ali
qui quia scribitur gen. i. vidit deus cuncta
que fecerat et erant valde bona sed quia
ex quo primo peccavit semper in peccato per
severavit nam peccatum eius est irreme
diabile et non peccandum homines induxit
in hoc apparuit filius dei in humanitate
assumpta ut dissolvat opera dyaboli
per mortem suam et etiam sacramenta a beata
morte efficaciam habentia ideo concludit
Omnis qui natus est ex deo per sacramentum
baptismi quod est sacramentum fidei
formate peccatum non facit mortale sed
nullus quia fide formata caritate non
stat cum peccato mortali ideo subdit quoniam
semen ipsius in eo manet s. gratia que non
compatitur secum tale peccatum et non potest
peccare mortaliter hic gratiam que non pot
esse mortaliter peccandi sicut sedens in tantum
sedens non potest ambulare et impos
sibile potest tamen peccare per defectibi
litatem liberi arbitrii quod non conservatur
in bono perpetuum in presenti nisi in aliquibus
ex gratia speciali propter quod infert distinctionem
filiorum dei et dyaboli in hoc manifesti
sunt filii dei s. quod non peccant mortaliter
et filii dyaboli per operacionem peccati et sic
patet quod non sunt aliqui filii dei per fidem
sine operibus quod concludere intendebat
Omnis hic ponitur secunda dispositio ad
beatitudinem que est caritas proximi math.
v. beati misericordes quoniam ipsi misericordiam con
sequentur et dividitur in duos partes quia
primo inducit ad proximi caritatem actu 2o

declarat debitum modum ibi scilicet circa
primam partem primo continuat se ad praedicta
dicens omnis qui non est iustus iustitia
infusa non est de deo quia illa sola facit
dignum vita eterna et qui non diligit
fratrem suum scilicet non est dignus vita beata
qui hoc est annunciatio i. res annunciata quam
audistis ab initio conversionis vestre ut dili
gatis alterutrum caritative et non sicut
caym supple fecit qui ex maligno erat
i. dyabolo et occidit fratrem suum abel
genesis 4. et propter quod occidit eum
Quia opera eius maligna erant
fratris autem eius iusta istud fuit occasio pri
nam munera abel propter eius iustitiam
fuerunt accepta deo in cuius signum ignis
descendit de celo et consumpsit eius sacri
ficium unde Gen. 4. ubi dicitur et respexit
deus ad abel et ad munera eius translatio
theodotionis habet inflammavit deus
super abel talis autem inflammatio signum
est acceptionis divine ut patet Iudic. 6.
de oblatione gedeonis et 13 de oblatione
manue et 3 Reg. 18 de oblatione salo
monis quod videns caym concepit in
vidiam et odium contra fratrem ex quo
odio sicut exercuit in principio occidit
eum dicitur autem opera caym fuisse ma
ligna quia licet offerret deo offerebat tamen
de peioribus et ex voluntate perversa unde
dicitur Gen. 4. ad Caym autem et ad mu
nera eius non respexit quasi diceret propter mali
ciam caym munera eius non accep
tavit et ex hoc concludit dicens nolite
mirari fratres si odit vos mundus quia
opera eius maligna sunt vestra autem
bona et reddit causam bonitatis dicens
nos scimus [illegible] si refertur
ad apostolos qui receperunt spiritum sanctum in
signo visibili certa fuerunt confirmati et
de hoc per divinam revelationem fuit certi
tudo si autem ad alios refertur scire hic
accipitur pro probabili coniectura quia trans
lati sumus de morte culpe ad vitam gratie

diuersi [?] / sodi [?] / f'[?] festo [?] / fr'bui [?]

quia diligimus fratres opera vero contrarie
ria sunt meritoria vitam subdit propter oppositum
qui non diligit manet in morte quia
caret caritate que est vita anime omnis
qui odit fratrem suum quod est peius quam
non diligere eum homicida est seu opinione
spiritualiter corporis seu corporaliter dispositive
quia vitam adimere dispositio ad homici
dium sicut est de caym et sicut quoniam
omnis homicida non habet vitam eternam in se
manentem quia non habet gratiam que est in nobis
quedam inchoatio vite eterne que consummatur
in gloria que est gratia consummata ¶ In hoc
cognovimus hic consequenter inducit ad actum
caritatis superne per exemplum christi qui
mori voluit pro nostra salute et primo facit
suam inductionem 2o aliquorum conclusionem
ibi et nos debemus pro fratribus animas
ponere i. vitam corporalem pro salute corporis
spirituali exponere et hoc debitum patet
ex ordine caritatis sicut quod deus est
super omnia diligendus et post ipsum anima
propria et tertio loco anima proximi quarto
et ultimo corpus proprium secundum Aug.
primo de doctrina christiana bonum vero minus
diligibile secundum ordinem rectum debet
exponi pro salute magis diligibilis propter
quod vita corporalis est exponenda pro spirituali
salute proximi non tamen omnes ad hoc
semper tenentur nec enim [illegible] cum non
est quibus iniuncta specialiter cura sui corporis non
autem cura de salute spirituali proximi sed
solum in casu necessitatis ut si quis
videat periculum proximi spirituale et
non possit sibi aliter subveniri nisi per hoc
quod talis videns exponat se morti corporali
in tali casu tenetur hoc facere et non
alias et hoc modo videtur beatus vitalis
[illegible] medium [illegible] mortis
ponitur pro fide christi et [illegible] suis
exhortationis exhortasse proprio ad mor
tem fuit condempnatus / illi vero qui
curam animarum habent ut praelati et curati

de ordine caritatis

nota

Henricus de gandavo [illegible] quod fortassis [illegible] pro dubia salute spirituali alterius non debet se exponere morti corporali

nota

epi talis prelati non solum in hoc casu sed etiam in aliis tenentur pro salute subditorum suorum vitam ponere temporalem ut puta et si lupus intret gregem ad corrumpendum eum in fide vel moribus aliter non esset pastor sed mercenarius secundum testimonium salvatoris Jo. x. ¶ Qui autem habuerit. hic consequenter ostendit in aliquibus defectum huius caritatis dicens qui habuerit substantiam huiusmodi i. divitias hic tangitur duplex casus in quo eleemosina fieri necessitatis est et precepti. Primus accipitur ex parte facientis scilicet qui habet supra statum victui et vestitui condecentis necessitatis pro statu non solum secundum presentem statum sed etiam ea que probabiliter possunt occurrere secundum preceptum occurrunt et secundum hoc dicit Luc. xi. quod superest date eleemosinam. Unde Basilius famelici panis est quem tu tenes nudi tunica quam in conclavi conservas discalceati calceus qui apud te marcescit indigentis argentum quod possides inhumatum quo et tot iniuriaris quot dare valeres et hoc idem dicit Ambrosius in decretis d. xlvii sicut hic. et hoc notatur qui eum habuerit substantiam huius mundi i. divitias superfluas modo dicto. Secundus casus accipitur ex parte recipientis scilicet qui patitur urgente necessitate et non aliter unde sustentari posset vel periculum imminet et tunc iste tenetur dare non solum de superfluo sicut in casu predicto sed etiam de necessario non precise secundum condecentiam considerate quia plus quilibet tenetur sibi quam alteri si sit in necessitate simili sed de necessario sui status unusquisque quilibet debet se restringere ut proximum adiuvet in ultima necessitate et secundum hoc subditur et viderit fratrem suum necessitatem habere scilicet ultimam et clauserit viscera sua ab eo subveniendo denegando quomodo caritas dei manet in eo q. d. nullo modo in tali enim casu est transgressor precepti divini propter quod dicit beatus Ambrosius libro de officiis pasce fame morientem si non pavisti occidisti. ¶ Filioli hic consequenter inducit ad debitum diligendi modum dicens filioli mei non diligamus verbo neque lingua sicut illi qui verbo dicunt se fratribus compati sed de facto nichil et hic est amor fictus sive verbalis neque lingua sed fallaci sicut Ioab dixit Amase 2. Reg. 20. Salve mi frater et statim interfecit eum et hic amor non solum est fictus et vanus sed etiam proditorius. Sed opere et veritate quia secundum hunc diligendi modum scilicet efficacie et veritatis cognoscimus quoniam ex veritate sumus i. ex deo qui est ipsa veritas et in conspectu eius suadebimus corda nostra ad vera caritatis opera vel aliter persuadebimus corda nostra i. confidenter persuadere poterimus corda nostra quod si aliter diligeremus scilicet vane vel false hoc facere non possemus ideo subditur quoniam si reprehenderit nos cor nostrum de vana vel falsa dilectione maior est deus corde nostro et novit omnia propter quod talis vanitas vel falsitas non latebit eum. ¶ Carissimi si cor nostrum non reprehenderit nos de dilectione vana et fallaci fiduciam habemus ad deum. i. in nostris necessitatibus recurrendo ad ipsum et quicquid petierimus de pertinentibus ad nostram salutem et perseverantie accipimus ab eo non tamen semper statim sed tempore oportuno nam propterea differt petitiones suorum implere ut non sit vile quod prestat et ut propiori desiderio et postulationis repetitione maturius eis accrescat et subditur causa impetrationis cum dicit quoniam mandata eius custodimus ideo ipse autem custodientibus eius mandata vitam eternam promittit Mt. 19. Si vis ad vitam ingredi serva mandata et fidelis adimplendo promissa et que sunt eius mandata subdit dicens et hoc est mandatum eius et cetera. hic accipitur singulare pro plurali quia omnia eius mandata continentur in isto [illegible]

De eleemosina

Nota

Nota

Aliquando deus differt exaudire

operante 1o. 12. plenitudo ergo legis est dilectio. Et qui servat eius mandata per dilectionem adimplendo in illo manet sicut amans in amato et econverso. Et in hoc scimus quoniam manet in nobis deus modo de spiritu hoc est per spiritum quem dedit nobis. Si hoc intelligatur de beato Johanne et aliis apostolis ipsorum scire est certitudine revelationis divine. Si autem de aliis est per probabilem coniecturam ut dictum est 3. ca. et eodem 4. ca. sic.

Carissimi. Hic est secunda pars principalis tractatus huius epistole in qua beatus Johannes agit de incarnatione et primo veritatem declarat 2o conclusione confirmat ibi et nos vidimus. Prima in duo quia primo determinat veritatem 2o inducit ad caritatem ibi carissimi et quia opposita iuxta se posita magis elucescunt ideo determinando ponit veritatem iuxta oppositum falsitatem et dividitur in duas partes quia primo determinat veritatem in comparatione ad doctores 2o ad auditores ibi Ipsi de mundo sunt. Circa primum dicit nolite omni spiritui credere i. omni loquenti de spiritualibus vel incarnatione ubi et de maioribus. Sed probate spiritus. Modus autem probandi postea ponit. Sed primo ponit causam probandi cum dicitur quia multi pseudoprophete i. multi doctores falsi de incarnatione exierunt in mundum sicut fuit Ebion et Cherinthus ut dictum est supra et subditur modus probationis cum dicitur In hoc cognoscitur spiritus dei i. loquens de spiritualibus ex inspiratione divina omnis spiritus qui confitetur Ihesum Christum in carne venisse ex deo est i. loquitur ex inspiratione divina. Christus est nomen suppositi in duplici natura s. divina et humana. In divina aeternaliter in humana ex tempore venit igitur in carne naturam humanam assumendo in virgine. Sed venit in carne nascendo de carne assumpta et sic patet quod venisse in carne venisse in carnem est sed supponit primum propter quod apostolus magis expressit sed quia primum et omnis spiritus qui solvit Ihesum sicut Ebion et Cherinthus negantes eius divinitatem et omnes alii male sentientes de incarnatione ex deo non est i. non loquitur ex spiritu divino sed maligno ideo subditur et hic est antichristus non in persona sed in figura ut dictum est supra 2. ca. quod sicut patet littera sequens cum dicitur de quo audistis etc. Vos ex deo estis filioli per baptismum regenerati et vicistis eum sicut figuraliter antichristum confitendo Ihesum Christum esse deum et hominem verum vel vicistis eum i. mundum devitando concupiscentias oculorum et carnis et superbiam vite que nomine mundi intelliguntur ut dictum est supra 2o ca. quoniam maior est qui in vobis est s. spiritus dei in quo vicistis concupiscentias mundi et non virtute propria quam qui in mundo est s. spiritus malignus qui habitat in hominibus mundanis excitat concupiscentias pravas. Ipsi de mundo hic consequenter determinat ex parte audientium circa quod sciendum quod quilibet audit libenter illud ad quod proprietatem sed contrarium abhorret ideo heretici doctrinam suam laxabant hominibus mundanis mundi delectabilia ut sic facilius pervenirent eos circa credibilia et hoc est quod dicit Ipsi i. heretici qui sunt figura antichristi de mundo sunt i. querentes huius mundi delectabilia unde dicit Augustinus in libro de utilitate credendi hereticus est qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie principatus gratia falsas ac novas opiniones fingit vel sequitur. Ideo de mundo loquuntur i. ex habundantia cordis os loquitur et mundus eos audit. Nam ad ea que pertinet efficitur. Nos ex deo sumus regenerati qui novit deum fide formata caritate audit nos acquiescendo doctrine nostre qui non est ex deo non audit nos. Sed magis abhorret doctrinam nostram. In hoc cognoscimus spiritum veritatis et spiritum erroris i. doctorem adherentem veritatis et doctorem

heretici sunt figura antichristi

et disciplinam veritatis et doctore et discipulum erroris ¶ Carissimi de claritate veritate de ubi incarnatione hic redditur ad tractandum de caritate de qua in hoc libro principaliter intendit ut patet ex processu libri primi quod tractando de aliis intrinsece de caritate ad quam inducit hic quadrupliciter ratione prima sumitur ex similitudine dei quam per caritatem consequimur nam ipsa dividit inter filios regni et perditionis ideo dicit diligamus etc nos invicem quia caritas ex deo est id est a deo infusa et omnis qui diligit frattrem suum ex deo natus est quia caritas est quedam participatio divine nature in nobis ¶ Et cognoscit hic ponit secunda ratio que accipitur ex dei visione quam debemus appetere et hanc habemus per caritatem non sicut malicia voluntatis prohibitum visum suum prohibet vanis indicium ita econtrario bonitas eius que est per caritatem erit in intellectu iudicium rectum propter quod dicitur infra cap. 2 animalis homo non percipit ea que sunt spiritus dei spiritualis autem iudicat omnia et hoc est quod dicitur et cognoscit deum s. hunc caritate qui non diligit dilectione caritativa non novit deum notitia meritoria quia deus caritas non est per hoc intelligendum quod deus sit caritas movens in medio voluntatem humanam ad actum diligendi sine habitu medio ut videtur sentire magister sententiarum 1a d. primi libri quia tolleretur ratio delectabilis ab actu diligendi nam habitus perficiens potentiam facit actum delectabilem 2 ethic. deus autem non potest esse forma perficiens voluntatis creatae etc. ¶ Et ratio meriti nam sicut in actu diligendi voluntas esset tantummodo mota et sic non diligeret libere nec per consequens meritorie ideo tenentur alii multi doctores quod deus movet ipsam voluntatem ad actum diligendi meritorium per habitum caritatis infusum sicut intellectum ad actum credendi per habitum est dicit est ergo sic intelligendum quia deus caritas est s. increata sicut est bonitas et sapientia ad omnem cognitionem veram inclinat caritatem hanc

ut dictum est supra obiectum cuius huius cognitionis non est bonum confessione sic hunc appetitum recto ideo subiectam dilectione caritativa que facit appetitum intellectivum rectum maxime circa deum non remanet talis cognitio ¶ In hoc apparuit hic ponit tertia ratio que accipitur ex dei imitatione qui ex dilectione ad nos misit filium suum in mundum in humanitate assumpta ut vivamus per vitam gratie influit nos sicut influit spiritus et motum in membris suis Sed quia pater qui dilexit nos diligere cum est velle alicui bonum quidquid autem boni nature vel gratie in nobis est vel potest esse totum est a deo agente voluntarie et misit filium suum propitiationem id est hostiam pro peccatis deus pater nobis propitius redditur pro peccatis nostris s. tollendis ex hoc concludit intentum d. carissimi etc. et patet littera ¶ Deum hic ponitur quarta ratio que accipit ex divina inhabitatione in nobis quam debemus appetere summe et hoc facit caritativa dilectio non autem visio quia non habetur in presenti vita et hoc est quod dicit deum nemo vidit unquam Exo. 33 non videbit me homo et vivet et tamen dicitur quod concessum fuit paulo et moysi videre divinam essentiam sed hoc fuit in raptu et dispensative non ratione communi de qua intentio est hic sermo ut patet ex glosa super 1 ti ¶ Si diligamus invicem caritative deus in nobis manet sicut amatum in amante que quidem inhabitatio est aliqualiter eadem cum inhabitatione presenti non habitus caritatis non evacuat adveniente statu patrie sed manet ipsa sed cognitio vie evacuatur et caritas eius in nobis perfecta est ex ponit sicut supra 2 ca. In hoc cognoscimus exponitur ut supra infine capituli precedentis ¶ Et nos vidimus supra in principio huius capituli orditur de incarnatione ubi hic concludit eam de tertio capitulo facit propositum 2o inducit ad dilectionem actum ubi deus caritas est de timiditate vero supra posita de incarnatione ubi confirmat per hoc quod contemplati fuit cum verbo incarnato corporaliter eius videt

et hoc est quod dicit et nos scilicet ego et
alii apostoli vidimus viderunt enim eum in hu-
manitate oculis corporalibus et eius di-
vinitate oculis mentalibus non in se
sed in effectibus suis sicut videtur causa
in effectu viderunt enim ipsum facientem
miracula deitate totius nature facul-
tatem transcendentia et non solum viderunt sicut
alii sed sicut etiam imperando tamquam virtute
propria et testificamur de ipso quo modo
quia pater misit filium suum eiusdem nature
et potestatis cum eo salvatorem mundi per
propriam passionem in humanitate assumpta
ideo concludit quicumque confessus fuerit cor-
de et ore confessione caritativa quoniam Ihesus
Christus verus est filius dei ita quod idem est sup-
positum utriusque nature scilicet divine et humane deus in
eo manet per gratiam et nos cognovimus et cre-
didimus incarnatum modo predicto et credimus
caritati quam habet in nobis id est ardentem ipsius
specialiter habitare nobiscum per caritatem
ut magis moveat primo etiam eo inve-
nit se ad eam invitat ibi nos quarto ca-
ritatem commendat ex tribus primo quia
facit nos participare divinitatem et hoc est
quod dicit deus caritas est scilicet increata

de Caritate

et qui manet in caritate creata que est
quedam participatio caritatis increate que
deus est in deo manet sicut participatum
in participante secundo quia confert honorem
iudicii futuri dat securitatem et hoc est
quod dicitur in hoc est perfecta caritas etc. amor
enim facit considerare iudicia amici ideo subi-
ditur quia sicut ille est scilicet beneficiatus
de bonis iustis et nos sumus in hoc mundo
per amorem eius amicos et inimicos dili-
gendo sicut quod dicitur Mt. 4. diligite ini-
micos vestros etc. ut sitis filii patris
vestri qui in celis est qui solem suum ori-
ri facit super bonos et malos et pluit super
iustos et iniustos. tertio quia excludit ti-
moris servilitatem ideo dicit timor non
est in caritate quod intelligit de servi-
li timore in quantum servilis est sed perfecta
caritas foras mittit timorem caritas
autem quecumque excludit timorem servilem

de timore servili

et ideo quod dicitur hic caritas perfecta
etc. id est perfectio caritatis et minime habet hunc
timorem excludit quoniam timor penam habet
in timore servili pena debetur quia sicut
tunc peccatum solum modo non vitatur non
propter detestationem vitii nec propter vitandam
offensam dei sicut mulier habens volun-
tatem adulterandi abstinet alium timens
a viro puniri qui autem timet hoc modo
non est perfectus in caritate id est non habet cari-
tatem perfectam alio modo exponitur

nota

de timore initiali qui facit cavere peccatum
partim propter penam partim propter offensam tamen
principaliter propter offensam dei et hic timor
in quantum respicit penam semper minuitur
crescente caritate et cum dicitur timor
non est in caritate subintelligitur perfecta
Nos quarto premissa caritatis que dicta sunt
hic consequenter inducit ad caritatem ha-
bendam primo ad caritatem dei. Nos ergo
diligamus deum quoniam deus prior dilexit
exponatur ut supra eodem capitulo. Quarto consequenter
inducit ad caritatem proximi dicens Si quis
dixerit quoniam ego diligo deum et fratrem suum odit men-
dax est quia dilectio proximi includitur in dilectione
dei et ad hoc inducit rationem dicens
qui non diligit fratrem suum quem videt etc.

nota

ad cuius intellectum sciendum quod duplex
est aliqua causa dilectionis uno modo sicut illud
quod est ratio diligendi et hoc modo bonum
alicuius est causa diligendi ipsum in quantum
ipsum diligitur in quantum. alio modo illud quod
est via quedam ad acquirendum dilec-
tionem et hoc modo visio alicuius est causa
dilectionis eius non tamen sic quod ratione sit
diligibile quod est visibile sed quia per
visionem huius ducitur quis ad dilec-
tionem eius ideo non oportet quod illud quod est magis
visibile sit magis diligibile vel quod
magis diligatur sed deum est illud quod
primo nobis occurrit ad diligendum et hoc
modo arguit apostolus proximum eo quod est
nobis magis cognitum occurrit nobis
primo diligendus propter quod si aliquis proximum
non diligit arguitur quod deum non

nota

diligit non quia proximus sit magis dili-
gendus sed quia nobis primo occurrit dili-
gendus ut dictum est unde dicit Gregorius
omelia 2a ¶ homo qui eum non novit
surgit ad incognita quod non novit [illegible]
quia scit notum diligere discit et incognita
amare et sic intelligitur quod dicitur
hic qui enim non diligit fratrem suum quem
videt et sic occurrit primo sibi diligen-
dus racione similitudinis in specie Eccli. 13
omne animal diligit sibi simile etc. deum
quem non videt et sic primo non occurrit dili-
gendus quomodo potest diligere q.d. non est
probabile quia dilectio proximi est quedam
via ad dilectionem dei non tamen sequitur
propter hoc quod sit maior vel prior sed
magis econverso nam illud quod est prius
in via generacionis est posterius ordine perfec-
tionis sicut patet de puericia respectu virilis et
hoc mandatum habemus a deo c. x-
xii. ubi precepto de dilectione proximi con-
iungit mandata de dilectione proximi dei

Capitulum v. cum

Omnis qui credit hec est tercia pars prin-
cipalis tractatus huius epistole in
qua tractat beatus Johannes de victoria
ubi emanacione et dividitur in duas
partes quia primo continuat se predictis im-
mediate de dilectione proximi secundo tractat
de emanacione ubi ibi et hoc est vic-
toria. Circa primum dicit omnis qui cre-
dit fide formata caritate quod Jhesus
nazarenus est Christus in lege prophetis
promissus ex deo natus est per graciam
baptismalem et omnis qui diligit
eum qui genuit id est deum qui fideles
filios suos fecit diligit et eum qui
natus est ex eo non enim diligit sufficienter
deum nisi tamen eo diliget membra eius
ideo subditur ¶ In hoc cognoscimus quoniam
diligimus natos dei cum deum dili-
gamus nam dilectio dei includit dilec-
tionem proximi ut dictum est ¶ Hec quia amor dei
non est ociosus operatur enim magna si
est ut dicit Gregorius omelia 30 ideo subditur
et mandata eius faciamus probacio enim
dilectionis exhibicio est operis. Hec est enim

caritas dei id est hoc exigit caritas caritatis
dei ut mandata eius custodiamus corde
retinendo et opere adimplendo et ne aliquis
se excuset propter difficultatem hoc removens
dicens et mandata eius gravia non sunt
scilicet amanti vel illa que de se sunt gravia dura sunt
et aspera amor dei reddit prima suavia
levia ideo subditur quia omne quod natum est
ex deo per fidem caritate formatam vincit
mundum id est temptaciones mundi et persecu-
ciones ¶ Et hec est pars continuacione de
de dilectione proximi hic consequenter determinat
de emanacione ubi ponit hec determinacio
2o determinacionis manifestacio ibi et spiritus
est 3o manifestacionis ibi tercio ibi
et hoc testimonium. Circa primum continuans
se ad hoc quod dixerat in medio textus omne
quod natum est ex deo vincit mundum
ostendit quid sit illud quod facit vincere dicens
et hec est victoria que vincit mundum
id est facit vincere fides nostra cum auxilio dei ideo
subditur ¶ Quis est autem qui vincit
mundum nisi qui credit fide formata
quoniam Jhesus est filius dei scilicet naturalis consubstancialis
eiusdem nature cum eo non [illegible]
specificat quia natura divina non est di-
visibilis sicut humana sed [illegible]
naturalis distinctus tamen in persona quia natura
non patitur nec racio quod generans et genitus
ab eo sint unum in supposito hoc est filius
dei filius eternaliter a patre genitus qui
venit in mundum ad nos salvandum
per baptismate quia per tactum sue
sanctissime carnis in baptismo dedit
vim regenerativam aquis et sanguinem
effusum in precium nostre salutis Jhesus Christus
verus homo verus deus non in aqua
solum sicut Johannes baptista cuius baptis-
mus solum lavabat corpora sed non
auferebat peccata sicut baptismus Christi sed
in aqua et sanguine id est in baptismo
virtute regenerativa habente et sanguine
ad infinitas animas si esset redimen-
das sufficiente ¶ Et spiritus est hic con-
sequenter ponit de determinacionis mani-
festacione et est quadruplex non tamen ponit hic

secundum ordinem temporis una fuit per spiritus sancti
missionem super apostolos in signo visibili testi-
monium quod ihesus ad dexteram patris glorifi-
catus est eius naturalis filius unus cum
ipso deus et de hoc testimonio predixit sal-
vator Jo. 17. Cum autem venerit paraclitus
quem ego mittam vobis a patre spiritum veri-
tatis qui a patre procedit ille testimonium
perhibebit de me et hoc est quod dicitur spiritus
sanctus qui testificatur cuius testimonium
non potest esse falsum quia spiritus est veritas
i. dei patris filius qui procedit a patre primo
dum intellectus et sic est eius verbum
eodem cui est verbum et filius propter quod
illa que pertinent ad intellectum ut veritas
sapientia et huiusmodi appropriantur filio in divinis
¶ Quoniam tres sunt hic ponitur secunda mani-
festatio que est per capitum visionem in spiritu
trinitatis manifestat sed verba quorum ad
propositum distinctionem et ubi eminencia
eorum a patre et spiritus sanctus ab utroque et
hoc est quod dicitur quia tres sunt qui testi-
monium dant in celo veritatem manifestando
testimonium dare est veritatem mani-
festare pater ingenitus verbum ab
eo genitum spiritus sanctus procedens a patre
et verbo et hii tres unum sunt in essentia
et sic unus deus sub personali gloria sed
¶ Et tres sunt hic ponitur tercia manifestatio
que est per christi passionem in qua anima christi
fuit a corpore separata et a corpore mortuo
effluxerunt sanguis et aqua Jo. 19
et cetera. ¶ Et tres sunt qui testimonium
dant in terra veritatem filii dei manifes-
tando spiritus i. anima christi in qua ad lim-
bum prius descendit et eis se mani-
festavit ostendendo suam deitatem et pro-
[illegible] cum deum vi-
derunt propter quod dominus dixit latroni luc.
23. hodie mecum eris in paradyso aqua
et sanguis qui veritatem manifestant
ecclesie sacramentis habentibus efficaciam
operis que quidem sacramenta confirmant
in fide et confessione trinitatis ¶ Et tres

unum sunt quia conveniunt in assertione
unius veritatis ¶ Si testimonium hic
ponitur quarta manifestatio que fuit
per sensibilem vocem in baptismo christi
et eius transfiguratione audita fuit
vox sensibilis patris dicentis de christo hic est
filius meus dilectus hic singulariter dicitur
per hoc audiens quod ipse solus est eius naturalis
filius et per consequens unus cum ipso in persona
distinctus ceteri vero qui participaliter sunt
eius filii adoptivi dicit igitur si testi-
monium hominum accepimus accipitur vero
pro sed nam testimonium hominum recepimus tamquam
sufficiens in rebus humanis testimonium
dei maius est i. certius quia ei non potest
subesse falsum sicut potest subesse testimonio
hominum et per consequens est magis credibile
in rebus divinis quam testimonium hominum in
humanis quod testificatus est de filio suo
in transfiguratione et baptismo ut predictum
est qui credit in filium dei habet testimonium
dei in se i. effectum illius testimonii qui
non credit filio doctrine eius acquiescendo
mendacem facit eum s. deum patrem
qui dixit testificando hic est filius meus
dilectus et addidit ipsum audite ut habetur
mt. xvii. ideo subditur quia non credit
in testimonio et cetera usque ad ¶ Et hoc est
consequenter ponitur dicte manifestationis
intentio primo ex parte dei testificantis
secundo ex parte Johannis scribentis ubi dicit scribo
vobis ad finem secundum quod predicte ma-
nifestationis intentio ex parte dei est quod
homines per hoc consequantur vitam beatam
et hoc est quod dicitur et hoc est testi-
monium i. intentio eius sive finis quia
vitam eternam dedit nobis deus ¶ Si autem
accipiatur vita beata formaliter que
est visio et fruitio divina sic dedit in
presenti in spe et in futuro in re et respectu
illorum qui iam sunt in beatitudine si autem
accipiatur vita beata obiective sic dei filius
racione deitatis est ipsa vita beata principaliter

meus aspectu beati reficiuntur intus
et virtute humanitatis. Secundo conspectu
aspectu reficiuntur intus sicut dicit
Augustinus super Johannem et sic quoniam
modo dedit nobis suum filium verum deum
et verum hominem ideo subditur et
hec vita in filio eius est. Secundo obiective qui
habet filium dei per fidem formatam habet
vitam scilicet beatam in spe et si habet
filium per dispositionem consumatam habet eam in re
qui non habet filium dei hoc modo vel
illo habet vitam celestem quia sicut affirmatio
ponitur ad affirmationem ita negatio
ad negationem. ¶ Hec scribo hic consequenter
ponitur intentio Jo. scribentis consequenter
quantum ad bonum habendum. Quo contentum
adeptum habitum ibi scimus quod primo i. sed
sunt duplex bonum consequendum secunda illic
et hec est. ¶ Circa primum sciendum quod
voluntas beati Johannis conformis erat
voluntati dei testificantis vitam in
tendebat quod illi quibus scribebat
per hanc vitam beatam consequerentur ideo
dicit hec scribo vobis ut sciatis quoniam
vitam habetis qui creditis fide per dilectionem
operante in nomine filii dei si tamen perseveretis.
¶ Et hec est fiducia hic ponitur secundum
bonum consequendum scilicet ordinem secundarum expositionum
et primo illud ponit secundo circa hec contra
distinctionem facit illic qui scit circa primum
dicit et hec est fiducia quam habemus
ad eum scilicet dei filium quia quodcumque
pecierimus secundum voluntatem eius scilicet
beneplaciti audiet nos non tamen semper
statim sed tempore competenti ut scimus
quia audit quicquid peciverimus quod
est intelligendum quando peticio est pia
pro se perseveranter habemus cum contra aurium(?)
bus semper exauditur et sic est intelli
gendum quod subditur. Scimus etc. quia
repeticio est eiusdem ad maiorem assercionem.
¶ Qui scit hic consequenter circa peticionem
pro peccatoribus facit quandam distinctionem dicens

Qui scit fratrem suum peccare peccatum
non ad mortem i. concludendo in penitenciam
finalem quia quis moritur in peccato mortali
petat orando pro eo et dabit ei vitam scilicet
gracie quia talis peccator non ad mortem scilicet
non potest nisi per divinam revelacionem et
peccatum ad mortem scilicet finalis impenitencia
qua quis in peccato mortali moritur non pro
illo dico ut roget quis quod non est orandum
pro dampnatis in tempore mortis sciretur quod
esset de presenti scilicet non esset pro eo orandum
sed quia hoc nescitur quod quilibet peccator
quamdiu vivit potest redire ad graciam ideo
pro omnibus peccatoribus adhuc viventibus
est orandum. Omnis iniquitas i. transgressio
pro diversorum preceptorum que continet equi
tatem in se et peccatum est mortale et est
peccatum ad mortem si quis ideo perseveret usque
ad finem vite in talis. ¶ Scimus hic
ponitur intencio beati Johannis circa bonum
habitum et est duplex secundum quod ibi
et scimus. Intencio vero beati Johannis est asse
rere filios dei per adoptionem devitare
omne peccatum mortale. Secundo volunt per donum
gracie ideo dicit scimus quia scimus quia
scimus quoniam omnis qui natus est ex deo
per fidem baptismalem non peccat quamdiu
in ea stat et intelligit de peccato mortali
quod non potest stare cum gracia. Sed generacio
dei i. ipsa gracia per quam constituit in quodam
esse divino supernaliter conservat eum et ceterum
est de se et malignus non tanget illum
inducendo ad mortale peccatum ubi volun
tarie detinet a statu gracie subiciendo se
maligno per peccatum mortale ex liberi ar
bitrii defectibilitate. Scimus quia ex deo
sumus. Si hoc refertur ad apostolos qui
erant in gracia confirmati et hoc prerogativa
eorum et specialiter scire est per certitu
dinem. Si autem refertur ad alios iustos
est per probabilem coniecturam sicut dicitur
est. Super mundus totus i. homines
in mundi delectabilibus finem suum ponentes
in maligno i. igne eterno positus
est. ¶ Scimus hic ponit secundum bonum habi

s. dei cognitio dicens et scimus quod filius
dei venit in mundum et dedit nobis sen-
sum ut cognoscamus verum deum hoc
enim dedit apostolis quando aperuit illis
sensum ut intelligerent scripturas sed ultra
alijs autem fidelibus dat sensum cognos-
cendi deum per fidem et huius scilicet sal-
tem illam que est operanda [illegible]
nescit se habere caritatem et scimus
in vero filio eius ei adherentes per fidem
apostoli vero cognouerunt se esse in eo per fidem
caritate formatam et hoc certitudinaliter
alij vero iusti coniecturaliter hic est verus
deus scilicet filius qui est unus deus cum pa-
tre et hoc expeditur error eorum nega-
tium christi veram diuinitatem et vita eterna
salus [illegible] tunc ut predictum est eodem capitulo
ultimo dicit filioli custodite vos
a simulacris id est actu ydolatrie per hoc in-
sinuans quod diligenter studeant in cul-
tu unigeniti dei inseparabiliter permanere
amen hec dicitur ad precedentium con-
firmationem

Incipit secunda canonica beati Johannis etcetera

Senior electe domine. ¶ Post-
quam beatus Johannes in epistola
prima instruxit fideles
generaliter hic et in sequenti
in duabus epistolis instruit
aliquas personas specialiter diuiditur
autem hec epistola in tres partes scilicet saluta-
tionem processum et conclusionem secunda incipit
ibi gauisus sum tertia ibi habens plura in
prima parte primo notificatur persona salu-
tans cum dicitur senior et hoc ra-
tione etatis [illegible] status seu officij illi-
qui tunc erant in asya. Johannes enim
principalior ideo dicitur hic senior
2o notificatur persone salutate cum dicitur
electe domine matris eius erat enim
magna et nobilis dicta nomine electa
habens plenam familiam fidelem et
natos esse [illegible] quos ego
diligo in veritate id est caritatiua dilectione
absque falsitate simulacione et non ego solus
sed et omnes qui cognouerunt veritatem
id est omnes fideles qui cognouerunt christum
qui est ipsa veritas propter veritatem
scilicet fidei et bone vite que permanet in nobis
per gratiam et nobis erit in eternum perfecta
que est gratia consummata 3o ponuntur
optata bona cum dicitur ¶ Et vobiscum
gratia iustificans misericordia peccata remittens
debita relaxans et pax id est eterna beati-
tudo appetitum totaliter quietans a deo
patre a quo sunt ista bona et a ihesu
christo filio patris in caritate per quam intel-
ligitur spiritus sanctus qui caritas appellatur
et sic tres persone exprimuntur [illegible]
[illegible] opera trinitatis [illegible]
[illegible] intel-
ligitur spiritus sanctus qui est amborum nexus
et hoc cum dicitur [illegible] in veri-
tate et in dilectione dei et eius cognitione
¶ Gauisus sum. Finita salutatione hic
ponitur processus in qua primo [illegible]
[illegible] bonum ad bonum
[illegible] ad malum [illegible] ¶ Circa primum sciendum
quod virtus laudata crescit ideo beatus Jo-
ut incitet ad proficiendum in futuro lau-
dat bonum de preterito dicens congratulando
gauisus sum valde in domino quod inveni
de filijs tuis ambulantes id est proficientes
in veritate fidei et morum. sicut manda-
tum accepimus a patre id est christo qui est
pater omnium pauperum propter [illegible]

ad p(ro)ficiendum i(n) melius dicens et nu(n)c
rogo te domina de p(ro)fectu et mandato
dilectionis in quo tota lex impletur.
Ro. 13. plenitudo legis est dilectio non
tamq(uam) mandatum novum s(ed) q(uo)d sicut
dictum est sup(ra) 2o ca(pitul)o mandatum de di-
lectione est de doctrine legis na(tura)lis
et sic fuit a principio co(n)dicionis humane
et de lege mosayca et sic est ab initio
legis evangelice ut diligamus alt(er)-
utru(m) i(d est) invice(m) p(ro)pt(er) deum et hoc est caritas
semp(er) p(ro)ficiendo sec(undu)m mandata eius ea
op(er)e adimplendo hoc est enim mandatum
s(cilicet) dilectionis dei et proximi in quo [illegible]
continentur omnia mandata q(uae) sunt q(uo)dam
q(uo)l(ibet) explicationes mandati dilectionis ut
quemadmodum audistis ab initio ut in eo
in s(er)mone in eo ambuletis semp(er) p(ro)ficiendo
Quoniam multi h(ic) consequenter i(n)ducit
ad p(re)cavendum malum et p(ri)mo dicit
ip(su)m et inducit ad cavendum 2o tradit
cavendi modum ibi Si quis ve(nit) p(ri)mo
dicit q(uia) multi seductores q(uasi) d(icat) ad
hoc moneo vos in bono p(ro)ficere quia
multi seductores i(n)ducunt ad contrari-
um a quibus est cavendum et qui sint
illi subdit qui non confitentur ih(esu)m x(pistu)m
venisse in carne i(d est) ip(su)m deum esse vere in
[illegible] et hominem in tempore sicut
sunt iudei obstinati et heretici p(er)verse sen-
cientes de x(pist)o hic est seductor qui sic
de eo p(er)verse sentit et antixpus in figura
licet non in p(er)sona videte vos met ipsos
i(d est) diligenter considerate et cavete ne
p(er)datis omnia que op(er)ati estis ne p(er)-
duntur per corruptionem hereticis Sed ut
plene in bono p(ro)ficietis ut mercedem
plenam accipiatis in patria ubi totaliter
satiatur appetitus anime qui precedit
i(d est) qui p(ri)mo bene incedit p(ost)modum iustitie
et non permanet in doctrina x(pist)i contra
[illegible] recedendo deum non habet
p(er) gratiam qui p(er)dit p(er) p(e)ccatum mortale
Si quis hic consequenter tradit

p(re)cavendi modum d(icens) Si quis venit ad
vos sub sp(eci)e religiositatis et hanc
doctrinam salutis x(pist)i non affert. Sed magis
contrariam nolite recipere eum in domo
i(d est) nolite comunicare cum eo spiritualiter vel
[illegible] seu habitualiter ne seducamini
ab eo nec ave ei dixeritis [illegible]
[illegible] in verbo et hoc sc(ilice)t propter periculum
corrupcionis qui enim illi dicit Ave
[illegible] communicat operibus illius
malignis i(d est) exponit se periculo [illegible]
[illegible] in op(er)e malo [illegible] aliq(ua)n(do) co(m)ponit
ista l(ex) [illegible] de hereticis [illegible]
[illegible] quia participans [illegible]
cum talibus incurrit excommunicationem
[illegible] minorem nisi in casibus concessis
Videte [illegible] vobis ea que dicta sunt s(upr)a
p(er)severanciam in bono [illegible]
in malo ut in die i(d est) iudicii non
confundamini cum [illegible]. Sed magis bono
[illegible] cum electis. Plura h(abe)ns hoc
est conclusio huius ep(isto)le in qua primo se
excusat de brevitate scripture d(icens) Plura
habens vobis scribere que non co(n)ducet
in hac ep(isto)la [illegible]
q(uod) est vox mortua Spero enim me futu(rum)
ad vos et os ad os loqui p(er) viva voce
q(ue) habet maiorem efficaciam sicut dicit
Ieronimus in ep(isto)la ad paulinum de omnibus
divine scripture libris habet nescio quid latentis
energie vive vocis actus et in aures
discipuli de auctoris ore transfusa for-
tius sonat ut gaudium vestrum plenum sit
[illegible] doctrina vel
alr. Ut gaudium vestrum plenum sit i(d est) ut
[illegible] doctrina p(er)veniatis [illegible] fina-
liter ad patriam ubi est gaudii ple-
nitudo Salutant te filii sororis tue
electe habebat enim ista domina sororem
eiusdem nominis cum ea cuius filie erat
cum beato Iohanne evangelista conversan-
tem [illegible] hic est [illegible] ep(isto)le in
qua ap(osto)lus optat ipsi domine co(n)s(er)vacionem

in gratia adopcionis cum iste versus non est in libris correctis etc.

Senior gayo

Sed hec epistola sicut et precedens dividitur in tres partes scilicet salutacionem prosecucionem et conclusionem secunda ibi. Karissime de omnibus tercia ibi. Multa habui. In prima parte primo describitur persona salutans ex etate et officio cum dicat senior sicut dictum est in epistola precedenti. Secundo persona salutata ex nomine et familiaritate cum dicatur gaio carissimo iste erat chorinthius ille de quo dicit paulus prima cor. i. gracias ago deo meo quod neminem vestrum baptizavi nisi crispum et gayum de quo dicit Ro. xii. salutat vos gayus hospes meus recipiebat enim et sustentabat predicatores verbi domini propter quod erat apostolo. Carissimo tercio notatur affectus salutatis ad salutatum cum dicit quod ego diligo in veritate non verbo solum et lingwa.

Carissime hic incipit prosecucio huius epistole in qua beatus Johannes primo monet gayum de perseverancia in bono. Secundo de declinacione a malo ibi. Scripsissem. Circa primum ut gayus efficacius recipiat suam monicionem primo gracias agit de suis bonis operibus preteritis de presentibus et futuris dicens carissime de omnibus scilicet operibus que facis oracionem facio pro te prospere ingredi et valere i. de bono in melius semper proficere. Sicut prospere agit anima tua q. d. ista non sunt opera ficta sicut sunt ypocritarum que opera non procedunt ex consciencia et intencione recta ideo subditur Gavisus sum valde venientibus fratribus i. predicatoribus et peregrinis fidelibus et testimonium perhibentibus veritati tue i. fidei et operibus nunc tue maiorem horum non habeo graciam i. nichil est michi graciosius audire quod ut audiam filios meos non carnales sed virgo ... primum pericula sed scilicet in veritate ambulare per vitam fidei et morum ideo consequenter in bono confirmat eum dicens Carissime fideliter facis erga domum et proximum quicquid boni operis in fratres per baptismum regulatos nobiscum et hoc in peregrinos supple maxime est acceptum deo dicitur ante hic peregrini fideles de suis civitatibus propter fidem christi abominacionibus erecti qui testimonium reddiderunt caritati tue quod eis exhibuisti in conspectu ecclesie et per hoc multi moti sunt ad fidem tuam exemplo tuo quos benefaciens deducens digne deo incipitur sic legi quos scilicet peregrinos cum ad te venerint deducens i. tuis elemosinis pro modus ut inde transeant benefaciens digne deo i. ad honorem divinum et subditur racio per nomine enim eius i. per fide unius veri dei cum parentibus suis profecti sunt i. compulsi sunt exire de locis suis spoliati bonis propriis nichil accipientes agentibus i. a suis contribulibus et similibus ut dicit glosa non quod non possent accipere sed quia illi nolebant dare ut egestate compulsi redirent ad ydolatriam gentilitatis concludit nos ergo debemus suscipere huiusmodi ut cooperatores simus hic autem dicit Johannes non quod haberet divicias sed quia de consilio eius divites talia faciebant et quia bona ecclesie data pauperibus que dispensabat in ephesso sicut apostoli alii in iudea ut habetur actuum 4. ut simus cooperatores veritatis ministrando necessaria illis qui veritatem predicant et illis qui pro veritate sola tribulaciones et exilia sustinent. Scripsissem hic consequenter instruit gayum de vitacione malorum et associacione bonorum dicens scripsissem forsitan ecclesie i. communitati fidelium in tua civitate. Sed is qui amat i. cupit inordinate primatum gerere in eis dyoctropes nomine eius auctor heresiarche qui usurpavit sibi primatum illius ecclesie non recipit nos i. epistolas meas

propter hoc si venero ad locum illum co-
monebo eius opera que facit i. ar-
guam in publico et puniam apostolica cen-
sura tales rebelles tradebant alii sathane
ad vexandum corporaliter ut habe-
tur i. cor. v. verbis malignis i. mal-
le ignei ignitis s. igne supplicii et
invidie garriens in nos i. aliter irreve-
renter loquens contra nos veros xpi
apostolos et quasi ei ista non sufficiant
prima in perversitate neque ipse suscipit
fratres i. pauperes fideles et veritatis pre-
dicatores non recipit hospicio et eos qui
suscipiunt prohibet sub comminacione pene
ne de cetero recipiant et de ecclesia eicit si
quid prohibitione faciat i. iniustissime tan-
tum opera caritatis faciat ipsos q.
de isto et suis sequacibus subdit. ¶
Carissime noli imitari malum etc.
et subditur ratio qui bene facit ex deo
est natum eius bonum procedit a deo qui
male facit non videt eum cognicione
formata caritate demetrio testimonium
redditur bonum de operibus caritatis ab
omnibus ipsum cognoscentibus et ab ipsa
veritate i. a deo qui est veritas nos
testimonium perhibemus quia xpi su-
mus et nosti scilicet per experienciam quia
testimonium nostrum verum est q.d. istum
debemus imitari et associare dyotre-
phen autem eius sequaces devitare
Multa habui hic ponitur conclusio
epistole et ponitur sicut conclusio epistole pre-
cedentis usque ibi pax tibi in quo op-
tat ~~actyo~~ gayo pacem internam consciencie
et pacem superne glorie. Salutant
te amici i. fideles qui sunt apud me
Saluta tu amicos i. fideles qui sunt
apud te nominatim ad maiorem ca-
ritatis expressionem que est quedam
inchoacio future felicitatis ad quam
perducat qui vivit et regnat i. s. s. amen

Judas ihesu xpi servus. Hic
incipit epistola beati Jude apostoli
que sicut due precedentes
dividitur in tres partes s. sa-
lutationem prosecucionem et conclusionem
Secunda ibi. Carissimi omnem curam fa-
ciens qui potens est. In prima parte
primo notificatur persona salutantis ex
nomine cum dicitur Judas. Secundo ex re-
ligione cum dicitur Ihesu xpi servus
i. fidelis. Tercio ex cognacione cum
subditur frater autem Jacobi. Et autem
fuit cognominatus ad distinctionem
Jude proditoris. Secundo ponitur persona
salutata cum dicitur hiis qui in deo patre
sunt fide formata caritate dilectis
a deo tamquam fidelibus amicis et xpo
ihesu conservatis et vocatis i. xpo ihesu
adunatis et congregatis sicut membra
uniuntur capiti et hoc pro eo quod venerunt
ad fidem incarnacionis in eadem que fuit
ecclesia dicta et licet vocatio ponatur hic
posterior conservatione tamen est prior tem-
pore et est vis in hoc sicut dicunt expositores
nomen non variat significationem. Ter-
cio ponitur optatio boni cum dicit
misericordia vobis peccata vestra relaxans et
pax conscientie quietans et caritas dei
augens adimpleatur in celesti gloria
ubi et non alibi caritas perficitur. ¶
Carissimi hic incipit epistole prosecucio
que dividitur in duas partes quia primo Judas
ponit intentum secundo prosequitur propositum
ibi commonere est autem propositum apostoli ibi
commonere est autem propositum apostoli confirmare
fideles contra hereticorum decepciones
et hoc est quod dicit carissimi omnem
sollicitudinem de omnibus scribendi
vobis de communi vestra salute. In hac autem
epistola instruit beatus Judas omnes fide-
les generaliter et non personas aliquas
specialiter sicut facit beatus Johannes in duabus
epistolis precedentibus necesse habui vobis scribere propter

hereticos scribentes insurgentes vel
postea subditur deprecans supplex vos
supercertari i. fortiter certari vel vobis sol-
licite astris fidei q. d. ipsius certamine c[ontra]
fidei i. pro fide tradita sanctis s. apostolis a Christo
semel i. perfecte quibus aperuit eis sensum
ut intelligerent scripturas lucide. ultimo
dicitur etiam semel propter unitatem
fidei et actoris illius eph. 4 unus
deus una fides unum baptisma et
subditur causa certaminis causa cum dicit
subintroierunt enim i. subreptive pre-
intraverunt quidam homines impii
scilicet heretici prout eis cum vero ...
divinum cultum heretica vero subreptive
religiositatis et divini cultus introduxe-
runt quoniam propter quod dicuntur impii qui olim
praescripti sunt i. a longo tempore praefigurati
et hic sensus videtur magis concordare
scripturibus ubi ponuntur plures prae-
figurationes istorum hereticorum dei nostri
gratiam i. fidem catholicam nostram con-
vertentes transferentes in luxuriam ut cum
traherent homines ad suam sectam doce-
bant peccata carnalia tamquam licita atque
ad quae proni sunt homines ac etiam ipsi
operabantur ut scriptum est supra
et solum dominatorem etc. per hoc autem
quod Ihesus Christus dicitur hic solus
dominator et deus non excluditur pater etc. s.
quia dictio exclusiva adiuncta uni personae
in divinis respectu praedicati essentialis non
excludit alias sicut est in proposito solus
cum idem est quod non cum alio propter quod
excludit solum illud quod impetrat alietatem
pater autem est spiritus sanctus non sunt
alius deus et dominator a filio. Sed unius
abnegantes falsa doctrina et vita mala
¶ Commonere hic consequenter praemunit ...
scilicet affirmando fideles contra versuti-
am hereticorum in qua sic procedit quia
primo multiplicat commonitionem ...
declarat secundo fideles in veritate confir-
mat ibi Vos autem ... dicit

duplicem primo per scripturas figurales secundo
per similitudines naturales ibi sicut. hic se-
cunda adhuc in tres partes quia primo
inducit unam de scriptura. secundo ad propositum
applicat ipsam ibi et hi tamen. 3o in-
ducit aliam unam ibi Ve illis. primum autem
est punitio iudaeorum propter incredu-
litatem suam vel rebellionem in deserto ut patet
¶ Exo. 32. et Num. 14 et pluribus aliis
locis dicit ergo ¶ Commonere autem vos
volo non docere de novo et subdit
rationem ¶ Scientes vos s. semel i. perfecte
itaque non oportet vos iterum docere
sed de satis in habitu commonere omnia
s. ad salutem necessaria quoniam Ihesus s.
Christus de terra Egypti populum salvans
... pie divinitatis quod etiam est ideo
dicitur Hebr. 13 Ihesus Christus heri et
hodie ipse et in saecula secundo i. postea
eos qui non crediderunt perdidit et
destruxit in deserto ¶ Angelos hic ponit
secundum scilicet casus angelorum de quo habetur
Ysa. 14 et Ezechiel 28 qui propter suam
superbiam deiecti fuerunt in hunc aerem
caliginosum ad ... exercitium sed fi-
nito hoc exercitio in die iudicii simul re-
trudentur in inferno et hoc est quod dicit
angelos vero qui non servaverunt suum
principatum i. suae conditionis nobili-
tatem sed reliquerunt suum domici-
lium glo. intelligunt caelestem habita-
tionem visione dei. Sed per visionem dei in-
telligit iste glosator visionem apertam
essentiae divinae non dicitur bene quia nullus
videns divinam essentiam potest pecca-
re. Si autem intelligit cognitionem
naturalem angelorum de deo adhuc non
videtur esse verum quia naturalia remanserunt
in eis integra ideo melius dicit ut
videtur. Sed reliquerunt domicilium
suum i. caelum empyreum in quo creati

fuerunt tamquam in loco conveniente sue
nature et ab illo deiecti fuerunt
ut dictum est in medium etc. Construatur
sic litera reservavit scilicet deus pravi
tos angelos sub caligine id est in hac
aere caliginoso in iudicium magni
diei usque ad tempus extremi iudi
cii vinculis eternis id est quod est
quia tunc tradentur vinculis et
ignis in inferno retrusi. ¶ Sicut Sodo
ma hic ponit tertium exemplum
quod dicitur Gen. 19. de civitatibus
submersis et igne sulphureo com
bustis propter habitationem feditate
in quibus vigebat vicium contra
naturam et hoc est quod dicitur sicut
Sodoma et Gomorra et finitime civi
tates id est propinqui duabus dictis simili
modo exfornicate in eodem vicio
infecte. Et abeuntes post carnem
alteram id est convenientem masculi in
masculos turpitudinem operantes
penam sustinentes incendii sulphurei
facte sunt exemplum id est similitudo ignis
gehenne eterni scilicet gehenne. ¶ Vide hic
capitulum tria peccata applicat ad
maliciam hereticorum quorum primum fuit propri
um diaboli ut dictum est ubi de Michaele
Secundum dicit scilicet fuerunt scilicet heretici
carnem quidem maculant et sic sunt
similes Sodomis et in hoc notatur non
solum de fornicatione vel adulterio
sed de vicio contra naturam dicitur carnem
maculant id est ipsum Christum qui non solum
dicitur deus in concreto sed etiam deitas
in abstracto propter excellentiam eius
apta scilicet investigata et inferioribus pro
prium rex regum et dominus dominancium
et sic assimilantur angelis de celo de
iectis propter suam superbiam maiestatem
blasphemant id est sanctam trinitatem et blas
phemiam contra Christum redundat in

totam trinitatem et in hac assimilantur
Iudeis gentilibus in despecto Christi de quibus dicitur
Ys. ubique de trahitur mihi populus iste
et sic merebuntur condempnari cum princi
pe suo omnes predicti. ¶ Cum Michael
hic tercium specialiter declarat ultimo
dictum scilicet quod blasphemia sit valde
gravis peccatum per hoc quod Michael non
fuit ausus blasphemare demonem
propter naturam eius bonam et per hoc patet
quod blasphemare deum nulla est excu
sacio in infinitum est gravissimum peccatum
committi. Cum Michael archangelus
de dyabolo disputans etc. Volebat enim
dyabolus revelare corpus Moysi
Iudeis ad ydolatriam provocans ut eum
adorarent tamquam deum Michael
autem tunc princeps synagoge hoc
volebat impedire non est ausus in
dicere iudicium blasphemie ipsi dyabolo
sed dixit ¶ Sed dicat imperet tibi dominus
ut de speciebus adoracionis recitacionem liquet autem
hoc non sit scriptum in fine deuteronomii ubi
agitur de sepultura Moysi tamen
credendum est fuit sic fuisse propter
dictum apostoli loquentis Spiritu dei. Hii autem
scilicet heretici quecumque ignorant
circa articulos fidei et maxime
de trinitate personarum et unitatem
essencie et unione divine nature
et humane in supposito uno blasphe
mant asserentes esse falsa quecumque
autem naturaliter noverunt id est cognove
runt sensibili cognicione carnali
delectabilia quia cognicio dicitur esse inter
prout naturam dividit contra racionem
id est subditur tamquam bruta animalia que
sunt racione carencia in hiis corrumpuntur
per consensum voluntatis et abusum consue
tudinis. ¶ Ve illis hic tercium indicat
tria de scriptura contra hereticos primum
est de Cayn qui ex invidia suppina et

odio interfecit abel sic heretici odio invidie et
odio veros aplos et fideles persequebantur
ad mortem propter quod imponitur eis
non opitulando sed prenunciando penas caym
maledictionem dicens ve illis qui in via
caym abierunt et autem de commi[n]atione
maledictionis eterne. Primum est de balaam qui
cupiditate ductus voluit maledicere
filiis israel ut habetur num. 22. et 23. et
quod non potuit adeo prohibitus docuit ba-
lach ponere scandalum coram filiis israel
meretrices eos et ydolatria provocantes
num. 24. Sic heretici propter questum pre-
dicatores veros xpi in[n]ocentes maledicebant
et eos quantum poterant scandalizabant
ideo sequitur et errore et reformatur
et de illis qui errore balaam mercede
effusi sunt id est propter questum quem balaam ma-
lis sic composuerit. Tertium est de chore qui
cum ambitione sacerdotium seditionem movit
propter quod terra cum sibi adherentibus ab-
sorptus fuit Num. 16. Sic heretici per
ambitionem honoris et glorie secte erroris
as fecerunt et ipsi per penam chore meruerunt
ideo subditur et contradictione id est et
de illis qui in contradictione chore id est propter
seditionem contra moysen ad similitudinem
chore perierunt id est perire meruerunt // hii
sunt postque declaravit maliciam hereticorum
per penam figuralem hic comparat idem sicut
per similitudines naturales et dividitur in tres partes
quia primo facit propositum secundo inducit ad
hoc propheticum dictum ubi prophetavit autem
tertio epistolam ubi vos autem cari primum
dicit. hii sunt in epulis suis macule co-
minantes id est nominantur hic de comparatione ad
albam vestem quia non solum
diu maculati in corpore. Secundo nubes macule
et absque timore ideo subditur sine timore
dei et honore hominum se ipsos pascen-
tes superflue in quantitate nubes sine aqua
pie salutaris que a ventis circumferuntur
superflue motibus et vanitatis arbores

autumnales quarum folia tantum habentes
ideo subditur infructuose id est bonis operibus
carentes bis mortue semel cum quasi per
prevaricationem peccati et iterum post lapsum
in heresim contradicente propter defectum caritatis
fluctus feri maris id est inquieti et homines
turbationem disseminantes suas confusio-
nes id est cum magno fastu et superbia suas
hereses prenunciantes quibus deveniet
ad confusionem eternam sydera errantia per
varios errores quibus procella tenebrarum
id est tempestas penarum conservata est in eter-
num scilicet in inferno ubi nullus est ordo. Pro-
phetavit autem hic ad propositum inducit
dictum propheticum dicit. prophetavit autem de his
scilicet hereticis futuris septimus ab adam enoch
ambobus tamen computatis ut habetur gen. v.
et pat. i. 8. Ecce venit dominus in sanctis milibus
suis scilicet angelorum sibi assistentium et minis-
trantium secundum quod dicitur dan. vii. throni positi
sunt et antiquus dierum sedit etc. Et sub-
ditur milia milium ministrabant ei et
decies centena milia assistebant ei facere
iudicium condempnationis contra omnes
scilicet reprobos iudicium enim clavis non erit
contra eos. Secundo peccatis et arguere omnes impios
sicut dicit salvator mt. 25. Ite maledicti
in ignem eternum esurivi et non dedistis michi
manducare etc. Hii sunt scilicet heretici sunt murmu-
ratores contra vos apostolos et dei ministros
querulosi de defectu status victus et
vestitus ut pecuniam extorqueant ab
illis quibus predicant ut lautius vivant
ideo subditur secundum desideria sua ambu-
lantes / prava intencio scilicet facultate
vivendi voluptuose secundum illud omnes re-
pecunie obediunt et os illorum loquitur
superbia de suis operibus et doctrina falsa
et vaniter se iactando et predicatores ve-
ritatis condempnando mirantes id est mirabi-
les dicentes personas divitum et potentum quae-
stus causa adulando cum divitibus et potentibus
dicebat eos sua mirabilia sua adherentium

di et comunis boni ut sic alienis dona et
pecunias que torquerent ¶ Vos autem declara-
ta hereticorum prauitate predictam prothema
hic consequenter illud facit per apostolum dicens
Vos autem carissimi memores estote
verborum que predicta sunt apostolis
qui dicebant vobis ad cautelam contra
falsos doctores qui in nouissimo tempore
venient illusores veritatis per doctrinam
contrariis licet cum a principio ecclesie aliqui
venerint et imminente antichristi tempore
plures venient qui etiam eius imitatores
et propinquo secundum sua desideria ambulantes
id est carnalia dirigentes et hanc vitam hominibus
laudantes ad quam per ... in impietate id est ut plures
auertant eos a cultu diuino qui pietas
nominatur ¶ Hii sunt qui semetipsos segre-
gant ab vnitate fidei katholice animales
id est sensualitate sequentes sicut alia bruta
spiritum non habentes scilicet spiritum sanctum sed magis spiritum erro-
neum ¶ Vos autem declarata multiplici
hereticorum prauitate hic consequenter solidat
in fidei firmitate dicens Vos autem caris-
simi superedificantes vosmetipsos id est operi-
bus et meditacionibus sanctissime vestre
fidei id est super addentes ista fidei vestre sicut super
firmo et stabili fundamento in spiritu
sancto orantes qui eleuat fidelium mentes
orantes cum secundum damascenum est ascensus
mentis in deum vos ipsos in dilectione
dei seruate opera caritatis continuando nam
ista dilectio non subtrahitur ex parte dei
nisi primo deficiat ex parte hominis et sic
in eius potestate est hanc dilectionem con-
seruare expectantes etc. et hoc in spe certa
nam fides recta et spes certa future beati-
tudinis consequende in merentes prouenit et hos
quidem scilicet hereticos obstinatos arguite in-
dicatos id est iudicandos audite tamquam con-
dempnatos illos vero qui non sunt adhuc
obstinati saluate per bonam doctrinam et vitam
de igne rapientes id est ne descendant ad ig-
nem gehenne alios autem saluate peccatoribus
qui non sunt heretici in seruicium ecclesie

tientes et emendacionem eorum laborantes
in timore ne forte contingat vos simi-
liter peccare odientes eam que carnalis est ma-
culatam tunicam id est conuersacionem istud addit
eo quod dixerit alios autem misericordie quia
licet peccatoribus sit compaciendum tamen corrup-
cio eorum est odiendum ¶ Ei autem hic est
ultima pars continens conclusionem huius epistole quam
terminat beatus Iudas in diuina laude dicens
ei autem qui potens est vos conseruare
sine peccato resurgere nec in bono multo
perseuerare constituere id est vos autem assistere
glorie sue per apertam visionem immacula-
tos quia nichil nisi immaculatum admit-
titur ad eam apocalipsis xxi. non intrabit
in eam aliquid coinquinatum in aduentu
domini nostri ihesu christi ad iudicium tunc enim
dabitur electis gloria perfecta in corpore
et anima. Soli deo saluatori nostro ipse
solus potest nos saluare et etiam salute
passionem domini nostri quia humanitas
christi est humane salutis instrumentum
diuinitati coniunctum ut frequenter dictum est
super gloria magnitudinem aperit dignitatem
omni laude est cum gloria clara cum
laude leticia magnificencia quod diffusio
sue bonitatis super omnia imperium quod
obediencia totius creature ad ipsum et po-
testas in punicione malorum et premiacione
bonorum ante omnia secula et nunc licet cum predi-
catis et creaturis sint temporales tamen
virtus diuina que talia facit est eterna amen

Explicit postilla super epistolas
canonicas edita a fratre Nicolao
de lyra de ordine fratrum minorum

Incipit liber Apokalipsis

Oportet te iterum prophetare populis et gentibus Apok. 10. Dicit dominus in principio Genesis. Vetus et novum testamentum adinvicem concordant / nam se habent sicut rota in medio rote Ezech. 1. et hoc patet per libros utriusque. In veteri enim testamento sunt libri legales hystoriales sapientiales et prophetales. In novo vero legalis in textu evangelii libris hystorialibus actus apostolorum / sapientialibus vero epistole pauli et canonice. Prophetalibus autem apokalipsis / unde dicitur beato Johanni prophetizanti oportet te iterum prophetare populis et gentibus / et dicit iterum i. post prophetas de te. Unde in hoc proposito potest notari quatuor conditiones huius libri / prima est eius necessitas que notatur ibi oportet / secunda eius veritas in te prophetare / tertia ordinis qualitas in iterum / quarta eiusdem generalitas ibi populis et gentibus /

Circa primum considerandum quod sicut dicit apostolus hebr. [illegible] iacula nobis [illegible] que previderi [illegible]. Si tribulationes futuras aliquo prognosticamus / secundum quod dicit Gregorius omelia 33. minus iacula feriunt que previdentur / nos tolerabilius mundi mala suscipimus si contra hoc per providentie clipeum munimus / beatus vero Johannes in hoc libro prophetice describit tribulationes ecclesie futuras a suo tempore usque ad finem mundi secundum katholicos doctores / ut contra ipsas parate clipeo necessario muniatur et sic patet necessitas huius libri propter quod dicitur in c. 1. Scribe ergo que vidisti et que sunt et que oportet fieri cito. q. d. Scribe in hoc libro que vidisti i. revelationes divinitus statuti et que sunt quia tribulationes ecclesie iam inceperunt / que oportet fieri secundum divinam ordinationem ad purgationem fidelium probationem post hoc nam licet a principio nascentis ecclesie surrexerunt tribulationes contra fideles ut patet in actibus apostolorum tamen maiores surgent circa finem mundi tempore antichristi.

Circa secundum considerandum quod in cognitione humana frequenter falsitas contingit / nam licet prima principia sint per se nota tamen in deductione ipsorum ad conclusiones magis remotas contingit frequenter errare. Sed in cognitione que est per revelationem non potest esse falsitas cum ipsa sit regula veritatis cognitio vero prophetica qualis est in hoc libro / non procedit ex investigatione humana sed revelatione divina. Unde petri 2o non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirati locuti sunt dei homines / propter quod in hoc libro non est falsitas aliqua sed veritas unde dicitur libro eius ultimo capitulo et dixit michi [illegible] angelus loquens Johanni hec verba fidelissima et vera sunt et dominus deus spirituum prophetarum misit angelum suum ostendere servis suis que oportet fieri cito.

Circa tertium in quo notatur ordinis qualitas cum dicit iterum i. post prophetas. De te. Sunt ultimi secundum ordinem quem habent in biblia nostra quia nam apud iudeos est aliter licet autem liber machabeorum ponatur in biblia nostra post libros prophetarum tamen non sunt de canone secundum quod dicit Ieronimus in prologo galeato qui premittitur libro Regum unde inter libros canonicos de te libros prophetales sunt ultimi sicut dixi et sic inter libros novi testamenti liber apok. est ultimus. Unde potest exponi illud quod dicitur Jo. 21 manifestavit se iterum ihesus ad mare tyberiadis [illegible] intelligentia sacra quod locus aliquis accipitur pro habitantibus in ipso sicut dicitur quando parisius fecit tale festum vel studium i. plus habitans parisius. Unde beatus Johannes prope mare galilee quod alio nomine dicitur mare tyberiadis fuit natus [illegible] piscatoribus

occupatus et inde a Christo vocatus ut habetur
Matthei iiii°. Propter quod conveniunt pro nomine
maris Tyberiadis designari ut sit
sensus manifestavit se Ihesus ad mare
Tyberiadis id est ad Johannem evangelistam
scilicet semel in evangelii descriptione
et alias in apocalipsis revelacione. Circa
secundum considerandum quod propheta ve- te-
rис licet prophetavit de pluribus populis et gen-
tibus ut patet in libris eorum intuenti tamen
prophetavit tamen uni populo sive genti scilicet
Judeorum. Jonas tamen excepto qui fuit missus
ad predicandum Ninivitis. Certum vero ad
predicandum Judeis. Johannes vero prophetavit
in hoc libro omnibus gentibus et populis
quia predicavit universali ecclesie collectis
ex populis gentibus et linguis constitute ut
magis videbitur in libri prosecutione
propter quod de ipso potest dici illud Ysaie lv°
Ecce testem dedi populis dedi eum ducem
ac preceptorem gentibus dicit testem quia
protestatus fuit universali ecclesie de futuris
tribulacionibus. Ducem ac preceptorem gentibus
gentibus ut per eius vitam et doctrinam nos
omnes gentes preparamur ymmo ad ce-
lestem gloriam deducatur prestante do-
mino nostro Ihesu Christo qui cum patre et spiritu sancto
vivit et regnat in secula seculorum amen

Apokalipsis Ihesu
Christi etc. Liber iste in duas par-
tes dividitur scilicet in pro-
hemium et tractatum qui incipit capitulo 2°.
In prohemio vero tria facit quia primo red-
dit auditores attentos ibi beniuolos
ibi Johannes A. ecclesiis 3° dociles sive doc-
tos ibi Ego Johannes que tria in prologis
fieri consueverunt. Primum facit duplici-
ter primo ex auctoritate et dignitate huius doc-
trine 2° ex utilitate ad hoc enim duo so-
lent homines attendere. Secundum ibi beatus
qui legit. Circa primum sciendum quod sicut
dictum fuit in principio libri prophetarum
revelacio prophetica que fit in ymaginaria

visione qualis est ista que describitur
in hoc libro. Nam Johannes ymagina-
rias visiones et quamvis figuras intellexit
altioris gradus est quando apparet ali-
qua persona instruens de occultis quam si
fiat sine tali apparicione persone et ideo
ibi. Dum apparens est altior tanto reve-
lacio est gradus altioris sicut persona
angelica altior est quam humana et divina
quam angelica. Licet autem angelus apparuit
Johanni cum instruere et apparebat tamen
apparebat tamquam representans personam filii
dei humanati et eius personam loquens
ut postea magis apparebit propter hoc
revelacio in hoc libro contenta et hec
est quod dicitur Apocalipsis Ihesu Christi
id est revelacio facta in persona Ihesu Christi modo
dicto quam dedit illi deus pater. Nam filius
omnia habet a patre palam facere id est ma-
nifestare servis suis id est devotis fidelibus
et studiosis que oportet fieri cito scilicet tribu-
laciones ecclesie quas oportet fieri nam
hoc procedit ex ordinatione que non
potest frustrari et hoc fit ad probacionem
fidelium et ad augmentum glorie ipsorum
et significavit mittens per angelum
suum servo suo apparentem sub specie Johanni
evangeliste qui testimonium perhibuit
verbo dei in principio evangelii sui quantum
tamen ad eternitatem eius contra ---
In principio erat verbum et verbum erat
apud deum et deus erat verbum et verbum
erat apud eum et deus erat verbum
quantum tamen ad incarnationem temporalem dicens
et verbum caro factum est et habitavit
in nobis et ideo subditur et testimonium
Ihesu Christi et de Ihesu Christo quecumque vidit in
eius conversatione miraculorum operatione
morte et resurrectione sicut patet in evan-
gelii sui prosecutione. Beatus hic consequenter
reddit auditores attentos in huius
libri utilitate que consistit in beatitudinis
prosecutione dicens. Beatus qui legit quantum ubi

ad doctores et qui audit quantum ad discipulos studiosos verba prophecie huius et attendendo et servat ea que in ea scripta sunt tribulaciones futuras paciencer sustinendo et subditur tempus enim prope est i. cito transiens q. d. labor paciencie brevis premium beatitudinis eterne. ¶ Johannes hic consequenter reddit auditores benivolos et dividitur in duo primo quia proemium facit secundo questione tractata solvit ibi ecce venit. Primum facit quia hac que eis optat bona spiritualia eterna dicens Johannes septem ecclesiis. Per hunc septenarium intelligitur universitas ecclesiarum catholice constitutarum unde dicit Gregorius omelia XX. quia septem diebus omne tempus comprehenditur recte septenario numero universitas figuratur. Gracia vobis in presenti vita et pax in futura nam ibi quietabitur totaliter humanus appetitus ab eo qui est et qui erat et qui venturus est i. a deo eterno. ¶ Eternitas enim secundum Boecium de consolacione est interminabilis vite tota simul et perfecta possessio. ¶ Sed a nobis qui intelligimus cum continuo et tempore simplicitas eius non apprehenditur nisi per comparacionem ad tempus nam assistit omni tempori eciam infinito si esset propterea quod nobis hic exprimit per diversa tempora preteriti presentis et futuri et a septem spiritibus i. universitate angelorum qui missi sunt nostre salutis qui in conspectu eius throni sunt parati eius exequi voluntatem et a Jhesu Christo qui est testis fidelis prime glorie et maiestatis ut patet in evangelio primogenitus mortuorum i. primus inter resurgentes a mortuis licet enim ante ipsum Lazarus et plures alii fuerint a morte resuscitati tamen ea fuit ad vitam mortalem que magis proprie dicitur mors quam vita sicut dicit Gregorius omelia XXI. propter quod vera resurreccio fit

ad vitam inmortalem ad quam Christus resurrexit primus nam eius resurreccio est causa resurreccionis aliorum et princeps regum terre propter quod dixit in sua resurreccione data est michi omnis potestas in celo et in terra. Ultimo qui dilexit nos et lavit nos i. sola dileccione sua et non meritis nostris nos lavit a peccatis nostris originalibus et actualibus in sanguine suo sacramenta enim baptismi et penitencie quibus delentur originale peccatum et actuale efficaciam habent a sua benedicta passione et fecit nos regnum i. consortes civibus celestis regni et sacerdotes offerentes hostias laudis acceptabiles deo et patri i. toti trinitati ipsi Christo ad cuius gloriam omnia ordinat ipsi gloria in se ipso et imperium super omnia alia in secula seculorum i. eternaliter. ¶ Ecce venit. Hic consequenter videtur auditum tractare questionem qua posset queri quando debetur fidelibus vita beata quam Johannes eis optat et videtur quod in iudicio finali quando corpore et anima erunt totaliter beati. Cum comparatus brevius nulla est comparatio eternitatis ideo dicit ecce venit de proximo cum nubibus celi. ¶ Sic veniet ad iudicium Matthei XXIV. videbunt filium hominis venientem cum virtute magna et potestate et videbit eum omnis oculus quia in iudicio apparebit in forma humana que est visibilis omnibus ideo subditur et qui eum pupugerunt i. iudei qui eum lancea transfixerunt et milites nec non Pilatus iudicando. Visio tamen eius erit valde delectabilis iustis nam veniet eis salvator propter quod loquens de suo adventu ad iudicium Luce XXI. dicit His autem fieri incipientibus respicite et levate capita vestra i. consolamini ut exponit Gregorius omelia [illegible]. ¶ Ecce enim appropinquat redempcio vestra. ¶ Sed erit terribilis impiis quia veniet eis punitor ideo subditur et

plangent se super eum omnes tribus terre
i. omnes quorum corda in terrenis affectibus
sunt defixa etiam amen etiam est adverbium
affirmandi / et similiter amen in hebreo / et
per hanc duplicem affirmacionem confirmatur
quod est irrefragabilis veritas / et subditur racio cum dicitur Ego sum al
pha et o. principium et finis dicit dominus deus
etc. q. d. non potest frustrari vel im
mutari mea sententia / dicitur autem alpha
et o. quia alpha est prima littera grecorum /
et o. ultima / et per hoc insinuatur quod
deus est principium cum efficiens et finis
ad quem omnia ordinantur prov. 16. univer
sa propter semetipsum operatus est dominus / et
ideo quod subditur principium et finis est
appositio huius duplicis predicationis qui est
et qui erat etc. exponatur ut supra
Ego Johannes hic consequenter reddit au
ditores dociles / per hoc quod modum continuat
iam revelacionis in hoc libro contente
tangit sub quadam brevitate sicut in
librorum principiis fieri consuevit / et di
viditur in duas partes quia primo tangit
huius revelacionis locus / et tempus / se
cundo modus ibi et audivi etc. primo
dicit Ego Johannes frater vester non car
nali cognacione sed spirituali regeneracione
per sacramentum baptismi et particeps in tri
bulacione mea propter Christum fuit missus
in ferventis olei dolium / et regno celesti
ad quem apti sumus per tribulaciones tamen sive
Jesu Christi et paciencia vel Jhesu i. propter Jhesum
et per ipsum quia dedit pacientiam in tribu
lacionibus fui in insula que appellatur
pathmos deficiens tamen olei dolio non
adustus exiens. Sed ut fortis athleta
primus ad insulam pathmos fuit in
exilium relegatus in qua dominus revelante
apocalipsim conscripsit et sic tangit
locus propter verbum dei et testimonium Jhesu Christi
in quo tangitur causa sue relegacionis propter

hac enim quod nolebat Christum negare
nec ydolatrie nimie cessare fuit
in exilium relegatus / consequenter tangit
revelacionis tempus cum dicitur fui in
spiritu i. in extasi mentis in dominica die quia
deputatus est Judeis contemplacioni divine
et precipue apta ad revelacionem suscipiendam
Et audivi hic consequenter tangitur
istius revelacionis materia et modus
et dividitur in quatuor partes / quia primo
ponitur revelantis descripcio / 2° audien
tis trepidacio / ibi et cum vidissem / 3° eo
timentis consolacio ibi et posuit / 4° sus
ceptis informacio ibi scribe ergo circa primum
dicitur et audivi post me vocem mag
nam tamquam tube i. quia designat virtus
et auctoritas angeli loquentis in persona Christi
quod vides scribe in libro ad instructionem
fidelium et mitte septem ecclesiis ephesum ... po
suit consequenter alias nomine ut predictum
est et in expositione amplius apparebit
et conversus sum per hanc conversionem intel
ligitur quod in apprehensione revelacionis
divine convertit mentem a terrenis ad ce
lestia conversi ut viderem vocem
i. vocis prolatorem quia vox ipsa non est
visibilis sed tamen sic exponi ut videam
vocem i. percipere sicut Exo. 19. audi
ante populus videbat voces / et conversus
vidi septem candelabra aurea et in medio septem candelabrorum filio hominis
aurea i. septem ecclesias significat ut exponitur
et in medio septem candelabrorum aureorum
filio hominis i. angelum representantem
Christum qui filius hominis in evangelio
frequenter nominatur ut patet in evangeli
et ut ostendatur quod ille qui apparet erat
angelus et non Christus ideo non dicit
hic quod Johannes viderit filium hominis sed similem
filio hominis / per hoc autem quod dicitur in
medio septem candelabrorum intelligitur
quod Christus est in medio ecclesiarum in eis nove
conservat sicut quod dicitur in ultimo capitulo
vobiscum sum omnibus diebus usque ad con

similacrum sculti vestitum podere est autem
poderis vestis sacerdotalis linea que grece
dicitur alba et apos quod est pes et he
reo heres quia pedibus herens nam atti
git usque ad pedes / et precinctum ad ma
millas per precincturam ad renes intelli
gitur restrictio carnis / que precipitur in veteri tes
tamento autem que est ad mamillas circa
pectus intelligitur restrictio mentis
que precipitur in novo / unde Mt. v. Audistis
quia dictum est antiquis non mechaberis /
ego autem dico vobis quicumque viderit
mulierem ad concupiscendum eam mecha
tus est eam in corde suo / apparens vero
angeli stabant ad designandum conti
nentiam que debet esse in ministris in
de prestatu novi testamenti. Sciendum
tamen quod lex vetus prohibebat concu
piscentiam aliene uxoris Exo. 20 non
concupisces uxorem proximi tui. Sed quia
non puniebat nec puniendam esse dicebat
ideo dicitur in glossa phil. 3. quod lex ve
tus prohibebat manum non animum quod non
ita expresse coercebat prohibebat sicut
lex nova et per modicus est quasi nichil repu
tatur 3 phis. caput autem eius et capil
li erant candidi etc. apparebat enim an
gelus in specie senectutis quoad predictum vestitum /
ac etiam iudicis in hoc quod gladius
ex utraque parte acutus procedebat de ore
eius ut habetur in maturitatis autem etatis
et morum que per canitiem designatur.
Decet iudices et sacerdotes preter quod cani
ciem apparebat e contrario vero. Iudicis est
tamen canicies ideo Christus. Cant. 5.
ubi describitur ut iuvenis sponsus
dicitur eius capilli nigri come capitis eius
sicut elate palmarum nigre quasi corvus
et oculi eius velud flamma ignis in
acuitate eius visus pertingit usque ad in
tima rerum cognoscenda omnia enim
nuda et aperta sunt oculis eius He. iiii. et
pedes eius similes auricalco ignito ideo

subditur sicut in camino ardenti / in quo
designatur ardor tribulationis Christi fi
delibus in membris / et vox illius tamquam
vox aquarum multarum in quo notatur
virtus et auctoritas legis sicut superius
vocem tube est enim eadem superius re
plicata propter plenitudinem admirationis
expressione / et habebat in dextera sua
7 stellas id est episcopos ut exponit in fine
capituli qui dicuntur stelle quia debent ecclesiam
illuminare vita simul et doctrina Dan. 12.
qui ad iustitiam erudiunt plurimos quasi
stelle in perpetuas eternitates / dicuntur autem
esse in dextera Christi sine quo non possunt
operari. Jo. 15. Sine me nichil
potestis facere / hoc dicitur apostolis quorum
successores sunt episcopi in ecclesia ut dicit
in decretis d. 21. c. in no. te. / Et de ore
eius gladius utraque parte acutus exibat
id est sententia iusta / et facies eius sicut sol
nam est lux vera que illuminat omnem ho
minem venientem in hunc mundum Jo. 1.
Et cum vidissem hic consequenter ponit
Johannis trepidatio cum dicitur et cum
vidissem eum cecidi ad pedes eius tamquam
mortuus hoc autem factum est ad declaran
dam fragilitatem humanam in comparatione
virtutis angelice / sicut legitur de Da
niele in angeli visione Dan. 8. / hec
tamen magis licet secundum in proposito in quo
angelus apparebat ut representans personam
divinam ut predictum est / que incomparabiliter
excedit angelicam. Et posuit hic con
sequenter ponitur timentis consolatio
cum dicitur et posuit dexteram suam
super me ad confortandum fragilitatem
meam. Ideo subditur dicens noli ti
mere et subditur ratio Ego sum primus
et novissimus per hoc idem significatur
quod supra dicitur alpha et o. etc. et sic
exponitur q. d. potens sum te salvare
ideo non debes timere et fui mortuus in
assumpta humanitate pro genus humani salute

propter quod non debes timere et ecce sum vivens
in secula seculorum amen quia Christus
homo resurrexit ad vitam immortalem
et habeo claves mortis et inferni id est potestatem
educendi inde iustos quod fecit in sua
resurrectione et ibi recludendi impios
quos maxime faciet in iudicio finali
dicens illud terribile verbum Matthei 25 Ite
maledicti in ignem eternum etc. ¶ Scribe ergo
hic consequenter ponitur scribentis infor-
matio in quo tangitur materia huius libri
in generali cum dicitur Scribe
ergo que vidisti id est apparitionem iam dictam
et que sunt id est tribulationes ecclesie iam in-
choatam et circa finem mundi magis in-
crescente ideo dicitur et que oportet fieri
in futuris tribulationibus ad probationem
electorum sacramentum septem stellarum id est secretum
precedentium propter quod signum quod consequenter exponitur
cum dicitur septem stelle angeli sunt septem
ecclesiarum id est episcopi earum unde angelus qui
interpretatur missus est hic nomen specialis
officii sicut Malachie 2 labia sacer-
dotis custodiunt scientiam et legem ex eius
ore requirent angelus enim domini exerci-
tuum est episcopus enim est sacerdos principalis
in aliqua dyocesi Unde in lege supponi-
tur ministros dei vocatur sacerdos summus (?)
et septem candelabra aurea septem ecclesie sunt
nam sicut candelabrum sustentat lucernam
ecclesia debet de bonis ecclesie sustentari et
dicitur aurea quia hoc debet cum caritate vivere (?)
fieri que per aurum figuratur quia sicut aurum
excellit omnia alia metalla Sic caritas
alia dei dona 1 Cor. 13 maior autem
horum est caritas etc.

Angelo ephesi etc. ¶ Finito prohemio
hic incipit tractatus et di-
viditur in 2 Nam primo informatur
septem ecclesie in speciali secundo tota ecclesia in generali
capitulo 4° Prima dividitur in 7 partes secundum
7 ecclesias que patebunt prosequendo In
prima vero parte informatur ecclesia ephe-
sina cum premittitur commendatio ut melius
recipiatur sequens correctio que ponitur
ibi Sed adversus te in prima parte dicitur
et angelo ephesi ecclesie id est eius episcopo sicut
predictum est et ita accipiatur in sequenti-
bus et informando episcopum qui est caput
illius ecclesie informat populum sibi sub-
iectum ut ex sequentibus magis appa-
rebit Dicunt autem expositores communiter
quod iste fuit Thymotheus Pauli disci-
pulus quem constituit episcopum ecclesie ephesine
sicut dictum est supra 1 Thymothei 1 vel
beatus Johannes apostolus cum ipse omnes
episcopos asie omnes ecclesias fundavit et rexit
et habetur libro illustrium virorum cum huius
manebat ephesi Hec dicit qui habet
septem stellas et cetera exponuntur ut supra
Scio opera tua id est affectio et laborem id est tri-
bulationem aliis ad universum fidei et patientiam
tuam in tribulatione sustentatam et quia non
potest sustinere malos cum eis communicando
Sed magis veritatis ac fervida fidelium me-
cum participant malitiam eorum et temptasti
eos experimentum accipiendo de ipsis prima (?)
eorum et doctrina qui se dicunt apostolos esse
id est a Christo missos ad docendum populum et
non sunt sed magis subversores fidelium
quales erant Ebyon et Cherintus et
ceteri heretici qui tunc in asia surrexerant
Et similiter pseudo apostoli qui dicebant se
missos ab apostolis in Judea manentibus
scilicet Petro et Jacobo et publice propositum fide-
lium docebant observationem legalium simul
cum evangelio esse necessariam ad salutem
ut patet supra in epistolis Pauli in pluribus
locis Et invenisti eos mendaces non
solum in doctrina sed etiam in vita quia satis (?)
[illegible] ut simpliciores magis
deciperent Et patientiam habes in tribulationi-
bus quas exercitaverunt contra te et sustinu-
isti propter nomen meum non propter tamen
gloriam ¶ Sed adversus te habeo consequenter
subditur commendatio ubi Sed hoc habes
circa primum dicit Sed adversus te habeo
defectum corrigendum quod subditur cum dicit
quod caritatem tuam primam reliquisti que

habuisti in principio tue conversionis reliquisti
Ex hoc apparet quod supradictum est scilicet
quod illum dirigitur ad episcopum non solum
pro se set eciam pro populo sibi subdito nam cum
thymotheus esset pauli discipulus et
predilectus non est verisimile quod preterit
in doctrina set magis proficiendo propter quod
istud intelligitur de populo sibi subdito
Conveniunt enim sustentare pauperes devo
nos ferventer et devote et eciam mit
tere fidelibus in urbe habitantibus
qui suas possessiones vendiderant
et ad sustentacionem in christo credencium ut
patet actuum 4° et refrigeratus erat ab
hoc fervore ideo non dicat quod reliquerit
simpliciter caritatem set primum i. fervoris
gradum prius habitum ad quem reducat
memor esto itaque unde excideris i.
a quo gradu caritatis et age penitenciam
de omissione tanti boni et prima opera
fac i. sic ferventer et devote sicut prius
Ex hoc patet quod nomine angeli non intelli
gitur litteraliter Aug' custos ecclesie ephesine
ut voluerunt aliqui dicentes non angeli
sancti non possunt ab aliquo gradu sue per
fectionis excidere Sin autem supple te
corrigens venio tibi i. ad te puniendum
et movebo candelabrum tuum etc. sub
traham eos subditos tuos ab obediencia tua
ut exponunt aliqui Set hoc non videtur
verum quia ex officii principaliter
retorquetur [illegible] in populum qui
est multiplicatum post eciam dicitur quod in singu
laris dicta persone caritatis non contingit
tempore tanti doctoris scilicet thymo
thei. Set alius sibi succedentis nam illo
tempore episcopi sancti qui populo predicabant primi
et ad tormenta ducebantur et sic fre
quenter mutabantur illi enim qui dicunt
quod thymotheus hic intelligitur angelus
ephesi ecclesie moventur ex hoc quod illa
tempora nullus eos excellencior invenitur
reperisse eciam ephesina ecclesia magis monet

ad apostolum quia tempore prelati excellen
tioris nimis contingunt defectus in ecclesia
sibi commissa propter quod solito meliori
medico magis videtur quod fuit alius
a sancto thymotheo ¶ Set hoc licet hic [illegible]
quenter subditur commendacio ut more solet
samaritani post vinum mordificativum
infunditur oleum lenitivum cum dicat
Set hoc habes bonum quod odisti facta nicholaitarum
quia odisti facta nicholaitarum non dicat
nicholaitas set facta eorum quia persone sunt
ex caritate diligende set corrupta vicia odio
sunt habenda nicholaus iste fuit i. primi
tiva ecclesia habens valde pulchram uxorem
et impositum fuit sibi quod nimis zelabat
eam propter quod ad diluendum contrarium ce
cidit in peius secundum illud poeticum
decidit in scillam cupiens vitare caribdim
exposuit enim uxorem suam aliis dicens
[illegible] et convenire sic uxores esse communes
sicut talia res qui habet aures i. in
tellectum capacem audiat i. mente ca
piat quid spiritus dicat ecclesiis ex hoc patet
quod licet primo dirigatur hic sermo ecclesie
ephesine tamen consequenter dirigitur
omnibus aliis per eam constitutis ut
dictum est supra vincenti mundum carnem et
dyabolum dabo ei edere de ligno vite etc.
istud lignum christus est et dicitur in fine
huius libri quo fruuntur beati intencius de
uitate reficiuntur interius et eius huma
nitate exterius secundum quod dicit Aug' super illud
Jo. x. ingredietur et egredietur et
pascua inveniet ¶ Et angelo scilicet est
sancta pars principalis in qua informatur
ecclesia smirnensis cuius ponitur hic com
mendacio et informacio cum dicitur
et angelo smirne ecclesie iste fuit sanctus po
licarpus secundum doctores contra hec dicit
primus etc. exponatur ut dictum est Scio tri
bulacionem tuam i. approbo in te tuam
paciencium et paupertatem tuam in tem
poralibus set dives es in spiritualibus et
blasphemaris ab hiis qui dicunt se esse

Iudeos et non sunt secundum veritatem sed sunt synagoga sathane quia sunt obstinati in sua infidelitate contra christum secundum eum quod dicitur ecclesiastice hystorie libro 4o capitulo 12o in civitate smirneorum multi Iudei habitabant qui concitaverunt gentiles ad persecucionem christianorum in qua persecucione plurimi non solum fuerunt rebus suis spoliati sed eciam martirio coronati inter quos beatus policarpus fuit igne crematus et cum ignis eum non lederet gladio percussus migravit ad dominum. Ideo subditur nichil horum timeas que passurus es quasi dicat me protegente in martirio palmam triumphalis ad gloriam. Ecce missurus est dyabolus etc. quia ad hoc faciendum instigabat infideles ut temptemini id est probemini sicut aurum in fornace. Ista tamen probacio non est ex intencione dyaboli qui non intendit tribulacionem bonorum. Sed ex intencione dei qui ex malis elicit bona et sic ex sevicia tirannorum elicuit bona et sic ex sevicia tyrannorum elicuit paciencia martirum coronam. Et habebitis tribulacionem diebus decem. Istud exponitur multipliciter. Uno modo referendo ad tribulacionem ecclesie generaliter cum a doctoribus dicatur esse decem tribulaciones que sequntur hic per x dies. Alio modo ut per x dies tribulacionem intelligitur tribulacio perpetua quia denarius est numerus perfectus continens limites numerorum quia omnes superiores sunt replicaciones denarii in se ipsum eius ut dicitur 3o phisicorum. xi enim est unum et decem, xii duo et decem et sic consequenter usque ad xx qui sunt bis decem, triginta tres decem et sic consequenter. Alio modo applicando ad decem precepta decalogi quasi dicat tribulacio vestra durabit quamdiu observacio preceptorum decalogi quasi dicat usque ad finem mundi. Posset etiam aliter sub alio meliori iudicio exponi ut per x dies intelligatur x anni sumpto illud ezechielis iiiio Diem pro anno dedi tibi quia forte tantum duravit persecucio smirneorum. Esto fidelis id est firmus in fide usque ad mortem propter persecucionem et dabo tibi coronam scilicet glorie ubi mors non habet locum. Quidam autem an…tem exponunt ut supra usque ibi. Non leditur a morte secunda id est ab inferno qui dicitur mors secunda infra 21. Et angelo etc. Hic est tercia pars in qua ponitur consolacio pergamensis ecclesie cuius primo ponitur commendacio de bono ut melius recipiatur correccio de malo que ponitur ibi. Sed habeo etc. Primo dicit et angelo pergami etc. id est bono prelato ponit. Hec dicit qui habet rhompheam etc. id est gladium ex utraque parte acutum sicut dictum est primo capitulo exposito. Scio ubi habitas scilicet in loco tribulacionis. Ideo subditur ubi sedes est sathane id est eius potestas infideles inducendo ad persecucionem ecclesie. Et tenes nomen meum moribus et fide et non negasti fidem meam in persecucionibus et tormentis et in illis diebus. Antiphas testis meus iste martir specialiter nominatur quia illo suo et exemplo alios ad martirium duxit. Sed habeo hic contra te. Ponitur correccio de malis cum dicitur. Sed habeo adversum te pauca scilicet peccata corrigenda. Habes illic id est in ecclesia pergamensi tenentes doctrinam balaam etc. Hec hystoria habetur numeri 24 ubi dicitur quod balach rex moabitarum ex doctrina balaam misit puellas pulcherrimas per castra hebreorum ut earum pulchritudine habita qui erant luxuriosi allicerentur ad ydolatriam et sic deus offenderetur contra totum populum

Nunc spiritualiter hic aliqui expositores
quod in ecclesia pergamensi tunc erant aliqui verbo
et exemplo alios inducentes ad for-
nicationem tamquam licitam et ad come-
dendum de ydolorum sacrificiis ad
eorum venerationem / et dicunt quod hoc
erant ibi aliqui tenentes et docentes
errorem ~~nicholaitarum~~ nicholaum suppo-
situm ¶ Sed hoc non videtur verum
quod si sic fuisset non diceretur in textu
habeo adversum te pauca sed multa
propter quod melius videtur dici quod
in ecclesia pergamensi erat tunc error ni-
cholay apud aliquos ut dicitur in
textu / et doctrina balaam in dicitur
tantum per similitudinem vel exemplo et secundum
hoc salvo meliori iudicio ¶ Sic expo-
nenda littera habes illic tenentes doctrinam
balaam etc. non re sed similitudine sicut
homo largus per quamdam similitudinem
dicitur alexander / et quod iste sit intel-
lectus videtur ex hoc quod sequitur ibi
habes et tu tenentes doctrinam nicholaitarum
quod dicitur manifeste sicut balach tenuit
doctrinam pestiferam balaamitarum apud
te sunt aliqui tenentes doctrinam nicho-
lai erroneam sicut dictum est supra ephe-
sine ecclesie derelicta prima caritate / Si co-
minus id est si in aliquo neglexeris hoc
corrigere veniam tibi cito in finali iu-
dicio quod est valde propinquum eternitati com-
parata propter quod dicitur i. Io. ij novissima
hora est et pugnabo cum illis in carne
obstinatis in gladio oris mei id est sententia
illa terribili Ite maledicti in ignem eternum
etc. Mt. xxv. Qui habet aurem exponatur
ut supra Vincenti dabo manna absconditum
figurale corporale et manifestum datum
fuit filiis israel in deserto Exo. 16 / sed verum
manna est ipse christus secundum quod ipse dicit
Ioh. vi. Amen amen amen dico vobis non
dedit vobis moyses panem de celo sed
pater meus dat vobis panem verum
de celo et subditur ego sum panis vite etc.

hoc est manna celeste quod bonis restat
interius et totaliter ut predictum est / et dicitur ab-
sconditum hominibus vite presentis secundum
quod dicitur ps. 30 quam magna multitudo
dulcedinis tue domine quam abscondisti
timentibus te / et dabo tibi calculum
candidum id est corpus dote claritatis
decoratum / quod dicitur calculus sive la-
pillus quia est durum ad modum sicut et la-
pis / et in calculo nomen novum scriptum quod
tunc quilibet beatus manifeste et corporaliter
per dotes corporis gloriosi erit ascriptus
civilitati celestium / quod nemo novit
nisi qui accepit secundum quod dicitur i. cor. 2
oculus non vidit et auris non audivit et in
cor hominis non ascendit que preparavit deus
diligentibus se / immensitas enim illius
dulcedinis non est cognoscibilis via-
toribus sed comprehensoribus qui eam
accipient ¶ Et angelo hoc est
quarta pars principalis / in qua informatur thya-
thirensis ecclesia et dividitur in tres partes
quia primo ponitur eius generale dato ho-
malorum reprehensio ibi ¶ Sed habeo / tercio
bonorum amatur exhortatio ibi vobis autem
Circa primum dicit et angelo thyathyren-
ecclesie qui ab aliquibus dicitur fuisse hy-
reneus qui non solum istam ecclesiam sed et
multas alias vita et doctrina illustravit
et usque lugdunum quod est galliarum civi-
tas pervenit sed hoc non videtur probabi-
liter dictum primo quia non fuit contempora-
neus beato Johanni qui videtur scribere
episcopis sibi contemporaneis / 2° quia non est
verisimile quod episcopus tante vite et doctrine
in ecclesia sua permitteret illa que infra scribuntur
propter quod salvo meliori iudicio videtur mihi
quod fuit alius minoris excellencie et Johanni
contemporaneus tunc rexit ecclesiam thya-
thyrensem. Hec dicit filius dei naturalis
qui est christus certi sunt filii adoptivi qui
habet oculos etc. exponatur ut supra primo capitulo
novi per applicationem opera tua in effectu a
fidem et intellectum [illegible]

et patientiam tuam in tribulatione et opera
tua novissima plura prioribus procedendo
scilicet de bono in melius ¶ Sed habeo hic consequen-
ter arguit prelatos defectus qui notatur cum
subditur quia permittis mulierem yezabel
certum est quod non est illa que dicitur 3°
Regum ydolatra et fornicatrix 1000 annis et
amplius ante sunt pedibus equorum con-
culcata .4. Regum 9. Sed est alia sic nominata
propter similitudinem ad illam sicut Iohannes baptista
helyas nominatur Matthei xi et dicunt aliqui
quod erat uxor eius episcopi. Sed hoc non
est verisimile quod vir tam bonus sic permis-
sum est talem habere uxorem. Credo sunt
aliqua falsa prophetissa vel forte aliquis he-
reticus qui figuraliter designatur nomine
muliebri propter molliciem carnalis vite
unde et propter homo mollis et effeminatus
femina nominatur qui se dicit prophe-
tam falso tu docere errorem et seducere servos
meos id est simplices christianos fornicari d.
hac esse licitum multi enim dixerunt er-
ronee fornicationem simplicem esse licitam
vel hoc intelligitur de errore nicholay
qui tunc vigebat ut supra dictum est et
manducare de ydolatitiis id est venationibus ydolorum
aliter non esset illicitum nisi ratione scandali
simplicium secundum quod docet apostolus i cor. 8.
ca° et dedi illi tempus ut penitentiam
ageret etc. et sic erat obstinata propter ter
quod subditur pena et ecce mitto eam in
lectum infirmitatis pene de quo dicitur ysa.
xiv detracta est ad inferos superbia tua
concidit cadaver tuum subter te sternetur
tinea et operimentum tuum erunt vermes et
qui mechantur cum ea consentiendo malis
operibus in tribulatione maxima erunt
ibi id est filio cum ea nisi penitentiam egerint
in presenti vita et filios eius id est imitatores
operum interficiam morte scilicet gehenne ¶ Et
scient omnes ecclesie tunc manifeste quod est
modo occultum quia ego sum scrutans
renes et corda id est cogitationes animas et primum
concupiscentias carnales et malas cogita-
tiones et dabo unicuique vestrum secundum opera

sua penam impiis et gloriam iustis
Vobis autem hic consequenter ponitur
distinctio bonorum a malis et primo eos
specialiter informando ¶ Secundo premium promit-
tendo ibi et qui vicerit circa primum dicitur
vobis autem dico et qui sunt illi sub-
ditur quicumque non habent doctrinam yezabel
qui non cognoverunt altitudines sathane
et non approbaverunt superbiam ebionis et
cherinthi qui superbia elati dixerunt
contra reverentiam persone Christi eius di-
vinitatem negantes propter quod beatus Iohannes
in principio evangelii sui eius divinitatem
declaravit secundum quod dicitur libro illustri-
um virorum quemadmodum dicitur hic
tangitur etiam alius error scilicet
pseudo apostolorum qui cum evangelio di-
cebant necessaria esse observationem
legalium quia dicitur pondus importabile
Act. 15. et contra ad hoc dicit Iohannes
vel potius angelus apparens ei in persona
Christi quemadmodum dicunt pseudo apostoli non
mittam super vos aliud pondus id est ob-
servationem legis quod pondus falsi apostoli dicunt
vobis esse imponendum tamen illud quod
habetis id est veritatem evangelicam vobis
per veros apostolos predicatam tenete [illegible]
donec veniam ad iudicium ¶ Et qui vicerit
hic consequenter perfectos informat premium
promittendo d. et qui vicerit tempta-
tiones mundi carnis et dyaboli et
qui custodierit usque in finem id est usque ad
mortem opera mea hec dicit quia ihesus
cepit facere et docere Act. 1° dabo illi
potestatem super gentes in finali iudicio
in quo perfecti iudicabunt cum Christo et sic
habebunt potestatem super gentes iudicandas
et reget illas in virga ferrea id est inflexi-
bili iustitia et tamquam vas figuli confringentur
in infernum retrudentur sicut ego accepi
a patre meo omnia eius quia habet filius
habet a patre et dabo illi stellam matutinam
id est corpus gloriosum dote claritatis

refulgens qui habet aurem etc. exponatur
ut supra etc.
Et angelo Sardis dicunt expo-
sitores aliqui quod fuit sanctus iste
Melito quem asserunt circa tempora
illa fuisse Sardensem episcopum ibidem martirio
consummatum hoc allegantes ex ecclesiastice
hystorie 4o libro 23o capitulo. Sed salva eorum
reverencia hoc non habetur ibi sed quod fuit
eunuchus propter regnum celorum castitatem
servando et quod plenus spiritu sancto in castitate
Sardensium requiescit expectans adventum
domini et dato quod cum istis qui ibi dicuntur
de ipso quod fuit martir episcopus hoc tamen non
est ad sanandum eorum dictum sed magis ad
contrarium quia in textu subditur nomen
habes quod vivas et mortuus es quod de tam
sancto episcopo non videtur verificari circa de
populo sibi subdito quia culpa subditorum
redundat in prelatum et tempore sancti prelati
solent in populo subdito vicia magis
evitari propter quod videtur melius dicendum
quod fuit alius episcopus Sardensis qui non
fuit tante sanctitatis nam tunc temporis sicut
dictum est supra frequenter episcopi mutabantur.
Hic ergo proceditur quia primo ponitur
prelatorum reprehensio secundo parvorum commendacio
ibi Sed habes etc. Primum dicit Hec dicit
qui habet septem spiritus dei i. ministeria
angelorum sibi assistencium et septem stellas
i. universitatem episcoporum sicut dictum est supra
primo capitulo. Scio opera tua quia nichil
latet me quia nomen habes quod vivas
i. sanctitate apparente et famam et mortuus
es spiritualiter sine veritate. Esto vigi-
lans ad recognoscendum defectum vite in tuo
grege et confirma cetera i. ceteros et tibi subditos
verbo et exemplo que moritura erant
propter quos cum deficiunt ad peccata labuntur in
exemplo et verbo prelati sustententur. non
enim invenio opera tua plena i. perfecta Sed
magis defectiva in mente qualiter ergo
acceperis et audieris scilicet doctrinam christi

prout apostolos vidisti et serva operare adim-
plendo et penitenciam age de omissione
bonorum et commissione malorum. Si ergo
non vigilaveris i. diligens fueris circa dicta
veniam ad te in morte tamquam fur et qua
nichil incertius hora mortis. Sed habes
hic consequenter ponit commendacio parvorum
cum dicitur. Sed habes pauca nomina in
Sardis qui non inquinaverunt vestimenta
sua q. d. multitudo subditorum tuorum
maculata est per peccatum. Et ambulabunt
mecum in albis quia illi qui non sunt per peccatum
maculati per albedinem vestis intelligitur
stola glorie et immortalitatis et quia non est
acceptor personarum apud deum ideo subdit
qui vicerit sic vestietur etc. q. d. non
solum isti sed quicumque vicit mundum car-
nem et dyabolum stola glorie vestietur
et non delebo nomen eius de libro vite
est autem liber vite dei predestinacio in
qua nullus alius scriptus simpliciter deletur
quia finaliter salvabitur nam dei provi-
dencia non frustratur dicit tamen deleri sum
quod non cadit amicicia et resurgit gracia
recuperata. Et confitebor nomen eius i.
quod vere sanctus qui habet aurem etc. expo-
natur ut supra. Et angelo Phila-
delphie dicunt expositores aliter quod
iste fuit quadratus de quo dicit ecclesiastice
hystorie libro 3o capitulo quod fuit homo in scriptu-
ris valde intelligens et multa scripsit
ad fidem christi defendendam et infidelium confu-
tacionem. Hic ergo proceditur quia primo
ponitur eius commendacio. 2o populi infide-
lium correpcio ibi ecce dabo. 3o premii promis-
sio ibi qui vicerit etc. Primum dicitur Hec
dicit sanctus et verus i. christus qui est sanctus
sanctorum dan. ixo et ipsa veritas Jo. xiiij
ego sum via veritas et vita qui habet
clavem david i. potestatem aperiendi intel-
lectum scripturarum luc. xxiiij. aperuit
illis sensum ut intelligerent scripturas qui
aperit et nemo claudit etc. quia nullus
potest impedire ab intellectu scripturarum eos

quos vult audire / nec aliquis pot eas
intellige nisi ipso reserante. Scio opera
tua i. apparebo ecce dedi coram te ostium apertum
ad scripturas intelligendum ut predictum
est / quod nemo claudere potest i. te impe
dire a doctrina veritatis / quia modicam
habes virtutem quod d. non dedi tibi graciam
miraculorum sicut multis aliis epis
illius temporis / respectu tibi in intel
lectu sacrarum scripturarum excellenti / et ser
vasti verbum meum ope et doctrina / et non
negasti nomen meum in persecucione fidelium
Ecce dabo hic co scriptor ponit in fidelium
conversio populi in dioc est cuius sua multi
habitabant iudei quorum plures per eius
doctrinam fuerunt conversi et hoc est quod dicit
Ecce dabo de synagoga sathane i. ali
quos de iudeis quorum congregatio dicitur
synagoga sathane pro illo tempore quia
post resurrectionem christi et ascensionem ad
celos ad predicacionem apostolorum manebat in
infidelitate / qui dicunt se iudeos esse
et non sunt hec vocati sunt iudei a iuda
patriarcha a quo descendit christus secundum car
nem / iudei postquam negaverunt christum non
remansit in eis res huius nominis sed ipsa
ius confitentibus christum fidelium Iuda ve
nisse denunciasi sunt iud tamen / cum quod
dicatur Ro. 2 non enim qui in manifesto iu
deus est neque que in manifesto in carne circum
cisio. Sed qui in abscondito iudeus est
et circumcisio cordis in spiritu non littera / ecce fa
ciam illos ut veniant et adorent ante
pedes tuos quia plures de iudeis conversi
fuerunt ad christum humiliantes se coram deo
et eius ministro quadrato et scient per
illuminacionem fidei quia dilexi te promovendo
non solum ad fidem katholicam sed eciam
ad episcopalem dignitatem / quoniam servasti verbum
paciencie mee verbo et ope et ego servabo
te ab hora temptacionis que ventura
est in universum orbem persecutores ro
manos dominantes toti orbi / et ubique fide
katholica persequentes sed quod hoc videtur non
ista persecucio iam fuerit sub nobis im

peratoribus salis nerone et domiciano
ut habetur in legenda beati Johannis qui
de precepto domiciani missus fuit in exi
lium in insula que dicitur pathmos
in qua scripsit hunc librum et eo de anno
domicianus interfectus fuit. Vel dicendum
quod licet persecucio romanorum priores imperatores
transisset cum maior erat futura pre ali
quos alios scriptores / de qua loquitur hic
iohannes primo modo futura et tamquam venturam
iste fuit assumptus a deo / ut subdi
tur ecce venio cito / ad te accipiendum
tene quod habes i. graciam tibi datam. ut ne
mo accipiat coronam tuam a doctoribus cum
aliquibus amiticia impeditur alii eis sur
rogatur sicut patet in legenda XL marti
rum quia uno ex eis cadente clavi
clarius subrogatus fuit et eius coronam
accepit. Qui vicerit hic co scriptor
ponitur premium promissio / istud tamen
premium videtur esse augmentum gracie in
presenti tempore / dicit igitur qui vicit ma
lignum faciam illum columpnam i. fortem et
potentem in fide non solum per se sed eciam
pro aliis confortandis et sustentandis / secundum
hunc modum petrus et Johannes et Ia
cobus columpne dicuntur Gal. 2o in templo
dei mei i. in ecclesia militante ut ex scripti
bus patebit / et foras non egredietur
amplius per apostasiam nec per excommuni
cacionem / et scribam super eum nomen
dei mei quia tales in scriptura dicuntur dii
ps. Ego dixi dii estis quod exponens
salvator Jo. x. ca. dicit illos ad quos
sermo est sermo dei deos dixit / reputabitur
enim in ecclesia persona dei / et nomen civitatis
dei mei nove ierusalem i. ecclesie militantis
quod patet ex hoc quod subditur que descendit de
celo a deo meo nam ecclesia militans re
gitur et ordinatur a spiritu sancto. Et nomen meum
novum quod christus in perpetuum homo loquitur hic
nominatus deus suus et nomen meum novum
quod dicat vetus a christo quod nomen non fuit
appellacio sed vocatum fuit ihesus in circumci
sione Luc. 2o sed post baptismum inter homines

vocatus est xpus / et sibi eius fideles
a principio non fuerunt vocati xpiani ut
habetur Actuum xi° qui habet aures etc. exponit
ut supra. ¶ Et angelo laodicie hoc est d(icitur)
ps principalis in qua sepsit episcopo lao
dicensi que aliqui expositores asserunt
fuisse sanctum sagarim hoc allegantes ex 4°
libro eusebii ecclesiastice hystorie 23. ca° quod sub seruilio
contreuelio non nominat ibi episcopus /
Sed sagaris martyr ubi dicit quod
laodicie requiescunt plures autem
alii ibidem nominati sub nomine episcopi
exprimuntur dato tamen quod fuit laodi
cie episcopus non habetur propositum sed magis
ut videtur oppositum nam illud quod sequitur
in textu quia tepidus es et nec calidus
nec frigidus incipiam te euomere ex
ore meo nec videtur conuenire sibi ap
plicari qui ex feruore caritatis obtinuit
palmam martyrum nec etiam populo sibi
subiecto omnibus potius in consimilibus
articulis idem sub meliori iudicio
quod fuit alius minoris perfectionis eo tempore
tunc cum ut predictum est sanctus episcopus frequenter
occidebatur vel in carcere mittebantur
succedebat eis alius minus deuoti / secundo
ergo proceditur quia primo ponitur culpe
reprehensio / secundo salubris monitio / ibi
suadeo tibi / tertio premii promissio ibi
qui vicerit / circa primum dicitur hec dicit
amen adverbium est hebreum et significat
idem quod vere / verum quod attribuitur xpo qui dicit
de se ipso Jo. xiiii°. Ego sum via veritas
et vita testis fidelis prime maiestatis
sue quod dicitur Jo. 3°. quod scimus loquimur
et quod vidimus testamur qui est prin
cipium / creature dei nam omnia per
ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil
Jo. 1. Scio opera tua esse supple in presenti
ideo subditur quia neque calidus es
id est implens precepta mea caritate feruidus
neque frigidus id est deuitans tu peccata propter
pene timorem / Sed quia tepidus es id est tar
dus ad bonum accidiosus et ocio sus /
Incipiam te euomere id est a me reicere sic

quid abhominale in ore stomachi et senti
enti omnibus vicorum quia dicis te esse ualde
diues & meritis quia diues sum sed virtute
et locupletatus ex operibus bonis et nul
lius egeo id est egeri ab aliquo et nescis
quia tu es miser priuatus gracie
et miserabilis priuatus pene comparatione
bonis spiritualibus / et cecus quia non vi
des tuos defectus et nudus id est virtutibus
spoliatus ¶ Suadeo tibi hic consequenter
ponitur salubris monitio cum dicit
Suadeo tibi emere a me operibus bonis
aurum ignitum id est supernam caritatem ac
ceptam alia inflaret superbia ¶ Sed contra
hoc dictum videtur apostolus dicere Ro. xi. Si
autem gratia iam non ex operibus alioquin
gratia iam non est gratia caritas autem
idem est cum gratia vel ei inseparabiliter an
nexa et per consequens non emitur propterea
dicendum quod gratia uno modo accipitur pro habitu
anime gratum deo faciente / alio modo
pro motione diuina que mouet animam ad
bonum supernaturale / sicut motione naturali
mouet omnia ad bona sibi qualia
simpliciter merito dupliciter accipitur uno modo
pro merito condigni alio modo pro merito congrui
Si autem accipiatur gratia primo modo tunc
primo sic cadit sub merito condigni / et sic
intelligitur dictum apostoli per allegatum tamen
habens gratiam primam ex operibus meretur de
condigno eius augmentationem / secundo tamen gratia
bene cadit sub merito congrui quia si homo
faciat quod in se est / se disponendo ad gratiam
congruum est quod deus illi infunderet eam /
si autem accipiatur gratia secundo sic non
cadit sub merito. Sed precedit omne meritum
condigni et congrui / talis enim influxus
diuinus communiter fit omnibus hominibus
qui diu sunt in vita presenti sed aliqui
recipiunt hunc influxum per conatum
liberi arbitrii se disponentes ad spiritualem
bonum et sic merentur de congruo gratiam
habitualem sibi infundi adeo ut per eius
augmentationem de condigno alii vero non recipiunt non senciunt
propter quod demerentur sibi ipsis ...

et ulterius in peccatum labi pro destabilitate liberi
arbitrij sequitur ut locuples vn fias
diviciis spiritualibus et vestimentis albis
induaris i. virtutibus ut non appareat
confusio nuditatis tue coram deo et
angelis sanctis et collirio inunge ocu-
los tuos i. gracia spiritus sancti que illuminat oculos
mentis dicit autem Inunge quia licet
gracia sit a solo deo danda tamen ex potes-
tate est ut plus detur quia potest
se eam disponere modo dicto. Ego quos amo
arguo et castigo sicut pater filios
dilectos emulare ergo i. imitare bonos
et penitenciam age de peccatis preteritis. Ecce
sto ad ostium cordis humani compulsans ad
bonum supernaturale monendo. Si quis audie-
rit vocem meam modicum meo consen-
ciendo et aperuerit michi ianuam paran-
tem liberi arbitrij ad bonum virtutis
ad illud scilicet perpetrandum gratia sanctificante habita-
bo in illo et cenabo cum illo et ipse mecum
nam deus in tali homine delectatur et
ipse in deo. ¶ Qui vicerit hic ultimo
ponitur premium promissum cum dicitur
qui vicerit insultus mundi carnis et dya-
boli dabo ei sedere mecum in throno
meo i. quiete in celesti regno. Sicut
et ego vici per passionem meam et sedeo
cum patre meo. id est ultimo assumptus
est in celum et sedet a dextris dei qui licet
aurem exponatur ut supra de iiij capitulo

nota

premium

Post hec
vidi etc. Descripta visione beati
Johannis que respicit informacio-
nem vij ecclesiarum Asie specialiter licet eo-
gnitive respiciat aliarum ecclesiarum informa-
cionem ut predictum est hic describitur ponun-
tur visiones eiusdem respicientes divine
informatione tocius ecclesie generaliter
nam ipsum sub quibusdam ymagini-
bus vidit decursum ecclesie ab apostolorum
tempore usque ad finem mundi et primum ad
tribulacionem usque ad finem mundi et primum
ad tribulaciones et persecuciones et mutabi-
litates nobiles tamen quarum aliquas iam

preteriunt et aliquae sunt future. Vi-
siones autem istas ymaginarias nobi-
les tamen quamvis aliqui iam preteri-
erunt. Johannes scripsit intellectum tamen earum non
expressit licet ad plenum intellexerit
aliqua tamen interposuit per que datur
via ad reliqua tamen aliqualiter capienda
sicut supra primo capitulo exposuit a. candela-
bra mundi s. ecclesie sunt et a. stelle s.
angeli i. episcopi earum et similiter in sequentibus
aliqua dicit licet rara ad aperiendum
aliter intellectum occultum ut patebit
in locis suis domino concedente propter
quod intellectus litteralis non est ille qui
per voces significatur immediate. Sed ille qui per
ymagines significatur sicut iudicum ix dicitur
quod ligna convenerunt ad arborem rampnum
venite impera nobis sensus litteralis non est
de arboribus vel lignis sed de viris Sy-
chem per ligna significatis qui fecerunt super
se abimelech regem. ¶ Secundum caute
quod iste visiones non distinguntur ex parte
temporis in quo facte sunt quia Johannes totum
vidit una die quod patet per hoc quod
dicit supra primo capitulo fui in spiritu in
dominica die sed distinguntur ex parte tem-
porum in quibus partim complete sunt et
partim implende ut magis videbitur
inferius per processum. Residuum igitur huius libri
in duas partes dividitur quia primo ponitur
modus huius visionis. Secundo decursus
impletionis c. q. Circa primum sciendum
quod tota trinitas revelavit apokalipsim
beatum christo christus autem Johanni per angelum
eius personam loquentem christus enim homo
superior est angelis propter unionem
assumptionis divine et plenitudinem gracie
licet sit minor angelis racione nature
sicut dicitur hebreorum ii. igitur primo ponitur
maiestas dei revelantis. 2o dignitas
hominis christi revelantis respectus ca.
iiiio. primum declaratur ex tribus scilicet ex
imperiali throno et ex nobili consessu
ibi et in circuitu sedis. Et ex reverenti
obsequio ibi et requiem non habebant

Circa primum dicit beatus Io. post hec vidi
hostium apertum in celo. Hic enim videbat
ymaginarie ac si hostium celi aperiretur
per quod designabat quod decursus ecclesie sibi
revelatur quod celum in scriptura nomina
tur quod dicit Gregorius omelia 3a regnum celorum
presentis vite temporis in ecclesia dicitur in qua
doctor qui mandatum solvit minimus vo
catur etc. Mathei v. etc. Inquantum nititur
auctoritas angeli loquentis dicta est
supra primo capitulo ascende huc ad videndum
dum ecclesie decursum ideo subditur et
ostendam tibi que oportet fieri post hec
secundum ordinationem dei que non potest frus
trari et statim fui in spiritu visionem
ymaginariam intelligendo et ecce sedes
posita erat in celo per quam sedem intel
ligitur auctoritas ceptis dei ecclesiam
regentis et supra sedem sedens scilicet deus
trinus et unus et qui sedebat similis erat
aspectui lapidis iaspidis et sardini tales
apparitiones fuit secundum convenientiam ad
illud quod revelatur deus autem sic appa
rebat ut gubernans ecclesiam militantem
quod se habet ut consolator et caritatis
incensor propter quod in primitiva ecclesia super
apostolos misit spiritum sanctum in similitudinem
ignis ideo dicitur hic coloris iaspidis
id est viridis qui color est confortativus
visus et sardinus id est rubei coloris qui
propter similitudinem ad ignem significat
incendium caritatis et erat yris in
circuitu sedis per quod designatur sedes
dei ad ecclesiam presentem quia yris signum
est federis inter deum et terram ut
dicitur Genesis ix id est similis visioni smarag
dine Smaragdus autem est viridis co
loris et hic est unus de coloribus
yridis et sic apparebat ille yris sma
ragdinus quia color viridis interior ecclesie
videbatur in quo designabatur conso
latio dei suis electis assistentis maxime
in tribulationibus ecclesie futuris eo quod
viridus color est confortativus visus
Et in circuitu sedis hic describitur assistentia
dei maiestatis cum nobili consortio cum dicitur
et in circuitu sedis sedilia xxiiii per quod
designantur universe kathedrales ecclesie
que licet sint multe tamen sub tali numero
designantur propter concordantiam novi
testamenti ad vetus in quo legitur primo
paralipomenon 24o. cum enim David volens aug
mentare cultum divinum statuit 24or sacer
dotes in templo per vices successive minis
trantes in sacerdotio cum scriptura frequenter
ponitur determinatus numerus pro indeterminato
sicut supra dictum est ca. i. quod per septem spiritus
dei intelligitur multitudo angelorum
sanctorum et sic dicit Gregorius omelia 24. quod per c
demones a maria eiecta significantur et
super thronos 24or seniores sedentes
per quos designantur universi episcopi in quibus
debet etatis et morum maturitas circum
amictos vestimentis albis quia in eis
debet refulgere castitas et in capitibus
eorum coronas aureas quia in mentibus
eorum que dicuntur capita respectu mem
brorum sensitivorum debet refulgere sapientie
claritas que per aurum frequenter in sacra
scriptura designatur Et de throno sedis
dei procedunt fulgura et voces et tonitrua
id est choruscationes miraculorum et denuntiationes
premiorum pro bonis operibus et terror sup
pliciorum pro malis ista vero in primitiva
ecclesia et post temporibus concedebantur
ad edificationem ecclesie plantate et vii lampades ar
dentes ante thronum scilicet dei que sunt
vii spiritus dei et exponendo quid per lam
pades intelligitur apponit aliqualiter
adaptata expressa dicuntur autem hic vii
spiritus dei vii dona spiritus sancti per diversa
dona dispositionibus se ideo dicuntur an
te thronum esse per vii spiritus intelligitur
universitas sanctorum angelorum parata ad

dei duplicatum concupiscendum illud he. i.
Omnes administratorii spiritus sunt etc. qui
dicunt lampades ardentes quia illu-
minant et accendunt fideles ad cognicionem
et amorem celestium. Et in circuitu sedis tam-
quam mare vitreum id est baptismi sicut
simile cristallo quia non est mobile vel flu-
idum, quia imprimit caracterem indele-
bilem propterea quod non est reiterabile. Et
in medio sedis et in circuitu sedis quatuor
animalia id est quatuor evangeliste ut dicunt
aliqui sed littera scripture videtur in aliquo
dissonare ubi dicitur et animal primum
simile leoni et tercium animal habens faciem
quasi hominis nam per faciem hominis intelli-
gitur Matheus ut dictum est in primo capitulo
theologorum et in hoc concordant sancti et
doctores. Matheus vero non est tercius
in ordine evangelistarum sed primus qui pri-
mus scripsit evangelium ut dicit Jeronimus
in prologo super Matheum. Ideo videtur
aliis probabilius dicere scilicet quod per quatuor
animalia intelliguntur quatuor patriarcha-
les ecclesie quarum prima est Jerosolimita-
na ubi cepit ecclesia et assimilatur leoni
propter constanciam illi conspectum ut patet
de Petro et Johanne Actuum iiii. qui constan-
ter responderunt principibus Judeorum obedire
deo oportet magis quam hominibus et item
Si iustum est in conspectu dei vos
potius audire quam deum iudicate non
enim possumus que audivimus et vidimus
non loqui. Secunda est Anthyochena
que assimilatur vitulo quia fuit
parata obedire mandatis apostolorum
in illo concilio ut patet Actuum
xv. et quia primo ibi vocati sunt disci-
puli christiani Actuum xi. Tercia est Al-
exandrina que assimilatur homini nam
ibi a principio fuerunt doctores docti
non solum libris divinis sed etiam humanis
ut Pantenus philosophus et Athanasius
et plures alii. Quarta est Constantino-
politana que assimilatur aquile volanti
nam ibi fuerunt viri contemplacione
elevati ut Gregorius Nazanzenus et
plures alii. Et quatuor animalia singula
eorum habebant alas senas. Ala prima
est lex naturalis. Secunda est mosayca
tercia prophetarum oracula. Quarta evangelium
apostolorum. Quinta doctrina apostolorum. Sexta
statuta generalium statutorum illis cum
aliis viri ecclesiastici debent extendere cor-
pus ad edificacionem proximorum et volare
ad dexteram per contemplacionem actionem in prosperis
et ad sinistram paciencia in adversis. Et in circui-
tu et intus plena sunt oculis quia de-
bent videndo presencia preterita et futura. Et requiem
non habebant hic consequenter auditur
dei maiestas perpetuo venerari
primo in patriarchalibus ecclesiis tunc dicta
et requiem non habebant scilicet quatuor
patriarchales ecclesie sequentia die ac
nocte dicencia sanctus etc. nam in illis
ecclesiis primo valde devote celebratum
fuit divinum officium diurnum pariter et noctur-
num et ponitur hic ter sanctus ad de-
signandum trinitatem personarum et subditur
dominus deus omnipotens ad designandum
unitatem essencie quia tres persone sunt
unus deus et dominus omnipotens qui erat
et qui est et qui venturus est. Eo primum
eius eternitas quia non apprehendit
a nobis in via nisi per comparacionem ad differenciam
temporis ut supra dictum est primo
capitulo. Et cum darent hic conse-
quenter describitur obsequium dulce laudis
exhibitum ad alias kathedrales ecclesias
per orbem constitutas que in divinis of-
ficiis celebrandis sequi debent ordi-
nacionem quatuor ecclesiarum patriarchalium
cum ecclesia romana que in principalis
et caput est omnium et hoc est quod dicit

et ei darent illa animalia gloriam et ho
norem et benediccionem ei seruiendo et eum col
laudando in pluribus modis officiorum
et ministracionibus pertinentibus procede
bant et quatuor seniores i. alie kathe
drales ecclesie sibi eis conformates et mitte
bant coronas suas ante thronum in sig
num reuerencie per hoc confitentes quod habent
a deo claritatem virtutis et sapiencie que per
coronas aureas designatur ut dein
ipsi dicentes dignus es domine deus ac
cipere gloriam etc. non est per hoc intelli
gendum quod deus accipiat aliquid
de nouo vel quod ei aliquid accrescat ex opi
bus et laudibus humanis. Patet quod homines
christiani a deo receptis tenentur assur
gere ad laudandum et glorificandum excel
lenciam eterne sue maiestatis quia tu cre
asti omnia de nichilo producendo et propter volun
tatem tuam erant in disposicione tua ab
eterno antequam crearentur sicut domus materia
lis antequam sit in effectu preexistit in disposicione
artificis et secundum hoc dicitur a methaphisice
quod domus sit a domo que est in anima sua
vero creata se habent ad deum sicut artifi
cia ad artificem Sapiencie vii^o c^o Omnium
enim est artifex omnem habens virtutem etc. et
creata sunt i. producta in effectu in tempore
et hoc ex diuina voluntate non ex nature
necessitate sequitur v^m capitulum

Et vidi in dextera sedentis etc. hic
consequenter describitur dignitas
christi hominis reuelacionem accipi
entis ita quod premittitur profunditas diui
ni secreti 2o difficultas aperiendi ibi et
vidi 3o insinuatur dignitas christi ibi et
vnus ita primum dicitur Et vidi in dex
tera sedentis super thronum. Iste sedens
est deus trinus et vnus ut dictum est li
brum etc. liber iste est diuina sciencia in qua
sunt omnia scripta. Sciendum tamen
quod in deo ponitur duplex sciencia vel pocius
vna duplex ... scilicet sciencia simplicis noti
cie que se extendit ad omnia possibilia

que numquam fuerunt nec erunt et sciencia vi
sionis que respicit existenciam per quamcumque
differenciam temporis scilicet preteriti vel presentis
vel futuri et ista sunt in virtute dei opera
tiua in qua ... operatur ipsa in aliquo
tempore talia vero sunt que reuelata sunt
homini christo et ab eo Iohanni apostolo. virtus
vero dei operatiua methaphisice dicitur eius
manus dextera quia per eam dextere
operamur. ideo liber qui dicitur dei no
ticia de dispositis a deo fieri conuenienter
esse dicitur in dextera manu dei. Signatum
sigillis septem designatur clausione diete sciencie
de dispositis a deo fieri quorumque sunt ab
eo reuelata fieri vel in effectu producta
sigillis septem i. omnimodis obscuritatibus
ut exponunt aliqui et secundum hoc ponitur
hic numerus determinatus pro indeterminato scilicet
septenarius pro obscuritatum multitudine
ponitur dicitur ... maria g^o a de
monia habuit q̃ vim̃ p̄ vicijs plena
fuit. Sed hoc dictum non bene consonat
his que sequuntur ca^o vi^o de aperitione si
gillorum procedendo a primo sigillo usque ad
septimum ex quo patet quod septenarius sigillorum
non ponitur ibi pro indefinita multitudine
obscuritatum. ideo videtur melius dicendum
quod sigilla ista non sunt aliud nisi volun
tas dei claudens et aperiens suum secretum
prout et quando et quomodo sibi placet. que licet
ipsa sit vna dicitur tamen multiplex
ad varios effectus relata. secundum illud ps.
cx. Magna opera domini exquisita in omnes
voluntates eius. septenarius igitur sigil
lorum est septenarius reuelacionum diuine
voluntatis ad reuelandum Iohanni distincta
a reuelacionibus vel fiendis in alijs te
poribus. Et vidi hic consequenter describitur
difficultas aperiendi cum dicitur Et
vidi angelum fortem iste videtur fuisse
Gabriel qui interpretatur fortitudo dei
quis est dignus aperire librum i. iudicii secreta

dei secretum et solvere signacula eius i. singillatim ostendere qualiter singula de libro dicentur procedent ex divina voluntate. Et nemo poterat in celo quantum ad angelos neque in terra quantum ad homines neque subtus terram quantum ad demones in quibus remansit naturalia integra aperire librum, quia nullus istorum potest ad secreta divina attingere nisi deo revelante, qui primo revelavit Christo homini, Christus Johanni. Et ego flebam multum etc. Per hunc fletum designatur Johannis desiderium desiderando esse futurum processum. Et hinc hic conscriptor inserit dignitatem Christi qui solus inventus est dignus secreta primo accipere, et alibi per Johannem nunciare cum dicitur: Et unus de senioribus dixit michi consolando me de desiderii michi impletione. Quis autem fuit iste senior non dicitur, et dicunt aliqui quod fuit Matheus evangelista qui dixit in persona Christi Mt. ultimo: Data est michi omnis potestas in celo et in terra, ideo dicit: Ecce vicit leo de tribu Juda etc. Nam Christus victor fuit in sua resurrectione. Sed quidquid sit de veritate, ratio tamen non videtur valere, quia Johannes non accepit hanc noticiam per Mathei scripturam sed per specialem revelacionem. Dictum est autem supra quod per seniores intelliguntur ecclesie prelati, ideo videtur melius quod iste senior fuit Petrus, et dicitur unus i. primus inter apostolos eo modo loquendi quo dicitur Gen. 1: Factum est vespere et mane dies unus i. primus. Transierat enim iam beatus Petrus per martirium ad gloriam, quia sub Nerone passus fuit, Johannes autem postea tempore Domitiani hanc revelacionem accepit, et sic anima Petri assistens Christo vel aliqua effigies representans dixit Johanni: Vide ne fleveris etc. Radix David i. de radice David descendens secundum carnem, quod propheta dixit Ysaias 11: Egredietur virga de radice Jesse etc. Aperire librum i. manifestare esse decursum a deo preordinatum. Et vidi et ecce in medio throni etc. agnum stantem tanquam occisum i. Christum in medio eorum per fidem in natura eorum constitutum, sicut ipse dixit Mt. ultimo: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummacionem seculi, qui sicut dictus est leo racione resurrectionis, ita dicitur hic agnus racione immolacionis, propter quod eciam dicitur stans quia resurrexit ad vitam immortalem Ro. 6: Christus resurgens a mortuis iam non moritur. Tanquam occisus quia cottidie in ecclesia immolatur non secundum carnem quia resurrexit ad vitam immortalem ut dictum est, sed secundum effectum et representacionem quia per sacramentum eucharistie communicatur nobis effectus sue passionis. Ipsum eciam est similitudo representativa ipsius, secundum quod dicitur Luc. 22: Hoc facite in meam commemoracionem. Illud autem quod representat aliquid nominatur nomine ipsius, sicut ymago Petri nominatur Petrus, et eadem racione eucharistia agnus immolatus, et ad hoc designandum non dicitur hic agnus occisus simpliciter sed tanquam occisus. Habentem cornua 7 i. potestates, eidem designatur per 7 spiritus, quia 7 dona spiritus sancti sunt et 7 cornua sive potestates ad reprimendum potentem inimici. Missi in omnem terram quia Christus passus est dona spiritus sancti dei ad eam secundum debitam disposicionem. Et venit et accepit de dextera sedentis librum. Non est per hoc intelligendum quod acceperit, nam anima Christi ab instanti sue creacionis divinitati unita habuit noticiam omnium que deus cognoscit sciencia visionis inter que est processus ecclesie ut patet ex predictis, ideo per hoc quod Johannes vidit eum accipere librum designatur accepcio noticie prius habite, sed de novo Johanni revelande circa ecclesie universalis statum. Et cum aperuisset hic conscriptor describit

assistenciam xpo io omditatis/ et primo assis
tentem sibi in eccl militante/ 2o i triu
phante ibi et vidi et audivi/ q'a primu d'o
Et cu aperuisset librum ad revelandu
ecce processum 2or animalia i. 4or eccie pri
archales et 24 seniores i. universe ka
thedrales ecce p orbem diffuse et p hoc
etiam subintelligitur alie ecclesie constitu
te ceciderunt coram agno na p hoc ha
buerunt materiam benedicendi ipsum habentes
singuli cytharas etc. q exponit cu sub
ditur que sunt orationes sanctorum metha(phori)ce
ut p hoc et scriptura aperitur aliquo mod
ad exponendum reliqua ut predictum est/ et
cantabant canticum novum i. pertinens ad
novum testamentum dignus es dne accipe
re etc. q exposicionis prima quod acceptus es
meritum precedit illud q cadit sub nutu
propter q acceptio notitie processus ecce q
processit morte xpi ut dictum est et nam
cecidit sub nutu ipsius sicut nec gloria
anime xpi s; gloria corporis q secuta
est bene cecidit meruit enim sui corpo
ris glorificationem et exaltationem et eo de
modo potest dici de revelatione dicti pro
cessus sacra per universali eccle ad declara
tionem bonitatis et maiestatis xpi na
hic revelatio facta est passione conveni
enter etc. nam eccia est ex omnib; gentibus
collecta/ et fecisti nos deo nostro regnum
i. regni eius principes et sacerdotes hostia
as laudis deo offerentes et regnabimus
sup terram nō dicitur i terra/ ubi sancta con
culcatur s; sup terram i. i celo ubi sancti
conculcatur cum xpo dicunt ¶ Et vidi
hic consequenter ponit io ditatis assistencium
xpo in eccl triumphante cum dicit/ et au
divi vocem angelorum multorum etc. i hoc no
tatur eorum multitudo maxima scdm
illud Job 24 nunquid est numerus militum
eius sed eum designat in hoc q subdit
et erat numerus eorum milia milium prout
eni corpora celestia tota regionem eleme
tare excedunt quasi incomparabiliter quantitate

continua/ sic angeli omnia corporalia in
quantitate discreta accipiendo quantitate
discretam p qualibz multitudine in
rabili vel innata/ dignus est agnus
qui occisus est accipere virtutem et divinitate
etc. omnia ista habuit vel scilicet p laurea
in passione q dicit ppter gloriam corporis
et honoris q secuta sunt esse acceptio
talia hic accipit p manifestatione eorum
ad laudem et honorem nominis xpi et
consequenter ponit laus xpi in omnibus
creaturis cum dicit/ et omnem creaturam
q i celo est tam ad homines qui iam
sunt in patria/ i uncti etiam ad eorum
adhuc i via/ et que sub terra etc.
nam omnes creature rationales extra
ecclesias dum laudabile xpm et tam
sunt materia et occo laudandi ipsum
quia intellectuales creature possunt asce
dere ad cognoscendum deum et p consequens
ad ipsum laudandum et glorificandum
ecca q sequitur patet exposita scd vi cap

¶ Et vidi q
aperuisset etc. postq descriptus
est modus dicte revelationis
hic consequenter describitur decursus impletionis
et hoc sub 7. sigillorum apertionibz quibz
sigillis liber dicebatur signatus esse sicut
i pte q patet in libro agitur in prima pte
dicitur. ¶ Et vidi q aperuisset agnus
agnum unum de 7 sigillis s primu cons
equenter q dicitur g' i. et sequitur est des
pere et mane dies unus i. primus con
sequenter ibi dicitur factum est vespere
et mane dies secundus et sic consequenter
usq; ad septimum eodem modo consequenter
hic describitur apertio scdi sigilli et tam
usq; ad septimum et audivi unum de
quattuor animalibus i. primum esse vocem
qua in de sigillis dictum est nō consequenter
agitur de aliis tribus animalibus et sm
illos qui p 4or animalia dicunt signari quattuor
evangelistas iste fuit marcus i similitudine
leonis designatus q scdo ponit in sup cap 4o

Sed quia istud dictum non consonat ordini eiusdem glossatum in quo mutatur ponitur primus et quartus sicut ego dixi super c° 4° quia signa° malia iiij° patriarchalis ecclesie designatur et sic habeo consequenter dicere quod ille qui primum animal fuit patriarcha primus ecclesie patriarchalis scilicet Ierosolimitane qui fuit beatus Iacobus appellatus frater domini eo quod fuit filius primus et hic ante Iam tusserat sub nerone ut patet per iosephum 2° libro antiquitatum / Hec autem vendicata sed fuit Iohanni tempore domiciani Veni et vide Et ecce primitive ecclesie equus albus et cetera propterea ut dicunt expositores aliqui designatur gaius imperator qui successit in medio tyberio et designatur per equum album eo quod non fuit christianis molestus sed magis consolabilis nam pilatum misit exilium qui christum morti iudicaverat / et similiter herodem qui decollaverat Iohannem et christum in passione spreverat luce 23 ideo subditur et exivit vincens ut vinceret scilicet adversarios christi ut dictum est. Sed hoc non videtur convenienter dictum nam iste gaius in tantum fuit elatus et superbus quod per orbem misit statuam suam ut in illa adoraretur ut deus et quia habitatores in iudea renuerunt hoc facere misit petronium in iudeam ut in templo poneret eandem statuam et renitentes interficeret ut dicit Iosephus libris antiquitatum et de iudaico bello apertissime non dedit hoc execucioni quia gaius fuit preventus in illo breve tempore apostoli et alii christiani habitabant in urbe et in iudea et sic patet quod gaius non fuit eis consolabilis Sed magis horribilis eo quod preceteris habitatoribus unde horridum erat eis in dictum gaii de data adoracione sibi ante ipse miserat in exilium herodem et pylatum licet tunc non fuit propter christum. Sed post causis totaliter dissipatis ut refert Iosephus quis est brevitatis omitto. Verum quod subditur exivit vincens ut vinceret non videtur satis convenienter applicari quia

romane fuit turpiter interfectus propter suas malicias ab uxore eius gladio confossus et eius unica filia pariete allisa. Ideo quod alii videntur melius dicere scilicet quod per equum album intelligitur cetus apostolorum dealbatus sanctitate vite et quia beatus Iacobus Ierosolimitane ecclesie episcopus / ut dicit in libro illustrium virorum dicitur usus fuisse tunc vestibus lineis et quia per consequens albis et per consequens albis induti estimari potest probabiliter de aliis apostolis unde et una chaniectus vocat eos viros dealbatos. Per sedentem super equum istum intelligit christus rector et ductor eorum secundum illud Ro. viii qui spiritu dei aguntur hii filii dei sunt et secundum hoc sic est littera exponenda. Et ecce equus albus scilicet apostolorum [ac?]privatus et qui sedebat super eum scilicet christus habebat arcum in manu id est verbum predicacionis in manu operacionis quia cepit facere et docere actuum i°. et fecerunt apostoli per similiter et docuerunt primus / et data est ei corona in spiritu sancto / castitatione / et exivit per effectum suum dando apostolis in signo visibili spiritum sanctum vincens adversarios suos in iudea primo / nam eodem die conversi sunt ad eum predicante petro tria milia actuum 2° / Et altera die quinque milia actuum 3° / Ut vinceret per totum orbem subiciendo sue fidei iugo colla gencium / nam in brevi tempore per predicacionem apostolorum / et aliorum christi discipulorum christo cooperante et sermone eorum signis sequentibus confirmante / marci ultimo predicatum fuit evangelium nam vincere adhuc sancto petro fides katholica dispersa fuit usque ad fines terre habitabiles prout declaravi super illud ps. 18. In omnem terram exivit sonus eorum et in fines orbis terre verba eorum et super epistolam Ro. x° c°. Et cum aperuisset sigillum secundum [ps?] inquit describitur status ecclesie in tempore neronis usque ad tyrannum imperatorem cum dicatur audivi secundum animal secundum predicta iste fuit primus patriarcha ecclesie antiochiene scilicet beatus petrus qui primo

cepit illam ecclesiam ut habetur libro illus/
trium virorum qui tempore huius visionis iam/
transierat perurentur dicens veni et/
vide scilicet statum ecclesie sub nerone et exivit/
alius equus ruffus id est romanus populus qui/
dicitur tempore neronis duplicatur uno/
modo accipiendo ruffedine pro rubedine/
sicut in pluribus aliis locis accipitur scrip/
tura eo quod nero multos romanorum occi/
dit propter crudelitatem nam etiam matrem/
propriam uxorem fratrem sororem ac etiam/
senecam suum preceptorem dicitur occidisse / alio/
modo propter propriam ruffedinem quia nero civita/
tem romanam incendi fecit in magna parte/
ut videret quale fuerit antiquitus incen/
dium troie / item vero incendio combussisse/
fuit inflamme apparentia ruffedinis civitatis/
et qui sedebat super eum scilicet nero habens/
divinitatis datum est ei id est a deo permissum ut/
sumeret id est afferret pacem de terra quia tur/
bata fuit civitas romanum imperium/
propter suam maleficia (ut) crudelitatem sic interficiant/
nam consequenter contra se ipse ipso mor/
tuo otho galba vitellius voluerunt/
usurpare imperium rex contra pugna ad/
invicem valde multi fuerunt interfecti et/
datus est illi gladius magnus id est potestas/
interficiendi christianos nam ipse primus persecu/
tionem movit contra ecclesiam longe de/
persecutoribus motis per imperatores ro/
manos nam antea persecutionem passi sunt/
sub principibus iudeorum vel crudele/
Item supponendum non fuit dure contra ecclesiam/
sed contra habitatores iudea quorum pauci/
comparatione erant christiani nec etiam iam/
dictum illud dictum fuit occasionem et/
ideo prima persecutio ecclesie attribuitur ne/
roni / claudius etiam imperator qui fuit/
medius inter gaium et neronem non le/
gitur fecisse christianis aliquam persecutionem/
nero autem apostolorum principes scilicet pe/
trum et paulum occidit et multos ali/
os christianos rome cum imperium occidi/
fecit. Est tamen apprimendum quod est tercia pars/
in qua describitur status sub tito

cum dicitur audivi tertium animal id est pat/
riarcham tertium ecclesie allexandrine scilicet/
beatum marcum secundum quod dicitur in libro illus/
trium virorum habetur et ecce equus niger/
id est exercitus romanus qui dicitur niger et fame/
sicut postea dicitur albidus / exercitus enim ro/
manus sub tito afflixit habitantes in iu/
dea qui fuerunt fame denigrati et aliis/
afflictionibus secundum quod refert Josephus libro/
de iudaico bello / et qui sedebat super eum/
scilicet titus rector illius exercitus habebat/
stateram in manu sua id est divinam iustitiam/
quod opere exequebatur nam quo ordine divine/
iustitie processit quod exercitus romanus iu/
deos plurimum occidit et plurimum captivavit/
in vindictam mortis christi sicut dominus ante/
predixit luce 19 ecce veniet nunc et/
circumdabunt te inimici tui quia tu hoc/
erant preter intentionem titi / exercitus/
qui propter aliam causam venerunt contra/
iudeos scilicet propter rebellionem eorum quia/
imperium romanum ut patet per Josephum in/
libro de iudaico bello ideo dicitur quod/
habebat stateram in manu sua in mente/
exequebatur opus divine iustitie nam per stateram/
per manum cum opus intelligitur quia per ea/
efficitur et audivi tamquam vocem de medio quatuor/
animalium id est de throno dei tamquam circumdatum/
erant quatuor animalia ut dictum est supra/
capitulo 4° / apocalypsis ac designatur quod factum est/
titi contra iudeos procedebat ex ordinatione/
divina aliqua procedit malum pene/
secundum quod dicit amos 3 non est malum/
in civitate quod non fecit ut deus bilibris/
tritici denario uno etc. ad intellectum/
huius secundum quod dicit hugo floriacensis/
de fine belli romanorum contra iudeos confecti/
denique romani multa prede gerebant quibus/
mancipia captiva vendebant sed quia plu/
res venales et pauci inveniebantur/
emptores non defuit qui 30 mancipia/
uno numismate mercatur et sicut/
dominus emerat 30 denariis hoc eis so

pro denario uno. 30. venditus fuit ad numisma
et denarius vii et ideo ait. 22 dum te deo audite
numisma census subditur ut illi ac tulerunt
ei denarium dicebatur autem denarius
eo quod valeat x nummos usuales. Item
notandum quod bilibris est nomen compositum
ex bis et libra quia continet duas libras
quinque vero iudei hic per unam libram designan
tur eo quod quinque libri moysi ab omnibus
iudeis recipiuntur alios autem libros
iudei non recipiunt quasi preducta dicitur
est quod sequitur bilibris tritici denario uno
etc. quia sicut de venalibus in diebus vilio
ribus quasi pondere quod est vile granum
designatur 30 pro uno denario dabatur
ut dictum est ita de te designatoribus tempo
ribus ad significandum pro uno denario ha
bebantur et vinum et oleum ne leseris
per vinum quod est letificativum intelligitur gaudi
um quo replebantur gaudio et spiritu sancto
et per oleum pietatis et mutue
caritatis obsequium secundum quod dicitur actuum
iiii° quotquot enim possessores domorum
et agrorum erant vendebant afferentes
pretia eorum et ponebant ante pedes apostolorum
qui dividebant singulis prout cuique opus
erat et isti non fuerunt lesi persecutionem
tam vel ante eius adventum quidam habi
tantes in urbem iherusalem monita ange
lica transierunt ultra iordanem in civitate
nomine pellam in regno agrippe qui iste
tenus qui confederatus erat romanis. ¶ Et cum
aperuisset. Hic incipit quarta pars ubi descri
bitur status ecclesie tempore domiciani
qui secundam persecutionem movit contra ecclesiam
et multa alia mala fecit in imperio Ro
mano. Dicitur quod quidam vocare quarti animalis
id est predicatores seu episcopi constantinopolitani
vel designati sicut dictum est de aliis
¶ Et ecce equus pallidus id est populus rome
domicianus cum magna parte senatorum
nobilium in populum misit et interfecit in po
nentes terra ut sic reciperet eorum bona
propter quod etiam rome et alibi erat in magno
timore posita ne super eis fieret timor

autem fecit ceteri membra pallida
et potissime facie propter quod romanum imperium
pro tunc in illo significatur per equum pallidum
et qui sedebat desuper scilicet domicianus im
perator nomen illi mors active et pas
sive quia multos innocentes interfecit ut
dictum est et potissime christianos contra quos
movit secundam et finaliter interfectus fuit
a senatu romano propter suam crudelitatem
ut habetur in legenda beati Johannis
evangeliste et infernus sequebatur eum
quia post cursum presentis vite statim
raptus est ad penam gehenne. ¶ Et data
est illi potestas super quattuor partes in
quibus dilatatum erat imperium romanum
interficere gladio vel in omnibus istis parti
bus multi christiani gladiati fuerunt
de mandato eius et fame quia multi in
carceribus fame cruciati mortui
fuerunt et bestiis terre quia plures eorum
devorandi bestiis tradebantur sicut patet
in legendis plurimorum martirum et quia pluribus
aliis modis aliqui martirizabantur
suspensione submersione combustione et
huiusmodi ideo innuitur et morte quoniam
modus affligendi martires includitur
¶ Et prius vero patet quia secundum zacharie
6 equos in colore quadruplicater
vario designata fuerunt quattuor regna
ut dictum fuit ibidem. ¶ Hic in isto loco per
equum album designatur regnum christi
prout fuit tempore apostolorum et credentibus
primis per alios tres equos romanum impe
rium cuius status fuit variatus in
tribus temporibus. ¶ Et cum aperuisset
quintum. Hic incipit quinta pars in qua de
scribitur ecclesie persecutio a romano impera
tore quia post domicianum successit usque ad
diocletianum iste enim et traianus etiam
persecutionem fecerunt contra ecclesiam. Marcus
antonius quartam / severus quintam incepit
qui est maximianus sextam / decius septi
mam / valerianus nonam / licet ante multi
imperatores intermedii fuerunt inter istos

quorum temporibus multi christiani fuerunt
martirizati isti tamen specialiter dicuntur per se
cutione Damiani creuisse quia fecerunt
et renouauerunt contra totum christianos alij
vero non sic ideo quod aliqui temporibus
prius fuerunt martirizati hec sunt quo
dam precedentium imperatorum quia non erunt
renouata temporibus istorum imperatorum
non erat ecclesie nec altaria stabilia sed in
locis occultis et potissime in martirum
sepulturis in quibus sunt corpora eorum
ibidem sepulta portabat et erigebat
altare ligneum pro celebratione missarum
et hoc est quod dicitur Et cum aperuisset
quintum sigillum vidi subtus altare ani
mas interfectorum eo quod erant ibi corpora
eorum et est similis modus sicut Gen
1° omnes anime que egresse sunt de femore
Jacob i. homines quorum anime erant non
fuisset egresse de femore Jacob que non
sunt de dicte Sed ideo peccatorum in suis
corporibus egressis de Jacob per generationem
propter verbum dei quod ad doctores qui fue
runt martirizati propter predicationem ubi
dum et propter testimonium quod habebant
christum ad simplices christianos qui marti
rizabantur eo quod nolebant negare christum
Sed magis protestabant sancte in christum
et clamabant voce magna etc. iste cla
mor non est aliud quam manifestatio
nequitie tyrannorum coram deo merito pu
nienda et innocentie martirum premianda
Sicut dixit dominus ipsi Caym Gen 4° ecce
vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad
me de terra i. eius innocentia declarat tuam
nequitiam puniendam in mortis eius vindic
tam ideo subditur Usque quo domine
supple qui es sanctus et verus non vindi
cas sanguinem nostrum de hijs qui habitant
in terra i. de tyrannis viuentibus super terram
et date sunt eis stole albe quia antici
pata est gloria anime Et dictum est
illis ut requiescerent corpora eorum in mo
numentis tempus adhuc modicum scilicet usque

ad modicum quod dicitur modicum et videbitis me
patrum etc. Jo. 16 c. 2° dicitur specialiter quod
infirma hora est tunc enim resurgent
in corporalibus gloriosis et sic habebunt
secundam gloriam que est gloria corporis donec
compleantur etc. nam post eos propter nomen
christi multi sunt interfecti et adhuc plu
res interficientur in persecutione antichristi Et
cum aperuisset sextum etc. sub dyocletiano
qui decimam persecutionem mouit contra ecclesiam
cum collega suo maximiano et ista
persecutio fuit atrocior precedentibus in
tantum quod infra 30 dies 17 milia personarum utriusque sexus
legitur martirio coronati et hoc est quod de
scribit Johannes sub apertione sigilli sexti
et diuidit in 4 partes quia primo describi
tur enormitas persecutionis secundo suauitas
diuine consolationis ibi post hec vidi tercio
primum dicitur terremotus factus est quia in
omnibus partibus imperij romani pro im
perio dyocletiani et maximiani moti
sunt iudices et potestates ad interfectionem
christianorum et sol factus est niger etc. i. christus
qui est sol iustitie denigratus est
apertum ad sensum nomine tamen in cor
dibus suis quia imponebant quod esset male
ficus et magus et hoc propter apostolos et
alios quod discipulos quos docuerat de
talibus ut dicebat infideles et sic
quantum erat in se nomen christi denigrabant
et luna tota facta est sicut sanguis
quia tunc ecclesia tota fuit sanguine
martirum rubricata et stelle ceciderunt
de celo et multi eminentes in ecclesia timore
mortis et simulati fuerunt ad ydolatriam in
duci et marcellus papa tunc timore mor
tis ydolis thurificauit et hoc confitetur
quod plures alij sic fecerunt unde et
marcellus penitentia ductus postea mar
tirium pro christo sustinuit et cessauit ecclesia
romana 7 annis et 6 mensibus propter
enormitatem persecutionis illius Sicut ficus
emittit grossos suos cum magno vento
mouetur dicitur autem grossitus primi

tempus et immature que de ficu cadunt
a magno vento commote sunt / Sic ante ple-
nit i(d est) ecclesia turbo tempestuose persecucionis
et celum recessit sicut liber involutus
celum hic dicitur ecclesia tempus sicut
et Mt. 13. Simile est regnum thezauro ab-
scondito in agro etc. quod exponit glo. om-
zel. quia christiani tunc se occultabant
quantum poterant exceptis valde paucis
qui cum maximo fervore se martirio offere-
bant / et omnis mons et insule de locis
suis mote sunt id est super montes et rupes
quasi inaccessibiles / et insulis mari
clausis ubi fugerant christiani querebantur
et examinabantur / et sic dicit ista loca
mota propter motum habitancium sicut dicitur
per prius facere vel pati quod prius in-
habitans agit vel patitur / et reges
terre et principes etc. omnibus cum plus
orbis iam diffusa erat fides katholica
ut supra dictum est / et de omni statu hominum
maiorum minorum et mediocrum aliqui re-
ciderunt quia rabie persecucionis mote
per dyocletianum et maximianum non fortes
querebant se abscondere in locis cavernosis
sub montibus / ideo subditur absconderunt
se in speluncis et aliqui se eciam corpore timen-
tes ibi cum et longo cruciatu ad mortem
deduci desiderabant mori breviter sup-
posita tamen dei voluntate ne vi tor-
mentorum relinqueretur ad christum negan-
dum / et hoc desiderium exprimitur cum
subditur et dicunt montibus et petris ca-
dite super nos et abscondite nos a facie
sedentis super thronum / ut irati contra nos
licet in deo non cadat ira proprie dicitur tamen
irasci metaphorice contra aliquos quando
flagellat eos quia ad modum irati
se habet / tamen quando flagellat electos
hoc facit magis ex sua benignitate
ad augmentum meriti ipsorum ut premium
et ab ira agni i(d est) hominis christi qui vide-
bat irasci contra sua electam in deo qui
venit dies magnus ire ipsorum i(d est) tempus
persecucionis magne ab eis premisse

et quis poterit stare q(uasi) d(iceret) valde pauci / et
ceciderunt cum marcellus papa qui caput
erat ecclesie ut predictum est / propter quod valde
difficile quod alii inferiores q(uasi) d(iceret) possent
stare aliter exposito ab aliquibus illud
et dicunt montibus et petris cadite super
nos etc. quod per montes et petras intelliguntur
sancti qui iam erant in patria qui dicuntur
montes propter suam exaltacionem ad celestia
et petre propter confirmacionem in bono quorum
suffragia postulabant fideles et persecucionem
tunc posita et sic est sensus et dicunt mon-
tibus et petris i(d est) sanctis cadite super nos
i(d est) condescendite nobis et abscondite
nos a facie etc. i(d est) protegite nos oracioni-
bus vestris circa deum et agnum ut cesset
a nobis rabies huius persecucionis ¶ Hec
alia expositio videtur magis litteralis
Sequitur VII capitulum

Post hoc vidi. Postquam descripta
est acerbitas persecucionis / hic
consequenter describitur tranquilli-
tatis consolacionis / que facta est ecclesie dei
tempore constantini ex helena nati / et
dividitur in duas partes quia primo ponitur
hic consolacio quantum ad gentes in ecclesia
militante / secundo quantum ad gentes in ecclesia
triumphante / ibi post hoc vidi turbam
/ prima adhuc in duas quia primo premittit
persecucionis brevis quietacionem tyrannorum in di-
versis partibus imperii romani dicens
¶ Quod cum repressio prosternuntur ibi
¶ Et vidi alterum / etc. Primum secundum quod
sicut dicit in ecclesiastica hystoria quinto li(bro) postquam
dyocletianus et maximianus deposuit
insignia imperii constituti sunt imperatores
duo scilicet galerius constancius galerius autem
duos cesares instituit scilicet severum et
in ytalia et maximianum in oriente ¶ Con-
stantius autem ex helena genuit filium
nomine constantinum qui mortuo patre
factus est imperator et assumpsit in consorcium
imperii licinium qui licet primo fuerit
pacificus christianis tamen cito postea factus

est persecutor. Maxencius vero rome ty
rannizabat et sic erant quatuor persecuto
res ecclesie in quatuor partibus imperii scilicet
maximianus oriente / Severus in
ytalia / maxencius rome / licinius alex
andrie que est in egypto. Et notandum
quod homines maxime potentes et in dig
nitate constituti in hoc libro propter no
minant angeli sicut dictum est supra capitulo
2o de episcopis .7. ecclesiarum qui angeli nomi
natur et si sunt boni sunt angeli
dei / et si mali magis sunt angeli
sathane saltem pro illo tempore quo sunt
mali sicut dictum est. Supra 3o capitulo de
angelo sardis nomen habes quod vivas et
mortuus es hoc est in quatuor persecutores
ecclesie dei nominantur hic angeli cum
dicitur post hoc vidi quatuor angelos
stantes id est dominantes super quatuor angulos
terre id est quatuor partes imperii ut dictum est
tenentes quatuor ventos terre ne flarent super terram
id est impedientes doctores ecclesie ne verbum
dei predicarent de quibus dicitur cantica 4o Sur
ge aquilo et veni auster perfla ortum
meum et fluent aromata illius qui
perflatum predicationis fecundatur ortus
ecclesie militantis super terram / neque super
mare neque in ullam arborem christianorum
cum aliqui habitabant in arida / aliqui
in insulis maris et aliqui in silvis pro
persecutionem fugientes / et omnes ista designan
natur nominibus locorum ipsorum habita
tes [illegible] designatur nomine [illegible]
unde qui modo [illegible] dicit [illegible]
fecit tale festum in silvis habitus ubi
Et vidi hic describitur destructio eorum
quatuor tyrannorum repressio / et quia primo po
nitur repressionis actus. Et subditur
[illegible] fructus ibi et [illegible]
permittat [illegible] cum deo cum dicit
Et vidi alterum angelum id est imperatorem
constantinum ascendentem ab ortu solis
iusticie ascendit ad dignitatem imperia
lem ut daret pacem ecclesie habentem signum

dei id est signum crucis christi scribit enim ecclesiastice
hystorie libro 9o quod constantinus veniens
romam contra maxencium ubi tyranni
zantem et propter cogitaret de dispositione
belli et pro victoria posceret deum celi
quamvis non dum esset baptizatus aspi
ciens in celum vidit signum crucis ruti
lans et cum miraretur de insolita vi
sione vidit angelos astantes et dicentes
sibi in hoc signo vinces tunc de victoria
futura securus signum crucis sicut viderat
depingi fecit in militaribus vexillis et
sic procedens contra maxencium obtinuit
plenum triumphum. Clamavit voce
magna quatuor angelis id est quatuor tyrannis
predictis quibus datum est id est permissum
nocere terre et mari id est christianis habitantibus
intra arida et in insulis maris dicens
nolite nocere nam istos quatuor tyrannos
repressit [illegible] christianorum aliquos
debellando / sicut dictum est de maxen
cio et idem postea accidit de licinio
contra christianos crudeliter insurgente in
alexandria et egypto alios autem
duos pro mandato [illegible] ut habetur
ecclesiastice hystorie 9o libro quo adusque signemus
servos dei nostri in frontibus eorum. Constanti
nus enim a beato silvestro baptizatus
honoravit et exaltavit ecclesiam et potis
sime sacerdotes et alios ecclesie ministros /
et multa privilegia christianis dedit et
sic exemplo et verbo multos ad baptismum
induxit / et sic privilegium sacerdotum
eos servos christi consignavit / Sed dicendum
ante quod hec dictio quo adusque non tenet
hic finaliter sic intelligendo quod signatis
fidelibus tempore constantini quatuor tyran
ni predicti deberent reddi ad persecutionem
ecclesie sicut enim dicitur [illegible] hic quo
adusque veniam quod designat quod me non
veniente non debeas amplius scribere
sed tenetur indefinite sicut cum dicit Iste
non penituit quousque post mortem penitere
non potuit. Et audivi numerum signatorum

hic consequenter describitur de repressionis
fructus qui est multiplicatio credentium
xpo / et dicunt expositores aliqui quod
hic non ponitur unus numerus ad con
de iudaysmo et ideo subditur communiter tri
bu signati ipsi et postea tamen subditur
post hoc vidi turbam magnam etc. ponit
multitudo maior quam innumerabilis quam
de iudaysmo ¶ Sed salvo meliori iudicio p
nunc non videtur indubitabile dicendum quia tamen
tempore constantini iudei iam erant in
sua infidelitate obstinati ipsi qui non vide
tur tempore constantini tot fuerunt baptizati
sicut dicitur hic c. xl. iiii.or milia Item
quia equaliter tribu excepta tribu dan
loco cuius nominatur tribus Joseph dun
xii. milia signati / et tamen secundum hebreos
et latinos ex tribus fuit captivitate et
inclusi ultra montes caspios et sic de
illis non videtur tunc aliquem fuisse bap
tizati ¶ Similiter de conversione gentilium
non videtur probabile dicendum quia textus
dissonare videtur principalibus ut magis
videbitur procedendo ¶ Dic ergo quod sicut in
videtur ad prius in hac prima parte describi
multitudo conversorum ad xpm tempore
constantini de quacumque gente vel natione
qui baptizati vero cuius ipsi conversi sunt
quod predixit ysaias xl. Effundam spiritum meum
super semen tuum et benedictiones meas super
stirpem tuam et germinabunt et sequitur iste
dicet domini ego sum et ille invocabit no
mine iacob et hic scribet manu sua
domino et in nomine israel assimilabitur quod
intelligitur de gentilibus conversis ad xpm
sicut ibidem plenius fuit dictum hoc
Ita dicit apostolus Ro. 2. non enim qui in manifesto
iudeus est neque que in manifesto in carne est circumcisio sed qui in
abscondito iudeus est et circumcisio cordis
in spiritu non littera cuius laus non ex hominibus / sed ex deo
et sic patet quod nomine israelis fidem
et hereditatem eius consequuntur ad xpm in xpo
conversi / et pro eo quod nominat xii. tribus
ipsi / ad xii. apostolos novi testamenti / et tamen
videtur dicendum hic omittit eo quod de ipsa dicit

circa xpm ultimatum de tradendi eam est
enim dicit hic c. xl. iiii.or milia signati
ponit unus determinatus pro indeterminato
vel multo plures temporibus illis predi
ctis per totum orbem fuerunt baptizati sicut
super c.o 4.o per iiii.or seniores intelligi
universitas platonis cuius que est multum
maior sicut dictum fuit ibidem hys visis
dicas patet littera ¶ Post hoc vidi hic consequenter
describitur consolatio ecclesie advenientis
in ecclesia triumphante nam sicut post
pressuram acerbissimam temporibus dyocle
ciani et maximiani facta est consolatio
magna in ecclesia militante per constantinum
pace ei attributam Sic in ecclesia trium
phante de martiribus illius temporis
facta est leticia magna propter eorum
corporum sanctorum copiam quod hec leticia primo
describitur 2.o de hoc Johannes plenius
scribitur ibi et audit dicta primum dicit
Post hoc vidi turbam magnam martirum
quam dinumerare nemo poterat temporibus
enim dyocleciani et maximiani tot
sunt martirizati quod per Johannem non po
terunt ad certum numerum reduci nam
infra xxx. dies leguntur xl. milia
martirizati ut dictum est / Una etiam vice
maximianus interfecit legionem the
beorum in qua erant vi. milia 600.
66 milites preter iudices et in diversis
partibus de mandato istorum imperatorum
tot interfecerunt xpianos quod non pote
runt sub certo numero redigi / Ita dyocleciani
legitur x. annis persecutus est omnibus
gentibus et tribubus et populis etc. ex hoc
videtur quod non agitur de conversis ex gentili
litate tamen sicut dicit aliqui de multi
tudine martirizatis per dyoclecianum inter quos fue
runt de iudaysmo conversi ad xpm et
de omni populo et gente stantes ante thronum
per certum dignitatis assistunt in conspectu
agni quia sicut beati referuntur in terra
in aspectu humanitatis xpi sed quod dicit
Amicti super Johannem amicti stolis
albis per gloriam anime quod per stolam

albam designatur ut dictum est in capitulo precedenti et palme in manibus eorum quod signum presentis victorie que non habetur in vita presenti in qua homines continue pugnant et sic non loquitur hic ut videtur de baptizatis gentibus in via sed de martirizatis confessoribus in patria et clamabant voce magna in modis est laus dei continua dicentes Salus deo nostro etc. i. salus tantum homini inest nobis a deo et agno et omnes angeli stabant in circuitu throni tamquam parati ad exequendum voluntatem dei et seniorum et quatuor animalium i. eorum qui in ecclesia iam in celo et regnantium et ceciderunt in conspectu throni etc. gratias agentes deo de triumpho martirii dicentes amen per laudem martirum supra posita salus deo nostro etc. et subditur eorum laus cum dicitur benedictio i. laus et claritas i. divulgatio nominis etc. que ponitur supple attribuatur deo nostro in secula seculorum amen et non est per hoc intelligendum quod operationis ad manifestat deo in tempore sed tunc in effabilibus suis. Et vidit hic consequenter Johannes de dictis martiribus instruitur plenius cum dicatur et vidit unus de senioribus scilicet illos qui dicunt quod licet immediate precedens loquitur de tempore Constantini iste senior fuit sed hoc non videtur dictum quia Johannes non fuit institutus a beato Silvestro post multa tempora presens consecratus quia floruit tempore Constantini qui cepit imperare anno domini ccc^o ix^o et ideo videtur melius quod iste senior fuit beatus Petrus qui dicitur unus senior i. primus inter prelatos ecclesie sicut dictum est supra capitulo v. hii qui amicti sunt stolis albis qui sunt etc. q. d. tu debes scire et dixi illi domine mi tu scis qui regnas in celo cum eis nam ante revelationem Johanni factam martirium tu periit ad gloriam ut ostensum est supra capitulo v. q. d. Johannes tu qui scis potes me docere de istis et dixit michi hii sunt qui venerunt de tribulatione magna

pertinentes de mundo per martirium tempore Dyocleciani et Maximiani imperatorum quia tunc fuit tribulatio maxima ut dictum est et hoc etiam videtur quod non loquitur de corporis ad fidem tempore Constantini quia tunc non fuit ecclesie tribulatio sed maxima consolatio propter quod loquitur post dixi de martiribus temporis precedentis ut subditur. Et laverunt stolas suas et dealbaverunt eas in sanguine agni propter quod tamen sanguinis agni quia est sanguinis membrorum eius in quibus dicitur se persecutionem pati Actuum ix^o. Saule Saule quid me persequeris martires ante passi acceperunt primam stolam i. anime gloriam ut supra dictum est professione sui sanguinis ideo sunt ante thronum dei videntes eum facie ad faciem et serviunt ei die ac nocte in templo eius quia ibi est laus ingens sicut. beati qui habitant in domo tua domine in secula seculorum laudabunt te et qui sedet in throno scilicet deus habitabit super illos quia non possunt ab eo avelli non esurient neque sitient amplius etc. i. nullam tribulationem vel inquietudinem patientur amplius sed in beatitudine quietabitur appetitus quia agnus qui est in medio throni scilicet Christus reget eos immediate fideles autem in terra existentes reguntur ab eo per ministros ecclesie et deducet eos ad vite fontes aquarum continuatos vivis gloria anime quousque tamen hic accipiant gloriam corporis in futura resurrectione et tunc erunt in fontibus aquarum vite per duplicem gloriam scilicet corporis et anime et absterget deus omnem lacrimam nam ultra non habebunt aliquam tristiciae materiam sed plenam et perfectam consolationem. Contra hanc expositionem que posita est post vidi turbam magnam etc. cognoscitur quod non loquitur de martiribus tempore Constantini precedentis de quo ante fecerat mentionem

Patet magis de contrariis (?) cum gentilitate tempore
primus sicut dicunt expositores aliqui 20
capitulo infra 21. Johannes loquens de civitate
celesti dicit et templum non vidi in ea
hic autem dicitur et serviunt die ac
nocte in templo eius ex quo videtur
quod non loquitur de martiribus contentis
iam in patria. Patet de fidelibus qui sunt
adhuc in via. Ad primum dicendum quod cum dicitur
post hec vidi etc. li. post non refertur
ad ordinem rei sed ad ordinem visionis seu
descriptionis illa enim que sunt prius secundum
scripturam sunt posterius circa propheciam etiam
descripta sunt manifeste patet in scriptura
veteris ac novi testamenti propter quod non
valet argumentum. Ad 2m dicendum quod post
illud verbum Johannis subditur immediate
dominus enim deus omnipotens templum illius
est et agnus ex quo patet quod per verbum Johannis
non concluditur a civitate celesti tem-
plum omnino sed tantum templum materiale
et figurale quale fuit in veteri testamento
respectu novi et in novo respectu celi cultus
enim dei in novo testamento est quedam figu-
ra et repromissio cultus primus sive laudis
ab angelis sanctis et beatis modo et quia cultus
celi non est ad aliud ordinatus ideo nullo modo
est figurativus quia ibi deus colitur et
laudatur ut clare cognoscitur (?) cessante sic
figura et enigmate et sic negatur ibi te-
plum figurale et deus omnipotens dicitur
templum eius sicut plenius ostenditur
inde cernimus ibi deo concedente sequi-
tur in capitulo etc.

Et tamen apparuit postquam superius
in apertione sex sigillorum descrip-
ta est ecclesie pugna contra tyran-
nos ut patet ex predictis hic consequenter describi-
tur ecclesie pugna contra hereticos sub apertione
septimi sigilli ista tamen divisio non est
precisa nam a tempore apostolorum contra ecclesiam
surrexerunt heretici ut patet ex supradictis in
apostolos ecclesie et post tempus constantini
fuerunt etiam aliqui tyranni. Patet hec dis-
tinctio accipitur secundum illud quod principaliter

describitur in precedentibus et subsequentibus
heretici vero eo futuri sunt inter christianos
usque ad finem mundi sicut ostendit salva-
tor Mt. 13. parabolam zyzanie seminate
in medio tritici que noluit eradicari usque
ad messem per quam intelligit tempus iudicii
propter quod per istam in generali dicitur usque ad
finem seu terminum huius libri et dividitur
in tres partes nam primo describitur status
ecclesie iudicium precedens. Secundo iudicium con-
munitas in ca. 1o et vidi thronum magnum
3o subsequens ibi et ego Johannes. Prima pars
dividitur in duas partes nam primo de-
scribitur pugna inter ecclesiam et hereticos
dicens pre. Secundo inter parvum et hereticos dicens
ex tempore nominis ca. 12 prima adhuc in duas
nam primo agitur de inventoribus he-
resum. Secundo de fautoribus eorum ca. 10o
prima adhuc in duo quia primo continuat
se predictis sed consequenter de hereticis ibi et
septem angeli et utrumque dicti vero parte duo
sunt dicta de statu ecclesie sub persecucione ty-
rannorum et desolacio scripturis prosequentium
primo quo se continuat precedentibus postea secunda ibi
et alius angelus. Circa primum ponit quo
brevis persecucio post tempus constantini
concitata per iulianum apostatam qui inter-
perium cepit anno domini septingentesimo
[...] Adrianus papa ad instanciam patriarche
constantinopolitani congregavit synodum
nicenam aliquam condempnavit heresim
contrariam ymaginibus Christi et sanctorum que
sunt libri laycorum monentes eos ad devocionem
unde et beatus Lucas ymagines Christi et beate
virginis primo dicitur depinxisse condemp
navit et heresim Feliciani que ponit
in Christo duplicem dei filiacionem scilicet unam in na
tivitate eterna aliam in humana, adeo quod sapuit
quod beata virgo non sit mater dei sed tantum hominis
iste ambe hereses habent similitudinem cum
perfidia Machometi nam Sarraceni yma
gines contrariantur dicunt etiam Ihesum filium
marie virginis esse hominem purum
igitur de dampnatione huius duplicis heresis
dicitur et abiit primus angelus i. papa A
drianus sanctus et bonus et effudit phia
lam suam in terram per iudicium condempnans
in terrenos homines tales hereses tenentes
Et factum est vulnus sevum ac pessimum nam
condempnatio que est spiritualis plaga et peior
est quam temporalis pena in obstinatos in
homines qui habebant caracterem bestie in
similitudine Machometi modo predicto et
eos qui adoraverunt ymaginem venerando
principes Machometo consonantes. Et secundus
hic ponit plagam secundam scilicet quod sacerdotum quod
aliqui cives romani contra Leonem
papam qui prefuit circa annum Hyrene et
Constantini eius filii tunc insurrexerunt et ligatum
verberibus perfundentes oculos eruerunt
et cum ipso sanguine volutatum quasi
mortuum reliquerunt de hoc exponunt ali
qui lectionem istam dicentes quod ille civis
romanus qui alios induxit ad tantam
enormitatem dicitur hic angelus secundus
qui effudit fialam suam in mare i. contra
rium baptismi mare nominati ille namque

civis effudit maliciam suam et iram in papam
qui erat caput ecclesie et factus est sanguis
tamquam mortui quia papa fuit cecatus suo
sanguine et quasi mortuus relictus. Sed
istud non videtur rationabile dicere quod iste
pateat exponendo per 7 angelos intelliguntur viri
catholici et iste ut videtur civis romanus fuit
pessimus. Item quod subditur et omnis anima
vivens mortua est in mari non bene conso
nat predictis nam alii de ecclesia non fuerunt occisi
cum Leone papa quia persecutio illa fuit
personalis. Ideo aliter potest exponi convenientius
ut videtur de Karolo magno rege Fran
cie qui tempore illo Saxones debellavit
qui per mare hic designantur propter multi
tudinem illius quomodo loquendi ut dicit in Apocalypsi
17 capitulo aque multe populi multi nam mare
namque est congregatio aquarum. Item quod Saxo
nes per mare navigantes plures terras Christia
norum afflixerunt dicit igitur Johannes i.
Karolus rex deo et ecclesie devotus effudit
phialam suam in mare exercendo divinam
vindictam in Saxones et factus est sanguis
tamquam mortui quod multi valde de Saxo
nibus fuerunt occisi sed quod de remanentibus
aliqui videntes victoriam Karoli factam virtute
dei baptismum receperunt ideo non dicit et factus
est sanguis mortui simpliciter sed tamquam
mortui ceteri vero obstinati fuerunt occisi
nam de illis una die Karolus quatuor milia
et quingentos fecit decollari ideo subdit
et omnis anima vivens mortua est in mari
qui capti fuerunt ut dictum est. Et tercius
hic est tercia pars que sic exponitur de Karolo
magno imperatore facto ideo nominatur
hic tercius angelus scilicet propter tercium eo modo quo
dicitur in 1° Regum 10 de Saule suo rege qui mu
tatus fuit in virum alterum Karolus cum 30
annis regnavit super Francos et post imperia
tor fuit factus 13 annis ut dicit in cronica
Sigiberti et anno tercio sui imperii maiores quod
Christianorum civitates terras [...] affli
gentes et compulsavit totaliter debellavit et

eos qui remanserunt fidei catholice subie-
cit ideo dicitur tertius scilicet karolus
imperator tertius effudit phialam suam
i. iram divinam super flumina et super fontes
aquarum i. super avaros sive hunnos qui
sic nominantur primitus iuxta paludes
meotidas habitantes ubi sunt multe
ebullitiones aquarum per modum fontium et
quia cum ante paludes ille putarentur
immobiles hunni eas transierunt et gothos
qui ultra paludes illas habitabant insti-
cia debellaverunt et qua victoria elevati
alias terras usque in galliam sub athyla
rege suo igne vastaverunt et factus est
sanguis quia karoli exercitus multos inter-
fecit de hunnis. Et audivi angelum
etc. Ad intelligentiam huius sciendum quia
angeli boni qui sunt de ordine principa-
tuum presunt diversis regnis regentibus sibi
commissa propter quod videtur tamen respon-
dendo contrarie ad invicem gentes sibi com-
missas angeli secundum determinationem divine volun-
tatis de futura istius gentis vel alius
sub ratione et hoc modo dicitur .x. dixit gabriel
dixit danieli princeps regni persarum
restitit michi xxi diebus sicut ibidem
sunt expositum diffusius sed qui sciunt
divinam voluntatem revelationem vel ef-
fectus posteriorem concordiam approbant
divinam sententiam vel voluntates eorum sunt
sunt concordes divine voluntati et super hoc
dicitur hic Et audivi angelum aquarum i.
hunnorum presentes et fluvios scilicet eorum ut predic-
tum est dicentes iustus es etc. approbando
divinam sententiam de commissa sibi gente
dicitur quia sanguinem sanctorum tuorum effu-
derunt hunni nam usque antea debellati sunt
per karolum multos sanctos interfecerant
inter quos erant aliqui prelati sanctitate et
dono prophetie et sanguinem dedisti eis bibe-
re eos puniendo scilicet pena unde vulgariter
dicitur de sic punito iste bibit cum
tali cypho cum quo alios potavit Et
audivi alterum scilicet angelum Karolum dicentem

tem etiam domine etc. nam ambo angeli
divini sententiam approbaverunt concorditer
Et quartus angelus hic ponit quartam
plagam quam exponunt aliqui de quodam
nomine crescentio qui sine principis romanorum
debuit etiam per totam [illegible] et eum contrarie
impugnavit contra papam [illegible]
eius contra nomine Johannem nullius
aut parvi meriti hominem [illegible] super
hoc dicit hic quod quartus angelus i. crescentius
effudit phialam suam i. indignationem et
iram in solem i. in gregorium papam [illegible]
et sic dicitur sol iustitie tenebrescens. Sed
hoc dictum non videtur bonum quia sicut
dictum est supra per illos angelos intelliguntur
homines iusti et iste crescentius autem
iste fuit pessimus propter quod melius exponi-
tur de leone papa tertio qui redditus sibi ditio
super eloquentia misit nuncios ad karo-
lum magnum petendo eius auxilium et super
hoc dicitur Et quartus angelus
i. leo papa bonus et sanctus ut patet ex predictis
Effudit phialam suam in solem de mandato
suo scilicet auctoritate karolo impera-
tori eo quod in iniusticie et impedimento contemptus fuit
correctus et longum privatus et de sede petri
deiectus dicitur autem karolus imperator
sol quia sicut sol precellit planetas sic
karolus fide et magnitudine refulgens
precellebat cunctos reges christianos et datum
illi estu affligere homines etc. quasi data
sibi auctoritate romani imperii omnes qui erant
et adeo rebelles et ipse graviter afflixit et
punivit et licet per ipsum in sede sua iam
collocaverit habetur tamen regula
estuaverunt homines et maledixerunt eo quod
non potuerunt karolo resistere et blasphe-
maverunt nomen dei hoc dicitur propter
adobstinatos qui tamen in peccatis suis
fuerunt mortui. Et quintus angelus
hic ponit quintam plagam in qua ut creditur
Johannes ad [illegible] sarracenorum et suam
cum ut dictum est supra tamen aliqui ex-

ponit pte contra de othone imperatore qui
ut dicunt cronice contra papam electum pardon
cum in papatu reposuit iohannem [illegible]
sum expellendo contra quem hoc dicit hic et
quintus angelus otho dux effudit phia
lam suam super sedem bestie i. Johannis pape
in turpi [illegible] vita bestiali secundum quod in su
perioribus intelligitur machometus ut patet
[illegible] ideo per istud melius exponi vi
detur de Sarracenis Circa quod sciendum
quod sicut dicit heymaldus patriarcha Jero
solimitanus de civitate depulsus a Karo
lo imperatore peciit subsidium de nunciis
ei transmissis desiderium qui collato exercitu ma
iori quam ante umquam habuisset adiit terram
sanctam et infidelibus peremptis ceteris per eum
fugatis patriarcham in sede sua colloca
vit et terram sanctam christianis restitutam in
bono statu reformavit contra quod hic dicit
et quintus angelus i. patriarcha Jerosolimi
tanus effudit phialam suam ad Karolum
imperatorem qui fuit instrumentum dei ad opprimen
dum gentem machometi ideo subditur
super sedem bestie dicitur autem hic pa
triarcha Jerosolimitanus hanc phialam
effudisse quia Karolum incitavit ad pri
mendum contemptum dei et est et factum
est regnum eius scilicet machometi tenebro
sum quia Sarraceni per eum fuerunt ob
scurati [illegible] a sancta ecclesia [illegible] expulsi
Et commanducaverunt linguas suas pre do
lore modus est enim hominis multum
irati et afflicti mordere labia sua et
frendere dentibus suis qui in adductione
lingua sua et blasphemaverunt deum celi qui
nimia passione moti vel deducti et terre
Sarraceni tamen dicunt eum esse hominem
primum et sic blasphemat eum et non ege
runt penitentiam de predicta abducti
Et sextus hic ponitur sexta plaga
et exponunt aliqui partem istam de grego
rio papa qui primo vocatus est hildebrandus et

pus fuit autem anno Imperator Henricus quartus
qui cepit imperare anno domini M° lvj°
inter quem et gregorium papam mota fuit dissen
sio eo quod gregorius papa revocavit ele
ctos in ecclesia qui investituram per anulum
et baculum acciperent de manu laica cum
umquam tamen imperatores et reges
[illegible] fuissent in potestate et sic exponunt istam
literam Et sextus angelus i. papa gregorius
effudit phialam suam i. indignationem
in flumine illud magnum eufraten i.
Romanum imperium quod dicitur magnum
flumen propter populi subditi sibi magnitudinem
et multitudinem unde dicitur infra xvii. aque
multe populi sunt nominatum autem eufra
tes eo quod est fructiferum regnum quod dicit Gen.
dum ij sicut eufrates est quartum flumen
paradysi et siccavit aquam eius i. suspendo
potestate et tota gloria [illegible]
[illegible] ut prepararetur via regibus ab ortu so
lis i. ut electi qui dicuntur reges eo quod
debent esse reges possint ingredi libere ecclesias
suas dicuntur autem reges prelati eo quod sunt
beati soli christi in stirpe et diocesibus
suis sicut papa in universali ecclesia Aliter
tamen potest exponi et magis proprie litera
ut dicitur de Karolo magno qui monitus
a beato Jacobo purgavit viam usque
sepulchrum suum ignotam eo quod tota hyspa
nia erat a Sarracenis occupata et vas
conia et navarra quam cum multis la
boribus et bellis Karolus pie [illegible] pu
rgavit et viam fecit christianis [illegible]
[illegible] illius intellectum perhibent et hoc
est quod dicit et sextus angelus i. beatus
Jacobus effudit phialam suam i. Karoli
magni potentiam quam incitavit ad pri
mendum gentem sarracenicam que dicitur
flumen magnum propter populi illius multi
tudinem et siccavit aquam eius suspendo
Sarracenos ut prepararetur via regibus
i. peregrinis sancti Jacobi in [illegible] [illegible]

fuerunt et sunt multi reges principes
et potentes unde rex Karolus Romanorum
illum devote adiit. sunt etiam alii per-
ni devoti reges dicti eo quod veniunt per
regnum romanum recte et legis divine. ab ortu
solis sepulchrum cum beati Jacobi est
in occidente terre habitabilis et ideo illi
venienti adquirunt est ab ortu solis sim-
pliciter quantum ad illos qui veniunt ab
oriente vel saltem quo quantum ad venientes
a meridie et ab aquilone nam respectu
occidentis declinant ad ortum solis ¶
Et vidi. Hic ponitur sexta plaga cuius pri-
mo ponitur motivum secundo eius execu-
cio ibi Et septimus angelus. dicit primo
visum sanctum quod a tempore Cosdroe regis
persarum populus catholicus in terra pro-
missionis habitans tamen fuit in afflictione et
servitute dura usque ad eius liberationem
per principes occidentales Romanorum tempore
Godefridi de Bilion ducis Lothoringie
nam alie liberationes dicti populi per Heraclium
et Karolum magnum de quibus supra dictum
est supra fuerunt quasi momentanee quia cito
transierunt. nam recedente Eraclio de
terra post Cosdroe interfectionem et sancte
crucis reportationem arabes vel Mac-
hometani terram statim et plures alios subi-
subiugaverunt et similiter post recessum
Karoli magni de terra sancta Sarraceni
credentes in egypto in dictam subiugaverunt
et postea cum eam de manu califfe
egypti auferentes eam tenuerunt
usque [illegible] fuerunt per nostros principes
per Turcos [illegible] Anthiochenus tunc
cum debilitatem virorum [illegible] egypti
abstulerunt urbem Iudeam de mani-
bus eorum ut dicit episcopus Tyrensis libro
capitulo. Sed infra annum vel circa [illegible]
de manibus egyptiorum eam abstulerunt
[illegible] ¶ Quondam quod sicut inter Christia-
nos sunt predicatores eos excitantes
ad impugnandum Sarracenos sic aliqui
[illegible] excitantes alios contra Christianos quod

Johannes prudens dicit ¶ Et vidi de
ore draconis id est summi principis in regno
persidis qui vocatur draco ut supra xii capitulo
et de ore bestie id est califfe qui erat summus
principis in egypto et de ore pseudoprophete
id est predicatorum Sarracenos contra Christianos
excitantium. et ponitur hic singulare pro
plurali sicut prophete pro prophetis sicut
frequenter fit in scriptura. tres spiritus im-
mundos id est verba cum prophetis dictis et etiam
principum dicuntur spiritus immundi quia im-
mundicie ad immunditiam peccati in modum ranarum
nam sicut garriunt alios inquietando sic
cum spiritus demoniorum quia demones ad
hoc excitant facientes signa. nam inter
infideles permittuntur demones aliqua facere
signa iusto dei iudicio licet nobis occulto
et procedunt ad reges totius terre in qua
habitant infideles super dictis et dicuntur hic
reges ad minimum satrape et potentes
et alii sublimes principibus constituti
congregare illos in prelium dicitur hic propo-
sitos aliqui quod Sarraceni de
egypto et de aliis partibus transmarinis
circa annum domini m° [illegible]
congregati sunt ad delendum statum populi
christiani non solum in Iudea sed etiam in Grecia
Sed hoc non videtur verum quia sicut quod dicit
episcopus atheniensis et etiam episcopus tyrensis
in libris quos scripserunt de hystoriis
transmarinis post mortem Machometi
Sarraceni in duas sectas fuit divisi
nam una pars sedem suam posuit in egyp-
to alia vero in persidis regno et non solum
fuerunt divisi locis sed etiam in aliquibus
punctis secte legis sue quod ipsi vocant
alios sublimes et scismaticos et propter quod
potius inter ipsos sunt contentiones et guerre
usque ad tempus Saladini qui cepit
utrumque Anno domini m° c° lxxxvi° post
liberationem terre sancte per principes supradictos
per magnum tempus sicut [illegible] Saladinus [illegible]

Sarracenos habitantes in egypto ad tene
dum cerimonias aliorum infidelium conuenit
et sic reduxit eos ad concordiam. Nota ante
post eorum diuisionem legitur in alia hys
toria notabili in vnum congregatum conci
lium contra populum christianum propter quod illud quod
dicitur congregauit illos in prelium non in
telligendum simul congregatum ad omnes sed suc
cessiue sicut dictum est supra ad diem magnum
omnipotentis dei qui per congregationes istas
infidelium permisit diuersis temporibus populi
christianorum ut dicitur cum memoria huius
subditur et ecce venit sicut fur ideo
eum penitentes immittit deus repente
super peccatores istius iniquitatibus dormien
tes propter quod subditur beatus qui vigilat
attendendo diuina iustitia et custodit vesti
menta sua scilicet virtutum ne nudus ambulet
nam ipsis spoliat per mortale peccatum et
videbunt turpitudinem eius scilicet deus et an
geli eius et congregabit eos scilicet processiue mo
tos deo in locum qui vocatur hebraice
har magedon id est in Iconium ciuitatem
consurrectio uel in terra promissionis quibus
passus fuit et surrexit. ¶ Et septimus
hic consequenter describitur septime pla
ge processus in tertio generali secundo magister in
speciali capitulo ix. circa primum sciendum quod
aliqui expositores dicunt quod iste septimus
angelus fuit alexius imperator consta
tinopolitanus qui scripsit litteras vrbano
pape de reuelatione terre sancte nam ille
alexius contra latinos fuit fallax et
dolosus et multiplicauit machinaciones fuit
destruere exercitum principum occidentalium
ad deum reuelationem donante per gentia
nunc sunt quod describit dux quidam genesis
et alii qui persuadent illam diligenciam
desperare principes et ideo dicunt quod angelus iste
fuit petrus heremita adyepsi ambianensis
sic natus qui deuotione motus cum
multis laboribus et periculis iuit vltra
mare ad visitandum loca sancta et cum in

trasset vrbem dato tributo progressus ci
uitatis ibidem diuitantibus perfectus aliquamdiu
mansit cum patriarcha et aliis katholicis
in vrbe manentibus et sic non solum
oculata relatione sed etiam ex visu cognouit
miserias in quibus erant populus christianus
non solum in vrbe sed etiam in aliis locis
unde quibus compaciens dixit eis quod
possent habere remedium si supplicando scriberent
summo pontifici qui fortis adhuc poterat
exhortari et tandem se obtulit ad commu
nicandum deportandum cui gratias agentes
negotium commiserunt ille ante quod cito po
tuit venit ad papam vrbanum litteras ei
presentans et plura alia que viderat enarrans
qui cum deliberatione sancta anno domini mo
nonagesimo v. venit in galliam et celebra
uit concilium apud claremontem vbi multa
bona statuit et in fine miseriam compatiens
terre sancte ad succurrendum fideles effi
caciter monuit et populatus contra negatium
crucis predicari mandauit et tandem petrus cum
predicatoribus principes prelatos discurrens
negotium fideliter promouit ita quod anno
domini mo nonagesimo vio multa fideli
tum de principibus quam de aliis de francia
hyspania anglia alemannia ytalia
et aliis partibus occidentis crucis signum hu
meris affixerunt vno modo christiano in
nitente deuotis quod preuidens Iohannes dicit
et septimus angelus id est petrus heremita
effudit phialam suam in aerem quia ver
bis efficacibus ipse et principibus terre
sancte miseriam exposuit vbi enim ex aere
respiratio formatur et aere diffundit
ut habetur et de anima. ¶ Exiuit vox mag
na de templo id est de ecclesia a throno id est ali
cuius summi pontificis dicens factum est id est
quod audita est petitio populi christiani in vrbe
habitantis et facta sunt fulgura et voces
intelliguntur autem predicationes et pressure
signa et visiones mirabiles quibus moti
fuerunt plures ad crucis negotium assumendum

et terre motus factus est magnus multis valde civitas partes relinquentibus per dicta expedicione qualis numquam fuit etc. quia sicut dicitur in cronica quod illi numquam tot gentes ibidem convenerunt secundum opinionem hominum vincebatur quamvis estimaret per quod sexcenties centum milia. Ista est civitas quasi civium unitas. Nam anno uno Iero solimam pergebant in tres partes nam propter hos picia et victualia recipienda. Unius exercitus primo secutus est Petrus heremitam, alius est postea secutus est principes Godefrido duce se ingerentes, alius autem exercitus iniit peregrinum ad Boemundo duce Apulie. Et civitates gentium id est Sarracenorum ceciderunt quia Nicea Bitanie et Anthyochia que sunt in regno Persidis usque ad rivum Egypti civitates ab infidelibus detente sunt predicto exercitu subiugate ut describit eius cronica. Et Babilon magna id est secta Sarracenica que dicitur Babilon id est confusio quia legibus et immundis constitucionibus est plena venit in memoriam ante deum quia Sarraceni habitantes in insulis propter timorem christianorum per mare navigancium fugerunt timore per[illegible] et montes non sunt inventi quia multa fortalicia in montibus sita per christianos sunt expugnata. Et grando magna sicut talentum etc. id est bellum intolerabile Sarracenis non tamen virtute humana quam divina multociens cum sunt a christianis debellati et blasphemaverunt homines id est Sarraceni deum id est Christum qui est verus deus propter plagam grandinis eis inflicta a christianis quoniam magna facta est vehementer quia non poterant sustinere sicut describit diffusius cronica super memoratus. Capitulum xvii.

Et venit unus

Et hic capitulum describitur plaga septima magis in speciali et secundum opinionem aliorum qui dicunt quod totalis ab hac loco ~~[illegible] qui dicunt~~ usque ad bellum et consummati sunt mille anni etc.

eta medium xx. capituli sit iam impleta secundum primum quod primo exponam totam litteram istam postea dicatur quod ut videatur et dividitur in duas partes quia describitur in speciali ubi hec plaga. 2º ponitur religionis procedens nova ca. 2º ibi. Et erat [illegible]. Prima dicitur quod ista plaga Sarracenorum debilitas, 2º christianos ipsos persequentium prosperitas xviii ca.º primo describit sub quadam methaphora. quod primo ponitur 2º exponitur ibi. Et dixit michi. Circa primum dicit quod venit unus de septem angelis etc. Super quod ut dixi tenentes opinionem aliam designat Allexium imperatorem qui supra cum supra diximus angelus septimus sed hoc fuit eidem repugnat nec potest conveniens dici quod per hunc angelum intelligat Petrum heremitam quod dixi supra fuisse septimum angelum quia hic angelus dicit hunc Johannem evangelistam docuisse unde subditur et locutus est mecum dicens veni et ostendam tibi etc. Petrus autem heremita per nongentos annos et amplius fuit postquam Johannes scripsit hunc librum. Ideo melius dicitur quod beatus Jacobus qui supra dicitur unus de vii angelis iste qui antequam Johannes vidit hanc visionem per palmam martirii transierat ad gloriam. Actuum xii. Et sic poterat eum docere de futuris ex divina ordinacione dampnacionem meretricis magne id est secte Sarracenice ut postea magis dicetur que sedet super aquas multas id est dominatur populis multis ut exponitur super. Cum qua fornicati sunt reges terre quia multi reges receperunt legem Machomethi et inebriati sunt qui habitant terram etc. Nam populi subditi regibus qui ipsius scilicet susceperunt legem Sarracenicam in mendaciis plena et inde stulticie indeficientem ad inducendum statum Sarracenis tum adde propter ista sua devolucioni

missionem nam hec visio non fuit corporalis
sed ymaginaria et intellectualis. Et vidi
mulierem sedentem super bestiam per hoc in-
telligitur sarracenitas ut d. p. dimisit
dictum est supra circa per mulierem propter
corporis maliciam et astuciam respectiva corp-
ore vero per bestiam quia intellectu minus vigen-
tes et per consequens magis bestiales dicuntur
autem mulier sedere super bestiam nam
turci ab egyptiis abstulerunt iudeam
et Syriam coccineam id est sanguineam
xpianorum ebrietatem plenam nominibus
blasphemie quia Sarraceni dicunt Christum
esse hominem purum et sic blasphemant
eum et similiter beatam virginem negantes
eam esse dei matrem habentem capita
septem et cornua decem de quibus quid
significent infra dicitur. Et mulier erat
circumdata purpura quia turci fuerunt
opulentissimi vestis et aliis rebus
preciosis habens poculum aureum etc. quia
multas gentes induxerunt et traxerunt
ad immundiciam sue legis et in fronte eius
nomen scriptum misterium Babilon etc.
per quod induxit misterium audit Johannes
quod non loquitur de civitate Babilonica
sed magis de secta sarracenica que tamen
ad turcos mater fornicationum et ab-
hominacionum terre non orientales populos pro
maiori parte satis traxerunt ad errorem
sue secte. Et vidi mulierem ebriam
de sanguine sanctorum etc. quia supra modum
et mensuram effuderunt xpianum sanguinem
ebria enim dicitur quasi extra briam
id est mensuram etenim crudeliores fuerunt
xpianis egyptiis et sarracenis sicut
quod dicit Tyrensis episcopus libro primo et inimici
sunt etc. de spiritu dei circa sectam
nequissimam machometi. Et dixit
michi hic consequenter ponitur expositio
parabole et quod angelus primo proponit in-
tentum dicens Johanni quare miraris
quod dicit totum cedit ad dei gloriam
et electos quibus nichil nocere sit
oppressione malorum ego tibi dicam

sacramentum id est signum occulta mu-
lieris et bestie etc. regni turcorum egypti
ut dictum est. Et bestia hic proponit inten-
tum exponendo parabolam et dicit regnum re-
gnum egypti designatum per bestiam dicens
bestiam quam vidisti fuit et non est nam
egyptum primo occupaverunt dimiserunt
et inde et postea perdiderunt turcis terram
illam occupantibus ut dictum est supra
ideo dicitur quod bestia fuit prius dicendo
in iudea et non est in iudea per turcos erecta
et ascensura est de abysso id est de egypto
qui tenebrosa interpretatur et hoc fuit quando
debilitata virtute turcorum propter xpianos
egyptum recuperaverunt iudeam et urbem ut
dictum est supra et in interitum abiit nam egyptiam
per xpianos fuerunt ibi occisi et perditi mo-
diti ut referunt episcopi athonenses et alii
describentes hystoriam terre sancte et mirabun-
tur inhabitantes terram quorum etc. id est sarra-
ceni qui non sunt predestinati mira-
bantur enim Sarraceni quia rex tam po-
tens et magnus a populo xpiano de partibus
contrariis et tam longinquis venienti
esset debellatus et hic est sensus id est intellec-
tus qui habet sapientiam id est circa occulta
scripturarum intelligenciam septem montes sunt
id est provincie quia regnum turcorum invalue-
rat super egyptum et reges septem sunt id est
principes illarum provinciarum quinque ceciderunt
a dominio egypti dominio turcorum subiugati
sunt est sed dicuntur in iudea et Syria et
iste est rex turcorum qui dicitur hic sextum
caput bestie et alius id est rex egypti qui
dicitur hic caput septimum ~~reduxerunt~~ nondum venit
ad recuperandum de manu turcorum iu-
deam et cum venerit debilitatis turcis oportet
illum breve tempus manere quia actum
turcis ablatum non tenuit rex egypti
nisi parum ut dicunt hystoriographi
predicta et bestia que erat et non est id est rex
egypti ut expositum est et ipsa octava
est de septem capitibus predictis et de xvii c. i.

de vii capitibus est cum caput septimum ut dictum est et sic computatur bis eo quod urbem bis optinuit sicut exemplo precedenti karolus magnus dicitur angelus quintus vel nonus regni francorum et sextus propter adeptum imperium et cuntatum videlicet quia plures fuit debellatus christianos ut dicunt cronice supra memorati. Et decem cornua que vidisti decem reges sunt id est principes sub rege egypti qui regnum id est potestatem nondum acceperunt ab eo scilicet potestate tamquam reges simpliciter sed rectores eorum exercitus regis egypti unam horam accipient id est illo tempore quo fuit ordinatum de illo exercitu post bestiam id est sub rege egypti qui bestia nominatur ut dictum est et cetera. post. non dicit hic ordine temporis sed subiectionis. Hii unum consilium habent pugnandi contra christianos per regem egypti qui bestia nominatur ut dictum est. Ideo subditum et virtutem et potestatem suam bestie tradent eam exponendo per regem egypti. Hii cum agno pugnabunt in membris suis scilicet godefrido de bullion et aliis principibus et debellatoribus christianis et agnus vincet illos nam egyptii fuerunt per christianos plures debellati qui dominus dominorum est et sic quod nullus potest eis resistere et qui cum illo sunt per fidem christianitatis forti usque ad mortem stabiles vocati electi ad gloriam et fideles in puncto pugnandi. Et dixit michi hic exponit parabolam quantum ad regnum turquie specialiter aque quas vidisti ubi meretrix sedet id est turquie regnum ut dictum est supra populi sunt et cetera quia regnum turquie subiecit igitur syriam iudeam et orientales populos pro maiori parte. Et decem cornua que vidisti in bestia id est decem principes exercitus regis egypti ut dictum est hii odient fornicariam id est regnum turquie inter egyptios et turcos erit odium primo propter dissensionem eorum superstitionibus suis de lege. Secundo quia turci abstulerunt ab egyptiis syriam et iudeam et desolatam facient illam primo per

christianos quibus in obsidione anthiochie concedentibus caliphe egyptiorum misit salutationes et munera eo quod adversarios eius inpugnabant et sic christianorum exercitum confortavit contra turcos ut scribitur in hystoria Jerosolimitana. Secundo per ipsos qui debellatis turcis in partibus anthiochenis egyptum occupaverunt eos de iudea et civitate ut dictum est supra et nudabunt carnes eius metaphorica est locutio sicut dicitur de usurario quod comedit illum cuius bona surripit per usuram et ipsam igni concremabunt nam aliquos turcos in fortaliciis contentos simul cum eis combusserunt. Deus enim dedit in corda eorum et cetera. Licet enim deus non sit actor mali culpe tamen actor mali pene et sic turcos per egyptios punivit ut dent regnum suum bestie id est ut redderent regnum iudee regi egypti quod possiderat per multos annos ante turcos donec consumentur verba dei de recuperacione terre sancte per exercitum christianum quod factum fuit quasi per annum postquam egyptii expulerunt inde turcos ut dictum est supra. Et mulier quam vidisti est civitas magna id est turcorum multitudo valde numerosa que habet regnum super reges terre nam plures reges sibi subiecit in partibus orientis ut predictum est.

Sequitur xviii capitulum

Et post hec vidi descripta carnis vilitate subnectit hic victricis et bestie. Hic consequenter describit prelatus romanum sub angelica similitudine primo quantum ad vivas eius fortitudine secundo quantum ad principes laycos ibi et publice clamavit dominus angelus prima in eo quod dicit nobiles personas et ibi et audivi aliam vocem. Circa primum dicit Et post hec vidi alium angelum id est alterum personam angelice indicie virum qui in exercitu principum occidentalium et alium christianorum suscepit legacionis officium ad directionem exercitus christiani descendentem

de celo i. predicantem a sublimitate sedis
apostolice habentem potestatem magnam
in spiritualibus maxime tamquam legatus
missus a latere. Terra i. conditus christianorum
illuminata est a gloria eius i. conversi vita
doctrina. Et exclamavit in forti voce predi-
cans verbo dicens cecidit Babylon mag-
na i. gens Sarracenorum/ et dicit bis cecidit
quia primo per christianos fuerunt debel-
lati tunc postea verbo egyptum ut habetur
in hystoria scripta superius nominata/ hec
ante Sarracenorum cristum de initia
bat deus eius christianis si tunc viri-
liter agerent de dei adiutorio confiderent
et facta est habitacio demoniorum quantum
ad captos qui perierunt in anima et cor-
pore/ quantum ad fugitivos qui visa
dei vindicta/ non cognoverunt tamen obstinati
in sua infidelitate/ et sic a demonibus
magis fuerunt possessi quam ante/ qui
demones per volucres et spiritus immundos
designantur/ Huius punitionis causa sub-
ditur quia de ira fornicationis eius
biberunt omnes gentes i. multe etc. est
yperbolica locucio nam designandum magnam
multitudinem gentium infectarum per secta
Machometi in contemptum per hoc eorum
dei. ¶ Et reges terre cum illa fornicati
sunt multi enim reges eorum per dictum
regnaverunt/ similiter eciam multi qui propter
temporale lucrum frequentaverunt terram
Sarracenorum/ per hoc depravati sunt/ Un-
de et ego audivi a fratre fide digno quod
viderat naves impleri de pueris par-
vis christianis quos mercatores emebant
a parentibus ut venderent eos soldano
pro magno precio qui eos faciebat infor-
mari in lege Machometi quia de paucitate
nichil adhuc sciebant ut adulti
fratri contra christianos pugnarent/ ideo sub-
ditur et mercatores terre etc. Tercio ex dic-
ta. ¶ Et audivi hic consequenter agitur
de quo viro nobili catholico cuius primo pari-
ter monica/ secundo genti Sarracenice passio

ibi reddite illi. Tercio passio iustorum ibi et
flebunt. ¶ Circa primum sciendum quod
in exercitu christiano fuit inter alios quidam
sacerdos devotus cui revelatum fuit a
domino quod multi de exercitu peccaverunt
cum mulieribus Sarracenis propter quod
peccatis deo permittente in manum Sarracenorum
ceciderunt captivos de futura in peni-
tencia agenda quod fecit exercitus ad ex-
hortacionem sacerdotis et hoc est quod
dicit Johannes. Et audivi aliam vocem
de celo quia celitus facta est revelacio
exite de illa i. de immundicia Sarraceni-
ca qui pervenerunt peccata eius usque ad ce-
lum i. coram deo ad puniendum et recor-
datus est deus etc. in deum non cadit ob-
livio nec per consequens recordacio proprie sed dicitur
recordari per dictionem methaphoricam quando
ea punit nam tunc ad modum recorda-
tionis se habet. ¶ Reddite hic consequenter describitur
passio Sarracenorum quod tunc christiani tem-
poribus eos affligerunt quo usque fuerunt ab
eis afflicti ideo dicitur. Reddite illi
etc. Tercio subditur huius passionis
causa quia in corde suo dicit sedeo
gens Sarracenica superbiens de sua po-
tencia sedeo ut regina super alios po-
pulos et potissime super christianos. Et vi-
dua non sum non glorians in regibus
cum ea fornicantibus per quod non et luctum
non videbo quia nimis confidebat in sua
potencia temporali ideo in una die i. uno
tempore venient plage eius et que
sunt ille subditur mors quantum ad
captos et luctus quantum ad fugitivos
et fames quantum ad obsessos et igni con-
buretur nam multi incendio perierunt
pignem positum in civitatibus et vil-
lis quia fortis est qui iudicavit illa
i. condempnavit ad hanc penam scilicet
cuius non potest iudicium impediri. ¶
Et flebunt hic consequenter ponit de-
gentis passionem lamentacionem/ et primo regum
secundo mercatorum ibi et negociatores terre nautarum

ubi et omnes gubernatores ¶ Circa primum scie-
dum quod sicut dictum est multi reges in
partibus orientis receperunt legem machometi
ad quos non pervenit exercitus Romanorum
qui festinabat versus urbem et ideo dicti
reges dolebant de Sarracenorum interfe-
ctione quos non iuvabant nec poterant
adiuvare et hoc est quod dicit et flebunt
etc. usque līa usque ibi cum viderint fumum
incendii eius id est cognoverint ex relatione
visus enim propter sui altitudinem super
paliis omnibus Eso. 19. pertis videbat
vocis et eadem perceptione intellectus
unde taliter dicitur vides tu hic id est in-
telligis longe stantes propter timorem etc.
plures enim de regibus orientis time-
bant dare subsidium illis qui erant in
partibus antiochenis quas invaserat
exercitus Romanus ne perderent paterentur
civitas illa magna babylon id est gens
Sarracenica nomine babylonis significata
ut dictum est Quoniam civitas illa fortis propter
multitudinem bellatorum et divitiarum quia
una hora id est brevi tempore venit iudicium
tuum id est punitio tua ¶ Et negociatores
hic consequenter ponitur lamentatio mer-
catorum qui intrantes Sarracenorum exerce-
bant mercationes multas et magnas
vendendo que aliunde apportabant et emendo
que inde aliqui desiderabant et sic duplicato
lucrabantur propter quod dolebant de vasta-
tione terre quia non poterant ibi talia
exercere et patet littera paucis exceptis que
distinguntur et bissi id est lini candidissimi
et cocci id est tincture rubee et omne lignum
thinum quod est valde album et spinosum
arbores topehir unde fecit salomon cythe-
ras et lyras cantatoribus in iij° Regum x° ca°
et amomum species est aromatica rede-
lens cynamomum unde traxit nomen
et mancipiorum id est servorum et animarum ho-
minum redimendo nobiles et a Sarracenis
captos non inde habebant mercationes eius
lucrum magnum et accipiunt hic autem pro omnibus

denominando totum a parte dictum sicut
sicut gen. 46 omnes anime que egresse
sunt de femore Jacob etc. et poma desi-
derii anime id est fructus desiderabiles et
omnia pinguia id est omnes divitie sicut ho-
mines dicitur pinguis metaphorice
que induta erat bysso etc. id est plena talibus
preciosis ¶ Et omnis gubernator hic
consequenter describitur lamentatio nautarum
non enim a Sarracenis occupata erant
multi portus magni et boni in quibus
applicabant naute apportantes ex partibus
alienis bona venalia et inde reportantes
alia sicut lucrum duplicatum reportabant
propter quod de vastatione terre et portuum do-
lebant etc. usque līa usque ibi ¶ Exulta super
eam ubi per oppositum describitur ex-
ultatio christianorum quia per hoc facta est
vindicta de christianis per Sarracenos afflictis
captis et occisis ¶ Exulta super eam celum
id est cetus militans et sancti apostoli id est qui sunt
successores apostolorum et prophete id est doctores
ecclesie quia iudicavit deus iudicium vestrum
id est punitionem pro malis vobis illatis
plures enim episcopi doctores et fideles alii per
Sarracenos fuerunt multipliciter afflicti
et occisi ¶ Et sustulit hic consequenter
describitur christianorum prosperitas captum ad
principes latinos et primo tempore godefridi
primi regis secundo tempore baldewini fratris
successoris in ca° xl° p. adhuc ideo quia
primo describitur christianorum victoria
secundo consurgens ex hoc letitia in princi°
ca° 19 et vidi celum apertum ¶ Circa
primum sciendum quod capta urbe per christianos
et Sarracenis ibidem occisis primarii pre-
rabis ceteris principes exercitus christiani
instituerunt godefridum ducem lothorin-
gie ad custodiendum terram recuperatam et
acquisitam et tunc soldanus egipti cum
magno exercitu venit ad debellandum
regem institutum qui sibi occurrens cum
parvo exercitu virtute divina et crucis octo milibus
paganorum expulit eos fuge et exercitu
soldanis suffocati sunt usque ad duo milia

capitulis circa xi° li° ca° 3°. Addunt etiam
expositores aliqui quod adhuc etiam aliqui
erat expeditati per quosdam filios prophetis
Sarracenorum qui asserebat breviter peteret
sancti sepulchri frustratum contendentem et
civitatem statim impugnandum magis sub
mergendum christianitatem de terris illis
penitus delendam, quibus assentiens
[erased] calipha preparavit exercitum valde
magnum per terram et mare ad expugnandum
quod erat ei suggestum. Quo audito
christiani pauci existentes quamplures fuerunt
territi, sed patriarcha Ierosolimitanus con
fortans premittebat eis sicut de domino
confidentur tamquam victoria affutura quod
aves celi de carnibus Sarracenorum es
sent saturande. Profectus quasi cum pusillo
domine crucis ligni, sic igitur cum ad
quingentis equitum et duobus milibus
peditum contra hostes quorum unus erat
xl milium absque illis qui remanserunt vene
runt anno sunt predicentes prostraverunt
ex hostibus maximam multitudinem et
residui confusi sunt ad fugam declarasse et
illa magna per annis fuit relata dicit
igitur Iohannes Et vidi unum angelum id est patri
archam Ierosolimitanum stantem in sole
penitencie vite et doctrine, secundum illud Eccli.
L. Sicut sol refulgens sic ille refulsit
in templo dei. Et clamavit voce mag
na. In exhortatione predicta dicens avibus
etc. quia per egressionem ad eius exhor
tationem suam aves satis fuerunt ad co
medendum. Et vidi bestiam id est regem Egypti
Soldanum. Et reges terre sibi subiectos
exercitus eorum congregatos in mari et
in terra ad faciendum prelium cum illis etc. id est
cum rege Baldwino et exercitu suo et apprehen
sa est bestia etc. id est rex Egypti, et pseudopropheta
filius qui in astucia sua fuit comprehensus in
contrarium eius quod cogitaverat evenit qui
fecit signa falsa quibus seduxit eos
qui acceperunt caracterem bestie id est arma

et vexilla secte Machometi. Et qui ado
raverunt ymaginem eius id est caliphatum
Egypti reputantem personam Machometi
Vivi missi sunt hii duo calipha et pseudopropheta
qui ibi fuerunt in dicto prelio et accipit
hic singulare pro plurali sicut supra pseudoprophetis
sicut exposui c. 2. Venit missa generaliter
id est misse in stagnum ignis ardentis
quia manentes in infidelitate descenderunt
ad ignem Iehenne tecti occisi sunt etc. Et
alii qui venerunt ad pugnandum contra
regem Baldwinum et per exercitus [illegible]
Capitulum xx. circa

Et vidi angelum descripta igitur
capitali a plaga, hic ecclesie
describitur status presenti nova
dividitur in duas partes quia primo
describitur status presenti, secundo Christianorum
ibi et vidi sedes. Sta
dum tamen quod prima pars in serviam impleta
exponunt aliquid de Calixto papa et Henrico
imperatore huius nominis quinto qui coge
te eum papa sub excommunicatione anathe
matis renunciavit consuetudini quam
usi fuerunt imperatores investiendi episcopos
et abbates per baculum et anulum per trecentos
annos et amplius scilicet a tempore Karoli mag
ni qui per papam concessa fuerat ab Adri
ano papa in concilio Rome celebrato et
sic exponunt hunc textum. Et vidi an
gelum id est papam Calixtum habentem clavem
abyssi id est potestatem excommunicandi qua se
gregatur quis a consortio fidelium et ca
thenam magnam in manu sua id est multi
tudinem cardinalium et prelatorum in hoc sibi
assistentium. Et apprehendit draco
nem id est Romanum imperatorem et ligavit
eum per sententiam ecclesiasticam ne amplius
predicto modo usurparet sibi ecclesiastica
investituram per annos mille id est per tempus quod
quamdiu usque ad adventum tempora huius
determinatum pro indeterminato sicut per 2a ser
mones dependuntur [illegible]

super capitulo 9° et signavit sigillum ut non
seducat etc. id est sub pena excommunicationis
restrinxit eum ne amplius se intromittat
de imperatore donec etc. ideo subditur Et
vidi sedes id est summi pontificum et imperato-
ris dignitates imperatores et sederunt
super eos etc. unus exercens eternum imperium
et alius temporalem. Et hunc exposi-
tionem non respuat sensus litere que sequitur
in eodem versu et animas decollatorum etc. quod
exponunt de persecutione Saladini in qua
multi christiani sunt occisi. Sed de hoc sa-
thana alligato per mille annos dicitur
hic quod post hoc oportet illum solvi mo-
dico tempore quod exponunt de antichristi
tempore in quo laxabitur potestas de-
monis ad decipiendum gentes. Credo quod
hic dicit per sathanam intelligi romanum im-
peratorem videtur esse contradictio expositionis
nimis extorta expositio supradicta quod expo-
sitionem istam tamen impleta de pretito
salvo iudicio meliori videtur hic litera
melius exponi de papa innocentio qui
approbavit ordines fratrum minorum
predicatorum quorum doctrina in predica-
tione etiam est quodammodo renovata et
potestas demonis est restricta unde
multe demonum illusiones que tunc fiebant
cessaverunt et hoc est quod dicit Johannes Et
vidi angelum id est innocentium papam tertium de-
scendentem de celo et ab apice pontificali
descendente sanctis francisco et dominico habe-
tem clavem abyssi id est potestatem approbandi dic-
tos ordines ad reprimendam potestatem
dyaboli et catenam magnam id est fratrum
utriusque ordinis multiplicationem et
apprehendit draconem etc. quia per eorum vitam
et doctrinam potestas demonis est repressa
et reprimetur usque ad antichristi tempora
et ideo subditur et ligavit eum per annos
mille quia tunc tamen potestas eius
laxabitur ideo subditur et post hoc oportet
illum solvi modico tempore nam antichristi
persecutio brevis erit respectu persecutionum

precedentium scilicet iudeorum tyrannorum hereticorum
Sarracenorum renovata persecutione quam
aliqui exposuerunt de persecutione Saladini
ut dictum est. Sed nichil videtur melius
exponi de tartharis qui anno domini
m° cc° de terra sua exeuntes multos
populos tam christianos quam paganos occi-
derunt et sic dicitur Et vidi sedes id est
plurium regionum metropoles civitates
et sederunt super eas scilicet tarthari eis sub-
iectis et iudicium datum est illis id est potestas
interficiendi homines secundum demencia illius
temporis et animas decollatorum hoc dicit
quantum ad christianos alios occisos nomine
ihesu christi confitentes et machometum qui
per bestiam dicitur et legem eius et
mores cultum totaliter denegantes
Et ceteri mortuorum non vixerunt scilicet vita glorie in animabus
ceteri vero mortuorum quantum ad paga-
nos et infideles occisos a tartharis non
vixerunt scilicet vita glorie sed mortui sunt
vivunt in animabus morte gehenne
donec consumentur mille anni id est tempore
christi nam resurget cum aliis in fine
mundi ut puniantur simul in anima et
corpore hec est resurrectio prima hoc re-
fertur ad illud quod predicitur et vixerunt
et vixerunt scilicet vita glorie in animabus
suis quam glorie vita dicit hic resurrectio
prima secunda vero erit quando resurget cum cor-
poribus gloriosis et quia isti iam sunt securi
de sua beatitudine quam nunquam habent in anima
et postea habebunt cum hac in corpore ideo sub-
ditur In hiis secunda mors id est pene gehenne
non habet potestatem sed erunt sacerdotes dei etc.
colentes eum caritate perfecta et regnabunt
cum illo mille annis et hoc est usque
ad resurrectionem generalem sic patet quod
loquitur de gloria quam habent sancti ante
iudicium. Patet igitur qualiter apocalypsis xviii
capitulo usque ad locum istum potest ex-
poni ut iam completa videatur et expo-
sitio supradicta videtur in pluribus extorta primo

q[uia] in . ca[pitul]o d[ic]tum est q[uod] p[er] bestiam habe[n]te[m] capita
a intelligitur rex egypti et p[er] mulierem
fornicantem rex turquie et postea
d[ic]tum est q[uod] una de a capitibus bestie
s[icut] p[ro]pt[er] eum est rex turquie quod disso
nat p[re]cedentibus maxime quia rex
egypti et rex turquie erant ad in
vicem i[n]imici ut in eode[m] ca[pitu]lo d[ic]tum est
et etia[m] sup[ra]. Item ca[pitul]o 18 ubi agitur
de punicione secte sarracenice sub no[m]i[n]e
babylonis plura d[ic]u[n]tur ex quibus vide[tur]
intelligi totalis eius destructio ut ibi
dicitur cecidit babylon magna et f[ac]ta
est habitatio demoniorum etc. Item ex eo
q[uod] postea subditur i[n] una die venient
plage eius mors et luctus et fames
et igni co[m]buretur. Item ex eo q[uod] postea
subditur i[n] eode[m] ca[pitu]lo h[oc] impetu mit
tetur babylon et vltra iam no[n] invenie
tur ex quibus videtur intelligi eius
destructio totalis s[ecundu]m exposito[rem] d[ic]tam
cum tamen plurima remanserint i[n] regno
egypti et turquie q[ue] tunc no[n] fuerunt
p[er] xp[ist]ianos acquisita nec postea s[ed] solu[m]
una p[ar]s syrie et iudea et ea[m] h[ec] ista loca
p[er]diderunt xp[ist]iani p[ro]ced[ent]e p[ar]te q[uam] q[ue]
Saladini q[ui] p[ost] octoginta annos p[er]
q[uos] fuerat xp[ist]ianis occupata et postea
illa que remanserant xp[ist]ianis scilicet
achon tripolis et q[ue]dam alia fuerunt a sar
racenis p[ro]p[ri]um destructa et p[ro]p[ri]um possessa.
Item q[uod] postea 19 ca[pitul]o exponit de baldui
no rege et in capite eius dyademata
multa q[uia] p[ro]p[ter] aliquas civitates regias
quas acquisiverit videtur impe[r]fecte d[ic]tum
quia regnu[m] eius ang[ustu]m erant qui re
mansit satis paruu[m]. Item q[uod] ibi subditur
habens nomen scriptum q[uod] nemo novit
nisi ip[s]e qui nomine dei regis et eius
condiciones fuerunt alijs note tal[is] etiam
occultatio nominis videtur convenire
tamen d[omi]nus p[er] sonus m[atheus] xi. Nemo novit
filiu[m] nisi pater neq[ue] patre[m] quis novit
nisi filius etc. p[ro]p[ter] q[uod] h[ec] l[itter]a no[n] videt[ur] in

telligi de rege balduino s[ed] tamen de xp[ist]o
unde ibi subditur et vocabatur nomen
eius verbum dei q[uod] n[on] co[n]venit soli filio
i[n] divinis ut p[atet] Jo. 1[o] verbum caro f[a]c[tu]m est
etc. Item q[uod] postea subditur h[abe]t i[n] vesti
mento suo et in femore suo scriptum rex
regum et d[omi]n[u]s d[omi]nancium de xp[ist]o expon[itur]
ab doctoribus catholicis
Item illud q[uod] ibidem interponit et exercitus
qui sunt in celo sequebantur eum etc.
quod expositu[m] est de templarijs hospi
talarijs no[n] videtur. Bu d[ic]tum n[on] illa
victoria nobilis q[ue] ibi describitur
fuit anno quinto regni balduini ut
d[ic]tum est sup[ra] qui regnare cepit anno
domini m[illesim]o c[enten]o ordo v[er]o templariorum ap
probatus fuit anno domini m[illesim]o c[enten]o 28[o] et
ex ho[c] templariorum hospitalarium ceperunt
in armis exercit[ari]. exerc[iti] v[er]o ante eos fu
issent instituti ut dicit ep[iscop]us achonens[is]
ca[pitul]o 64[o] et sic no[n] videtur q[uod] no[n] fuerunt
